





John Carter Brown
Library
Brown University





22.5



X

Impalata no. 27
Medina 31.

OSPECVLVM CONIVGIORVMÆDI-
TVMPER R.P.FILLEPHONSVMAVERACV
CE INSTITVTI HAEREMITARVM SANCTI
Au gustini, artiū ac sacrae Theologiae doctore, cathedrae primariae
in inchyta Mexicana academia moderatorem,



¶ Accessit in fine compendium breue aliquorum priuilegiorum, praeci-
 pue concessorum ministris sancti euangelij huius noni orbis.

EPISTOLA NVNCVPATORIA AVTHORIS.

ILLVSTRISSIMO DOMINO. D. LODOVICO
a Velasco nouæ Hispaniæ Prorregi dignissimo
frater Alphösus a Vera cruce Augustiniensis
eternam fœlicitatem.



Receptissimum est Prorrex dignissime, illustrissimeq; Princeps, si quis opus a se editum, in lucem emittere in animo habet, aliquem sibi eligat patronum, a quo auctoritatem, simul & tutamem recipiens, Zoilorum calumniam & inuidorum rabiem euadere possit. At nõ vno, aut altero titulo, sed sexcētis nominibus.

(vt aiunt) tu huius nouæ Hispaniæ protector, & defensor vnice ex omnibus, quos non solum hic nouus, sed etiam ille antiquus habet orbis dignus inuentus es, cui hoc nostrum speculum coniugiorum nuncuparemus. Si enim ad nobilitatem, & progenitorum merita me conuertam, Velascorum singulare ornamentum dominus D. Lodouicus a Velasco occurrit, in quo vno suorum maiorũ stigmata splendent. Si ad auctoritatem in gerenda regia dignitate oculos leuẽ, statim D. Lodouicus a Velasco, i quo supmũ fastigiũ Principis contemplor, obuius est. Si ad morum, honestatem, quã in gubernante desiderant omnes: intellectus aduertat, iam videor illud

*Arist. 2.
 etibi. ca. 1.*

Aristotelicum intelligere dogma, virtutes secundum naturam in homine esse, quia sic bonos habes tibi innatos mores, vt non solum inchoationem, sed cõsumationem ingenitã aßeramus. Quod si ad omnium virtutum coronidem attendam modestiam: extasim paties: in ipsa mea cõsideratiõẽ deficiẽs. D. Lodouicus a Velasco adest. Quis non admiretur hanc cum tanta bonorum, internorum, & externorum superbia, tuam erga omnes, etiam infimæ sortis homines: an ni temperantiã? si quidem non elatẽ, non superbiam incedis. Sed cum tam supremum locum fueris (iure optimo) sortitus: ad deiecta sic te submittis, vt cum paruulis, cum tam grandis

grandis sis, velut paruulus efficiaris, vt etiam Indum deiectissimū
nullius conditionis homunculum sic candidē suscipias: vt velut ca-
maleonta colorem statim, affectusq̄ induas paternos. Et finē in-
ponens tuarum non vulgariū dōrium, sufficiat argumētū, quōd
inter totius Hispaniæ primates: vnus ad hunc nouum mundum fue-
ris selectus Princeps, & Gubernator. Coniungiorum speculum tibi
debitum intelligo, qui tam clarē, & lucidē, & supra liceam virtu-
tem: matrimonium in offitium, & non ad libidinē a Deo in primor-
dio institutum: omnibus opere effeceris manifestum, sic maritum ^{gene. 2}
agens, vt diuino obsequio, non vxori ligatus videaris. Si tamē sin-
gulare debitum attendam: hoc quale quale est opus: tuum esse cen-
seo. Quippe qui a tempore quo feliciter ex Hispania illa antiqua
hunc orbem moderaturus aduenisti, peculiare nescio quid amo-
ris erga me tui presensci scintillam, quē paulatim in ingētem cre-
uit flammam, vt iam quicquid Alphōsus habet, hic tuus ibi habeat,
& collocet, vbi & anima per amorem collocata est. Et quod pre-
tere indum non censeo, si Augustiniensium familiam cōsidero, in
cuius sum ascriptus albo, deuictū vricē me ipsum cognosco, q̄ hāc
Auis, & Proauus, & ditauerunt, & in honore habuerunt: sicut il-
lius Ceruere oppidum, & cōstructum monasterium Augustinien-
sium proclamat. Atq̄ ab ipsis non degenerans, sed parentum ve-
stigia sequens, Heremitarum ordinem in hac noua Hispania, cū
ceteros alios Predicatorum, & Minoritarum amore prosequa-
ris, & vt pater foueas, hunc tamen nostrum diligis, & in dies bñfi-
cij deuictum reddis. Age ergō maeste virtutis Princeps incly-
te illustrissime Lodouice, munus recipe, & scientiē Princeps incly-
te illustriſſime Theologie diligere, vt Carolus ille magnus, qui illud Sacre
Theologie emporium vnicum Parisiense gymnasium instituit, &
ditauit. Ex quo tanq̄ ex Equo Troiano innumeri exierunt pre-
stantissimi bellatores, & duces. Sic Caroli imperatoris, & Hspa-
niarum regis locum tenens, hanc Mexicanam academiam insti-
tuisti, & prima iecisti tu fundamenta, vt non solum premitia ti-
bi merito, sed fructus laborum debeantur. Recipe ergō ex clien-
tulo

4. EPISTOLA NVNCVPATORIA AVTHORIS.

tulo, patrone illustrissime ex hac academia premitias: speculum
conuigiorum, in quo faciem omnes Indorum ministri, in spiritua
libus videre possint suam, ne in ministrando aberrant, in discernē
dis, iudicandisq; coniugijs. Interin hoc tuę dignitati precor, pro
spera secundaq; omnia, ac vt te Deus optimus in dies virtutum &
meritorum in gubernandis tibi cōmissis tanta ditet supellectile,
quanti interest omnibus huius orbis noui incolis, yogo.

IOANNES NIGRET IN ARTIBVS, ET
Theologia magister, & in metropoli Mexica
na Archidiaconus, & vniuersitatis rec-
tor, Illephonso religiosissimo, sapa-
entissimoq; magistro. S.



Inter alia innumera penè beneficia, que
humano generi Deus summus, maximè
quē concessit Illephonse religiosissime,
sapientissimeq; magister, hoc vnum me
moria dignum passim, & vbiq; contem-
plandū censeo, homines ad eò varia qua-
dā affectione, & am ore genitos, vt pau-
ci aut nulli, aliorum finem insequantur.

Hierony, Et vniuersiq; aliu sic, & aliud sic (vt cum Hieronymo lo-
quar) eligat & perpendat. Quid obsecro maius mirabiliusq;
q̄ mille hominum species, quinimòdò hominibus millia mil-
lium specierum correspondere iudicemus, & credamus? Iste
Hominū ad militiam procliuis, ille ad agrorum culturam quodāmo-
viuēdi mo do cogitur. Vnus aulicus, alius aulicorum mores detestatur.
di diuersi Et in vitis aduersus virtutem dissimiles omnino sunt homi-
sunt. 1. po. nes, Atq; idē videmus, & experimur, vnus vino deditus;
et. 56. alter homicida, aut fur est. Alius a eę studēt, aut mulierosus,
vel criminofus censetur. Et nō singula recēsendo prolixior
fiam, & a nostro instituto longius euadam, quis ad eò inge-
nii diminutus, & parum intellectus capax, reperitur, qui mē-
te quadam diuina factum esse non intelligat, & cognoscat,
vt per totum vniuersum homines quidam (quāuis rari) ita

tanta varietate electi, & diuinitates quædam create, & disse-
 minatę sint, atq; ad intellectum nutriendum, ad volunta-
 tem erigendam, ad memoriam perficiendam, a summa su-
 premaq; intelligentia dentur? Quorsum verbis, & argumen-
 tis est opus, si monumenta illa litterarum sacra e medio tol-
 las, si sanctos illos mille nominibus dignissimos doctores
 demas, si argutissimos in Theologia sancta magistros excer-
 pas? quid superest: nisi homines vitainani, & morte
 viuentes: sub ignauia, atq; insipientia degentes conspiceret.
 Si Socrates vita deficeret. Si Plato scripturarum in philoso-
 phia monumenta denegaret. Si Aristoteles vtrinq; philoso-
 phiam, & optimas alias disciplinas successoribus non osten-
 deret: actum esset de nobis. Rusticitate quadam, & agricola-
 rum more philosopharemur, & disputaremus. Quid referã
 bellorum duces, architectos insignes, mechanicarum magi-
 stros, vnde nam eminentiam illam, & perspicacitatem, inge-
 niorum subtilitatem adepti sunt nisi a prædecessoribus,
 ab antiquorum libris, a præcis voluminibus, quibus maxi-
 mus honor, & immortalis fama debet. Et tãdẽ fit, & luce ipsa
 clarius apperet nostri huius seculi studiosis; multa antiquo-
 ribus accepta referre debere Litterati tamẽ artifices, & cu-
 iuslibet generis sapientes addere potiùs inuentis, q̃ inuẽto
 res dicendi sunt. At tu religiosissime Illephonse, & iure opti-
 mo doctissime, vnus ex multis tua fœlici sorte eligendus ve-
 nisti, & Theologiæ sanctæ deditissimus optimam studiorũ
 rationem posuisti, & tandem nugis, atq; (aliis desideriis omi-
 ssis) coetaneos, & amicos tui temporis in bonis litteris supe-
 rasti, vt antiquorum, & sapientium exemplo posteris emo-
 lumentum grande, & memoriam relinqueres. Adest post tot
 in logices editione perpeffos labores tuo nomine opus the-
 ologicum quidem aureum, eniuenti singulari q; doctrina re-
 fertur cui Speculum coniugiorum nomen dedisti, quod ex-
 aminandum ex commissione capituli huius Ecclesię metro-
 politanę accepi. Non possum mi Illephonse in Theologia
 eminentissime tuum hoc desiderium, tuam hanc sanam me-
 tem non laudare, Et vtinam epistolarem modum excedere
 daretur, & mularum afflatibus me dignum censerẽ, vt te ad
 æthera vsq; extollerem, & opus hoc tuum diuinum persua-
 derem, Verũ quid opusest verbis? Nihil in libro non in-
 uenitur ad Indorum nodos sciendos, ad coniugis, & viri

ligamen

ligamen firmandum, ad omnium tandem scrupulum, vel
ambiguitatem extirpandam hie liber conducit. Gratulentur
igitur omnes pro viribus Illephoso (est quidem Augusti-
norum decus) propter aureū emissum opus. Sed vires meae
cessare compellunt, receptui canendū cenſeo. Vale Nestore
osq; viue annos.

FRANCISCVS CERVANTES SALAZA

rus artium magister, iuris pontifici & sacrae
Theologiae Candidatus in academia Mexica
na Rhetoricae professor: candido lectori.

S.

Mathei.
19.



Um venit in mentem candido lector, diuinum
illud oraculum, quos Deus coniungit homo nō
separet: confestim animo de maxima matri-
monij dignitate, & praestantia, occurrit mul-
ta. Quam scilicet sacramentum hoc hominum
propagationi necessarium extiterit. Cum tot ā
gelorum millia ab orbis conditi exordio, homi-
nem autem vnum, & faeminam a quibus in
tot tempora & innumeras progenies ac natio

Conci. flo nes genus humanum propagatū est: Deus effinxerit. Quo pacto a nullo
renti, et tri alio quā a Deo & institutum, & honestatum fuerit. Quā praeterea
den. ad fabre, scitēq; inter Christū & Ecclesiā nuptias praesiguret. Quā itē
Paulus. ad exactē copulatā in filij psona humanā naturā diuinā adnotet. Quā myste-
Ephe. 5. rium paulō postq; est conditus Adamus in spiritu cognouit. In his au-
gene. 2. tem maximis & admirandis commodis, mysterijsq; matrimony, il-
lud potissimum considerare, & demirari soleo: cū vinculum quo pa-
ter & filius inuicē copulantur naturale & minus dissolubile, q̄ cordie
nus notus videatur, viri tñ & vxoris nexis liber, aliō qui & volū-
tarius: ita firmus & inexplicabilis sit, vt visa vxore diuino spiritu af-
flatus protoplastus dixerit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de
carne mea, propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adha-
rebit vxori suae. Vnde facile coniūcio, quan do Christus in lege gratia li-
gamen coniugum nevnq; nisi morte ab inuicem seiuengerentur, sic
matth. 19. confirmant: vt diuortij libellos coniugibus a Moysē admissos abstule-
Matth. 10. rit

rit, cum qui vel copulare, vel segregare coniuges voluerit in matrimo-
 nij canonibus, qui longè latèq̃ patent: q̃ versatissimnm esse oportere.
 Nam si aut segregandos coniungit, aut coniungendos segregat, et di-
 uinæ obsistit legi, Et cum ab vno errore multi oriuntur: fidei, sacramen-
 to, et pli. quæ præcipua in cōiugio sunt, nõ leuem facit iniuriam. Quæ
 tu damna candidè lector, nisi o scitas, et stertis, hoc vno libro compara-
 to, tã facîle vitabis vt in re diffusissima, et labyrintho Dedali implicatori
 tutius, ac certius q̃ Theseus, prouintiam matrimonalem (per paucis q̃
 dem obuiam) et adire et superare poteris Cuius laboris compendiu:
 cui ad hoc tempis, acceptum referes, nisi magistro Alphonso a Vera
 cruce Augustiniano, cuius indefessa studia, admiranda doctrina, sin-
 gularia ingenij sui documenta, vigilie in omnibus disciplinis lucernã
 sapientes, animi candor, qui vel hostes conciliet, hoc vno in opere (mi-
 ssa facio reliqua) in ipso additu sic tibi occurrent dilucida: vt minimè
 obscure cognoscas nouo huic orbi illustrando diuinitus ipsum a Deo
 concessum. Posse t idem (ne tibi id non prædictum culpes) eleganter:
 et multò breuius librũ cõscribere. Verum cum Paulũ secutus debitorẽ
 se dignis, et indignis intelligeret, paulò fufius diuagatus, ne res tan-
 ti momenti, vel mediocriter institutum fugeret (crassiori quod ariũ Mi-
 nerua) ad studioforum omnium captum descendens, negotium tracta-
 uit. Bene vale, alienoq̃ tutus labore fruerè.

Ad Rom.

¶ CVIVSDAM AD LECTOREM DISTICHON.

Qui cupis obscuras mentis fugitare tenebras
 Huc ades, huc propera, nam tibi lumen adest.
 Millia post centum doctis dignissima scitu.
 Seruandamq̃ fidem, pandit & iste liber.
 Nec minus anfractus hominum calle (q̃ sophiste:
 Sentibus amotis omne patebit iter.
 Abdita panduntur, non tantum dicta Sophorum:
 Sed quicquid sancti iam cecinere patres,

¶ PREFATIO REVERENDI PATRIS
 fratris Alphonsi a Vera cruce Augustiniani in
 suum Speculum coniugiorum.

¶ Cum
 a iiii

*Intētio, &
institutum
auctoris.*



Vm nihil magis in situm debeat esse christia-
no pectori: quam quæ Christi, & aliorū, &
non quæ sua sunt querere, animum subij:
causam matrimonialem tractare, vt noui or-
bis, noui homines, nouitèr inuenti maximè
iuuarentur. Siquidem in hoc argumento, sicut nullibi in sa-
cramentorum materia periculosius erratur: nullibi aliquid
fructuosius inuenitur. An non error grauissimus si ex ig-
norantia. quos disijungere oportet: coniungere contingat?
Vel quos coniungere: disijungere. eueniat? Consideraui enī
quàm frequentissimè inter ministros huius Ecclesiæ de re
matrimoniali versetur causa, quæ sit omnibus obuium cō-
tractus matrimoniales audire: iudicare: & diffinire. Sed si-
cut non omnibus (vt aiunt) datum est adire: Corinthum:
non cuiuslibet scientia necessaria de negotio est concessa, quia
& iuris peritiā, & Theologiæ sapiētiā exposulat. Rei ardui-
tas, & questionum difficultas, & doctorū in di-
uino, & humano iure peritorum varia opinio deterrebat:
deprimebatq; animum. Sed tamen Christus ipse Iesus (cu-
ius res agitur) sic vires apposuit, & per amicos sollicitauit,
& per prelatorum obedientiam coegit: vt calamo manū
admouerim. Per gratiam Dei opus inceptum, & perfectè
absoluimus, theoreticam praxi coniungentes: & pontificū
determinationes ad cōsuetudinē, & mores neophitorū sic
adaptādo: vt null⁹ remaneat posthac locus remorādī in ip-
sis iudicādis calibus occurrētibus. Atq; cū decē ānos fuerit
opus elaboratū: prelo cōmittere distuli, potissimè vt expi-
mētū sumerē, qua frōte ab alijs istę nostrę lucubrationes re-
ciperētur. Atq; spes mea nō cedit ad irritū, sed video ab oib⁹
maximè doctis desiderari. Quapropter differre āplius nō li-
cuit. Scripserūt multi (fateor) elegāter, grauiter, & doctè. Si-
tū de iuris pōntificij doctoribus doctis prius fiat sermo, suo-
rum textuum sola habita ratione, allegationibus: innume-
ris:

*Tractans
matrimoni-
ales causas
& theolo-
giæ: & iuris
peritiā re-
quiritur ha-
bere.*

ris contenti (sicco pede transeuntes) ipsas pontificum determinationes nobis tradiderunt: dumtaxat. At theologi nostri, qui latius, & ex intimis: & a primo lapide (vt aiunt) exordiri solent; nonnulla desideranda reliquerunt, quæ ab illis incõsiderata, quia non obuia, a nobis tractata in presentibus sunt, & enucleata, vt certa ab incertis distinguentes iura non conunderemus, sed. sed sum: quid iure naturæ, & quid diuino, & tandem quid humano constitutum sit exponeremus. Matrimonium enim & si sacramentis Ecclesiæ connumeretur: contractus quidam humanus est. Quocirca cū diuersimodè in diuersis cõtingat nationibus; hanc hominum consuetudinem, qui illorum hominum linguam vernaculã ignorãt; exactè cognoscere minimè valët. Quædè cum aliàs ab hinc duodeuiginti annos barbaram eorum linguam perdiscerim: familiaritate tam longa (quæ ad opus hoc spectat) intelligere potui, atq; in vnum redigere sic curauit, vt dispensatores ministeriorum Dei, & sapientes & insipientes pariter iuuentur omnes. Isti quidem quia ob oculos, quæ diffinienda in omni occurrente casu proponimus. Illi, quia quæ sparsim legerunt in libris: in hoc vno cõgregata dephêdēt. Atq; cõsiliũ fuit i tradēdo aliquñtulũ materia extēdere, & latius vagari, vt cuiuslibet pateat aditus: quñtũuis rudi, & agrestĩ hõĩ. Poteram⁹ qudē (nõ eo inficias) breui⁹ cõprehēdere, sed tamē fortè Delio indigeret natatore. Et stilo infimo, & nõ affectato tradere eò fuit in aĩo, vt etiã si nõ latin⁹: cū aliquñtulũ grãmatices degustauerit: fructũ possit reportare. ¶ Argumētũq; operis in tres diuisim⁹ partes, in quã prima, oĩa q̄ d̄ matrimonio in generali, atq; impedimētis omnib⁹ dirimentib⁹, & nõ dirimētib⁹ appositã sũt, In secũda tamē d̄ illis q̄ ad infideles cõuertēdos spe-

Occi: florē

*Paulus .1o.
Corin. 4.*

Diuisio operis.

Et at fit sermo. Atq; in tertiã modum diuortij declarauimus.

¶ Quia:

ARTICVLVS PRIMVS DE MATRIMONIO AN
sit, & quid sit.

Aristo. 2.
postc. tex.
co. 8. c. 9.

Magis sen
in. 4. d. 26

Aug. 9. l.
super gene
ad lite. c 7

gene. 2.

Math. 19.
Magis in
4. d. 26
& ibi. S.
Tho.
Dio. 4. c.
de diui. no.

Arist. 2.
ph. tex. co
75.



Via (teste Aristo.) an est: prius est: q̄ quid
est, frustra & incassum in quaestione ponere
tur quid sit matrimonium, nisi prius intelle
xerimus an sit? Qua de re tanq̄ fundamen
tum, & primum lapidem in hac nostra ma
trimonialia structura, & coniugiorum specu
lo constituentes: matrimonium a Deo ipso
omnium formatore esse institutum affirmamus, in offitium quide
in illo delictarum paradiso ante peccatum prothoplastorum, qua
do Adæ datum est adiutorium simile sibi. Ex quo quidem so
porato Eua educta, & formata fuit, vt os ex osibus, & caro ex
carne, duo in carne vna essent. Post peccatum autem in remedi
um constabilitum, & firmatum. Atq̄ demum in lege gratiae a Christo
omnium redemptore, & seruatore: non solum confirmatum, & ro
boratum esse cognoscitur, verum etiam ad illam primiuam facie
vnus ad vniam: cum indissolubilitate: omnibus suis numeris delini
tum est, ipso dicente. Quos Deus coniungit homo non separet.

¶ Nam ergo quid sit in gramus oportet. Et primo vtrum sit na
turale. Quam plurimum enim iuuat hoc praenoscere. Nam si na
turale est (cum naturalia non sint propter peccatum abolita) li
cet remanserint sautiata non negabimus matrimonium esse etiam
in peccatoribus.

¶ Item. Quia cum fideles naturalia integra retineant: licet obtene
brata, omnino & constanter affirmari neceffe erit, apud ipsos etiam
matrimonium esse. ¶ Pro dubij solutione notanda est Aris. doctrina
dicentis, quod necessitas in naturalibus sumenda ex fine est. Ac si
diceret. Dedit homini natura oculos ad videndum, ad tuendum se, &
ad cauendum a periculis eminentibus. Neceffe est ergo q̄ oculi sint
positi in capite, & non in pedibus, quia non posset homo comode fine
preoptatum consequi, si in pedibus esset. ¶ Hoc supposito sit conclusio.

¶ Matri

A. ¶ **M**atrimoniu. Coniunctio scilicet maris & feminx, est de iure nature. Probatur ex Ari. dicente. Hō ē nāliter magis aīal cōiugale, q̄ politicum. Et ideo loquendo de hac coniunctione dicit. Est societas naturalis: vt natura adimpleat suam sempiternitatē. Et tamēn homo naturaliter est animal politicum. vt ipse ibidem dicit & primo politicorum. Cū enim homo non sibi sufficiens sit ad omnia quę pertinet ad necessitatem eius, idig et cōmunitate ad viuendum. Natura enim ceteris animantibus prouidet in necessariis ad vitam conseruandam, ministrando eis cibum, & pillos prebendo ad defensionem a frigore, & cornua ad pugnandum, sed homini solūm dedit rationem, per quā potest sibi hęc arte preparare. Et quod ex instinctu naturali habēt alia animalia: vt nocua fugiant, & ipsa cognoscant, homo habet per rationem. Cū tamen vnus homo non possit hęc omnia cognoscere, maximē cū sint particularia quędam, oportuit ex inclinatione naturali homines conuenire, vt vnus adiumentum esset alteri, quandoquidē vnus solus sibi in omnibus sufficere non poterat. Si ergō naturaliter est animal politicum: seu sotiale: homo, & est magis coniugale, consequens est, matrimonij coniunctionem esse quid naturale, ad quod natura ipsa hominis inclināt. Et hac de causa idē Aristote. primam societatem dicit esse combinationem maris & foemine. Ac si diceret, q̄ alia quęcūq̄ politica societas, vel Oeconomica ab ista dependeat. Si ergō natura ad politicam societatem inclināt, quantō magis concedendum est quōd ad uiri, & mulieris per matrimonium inclinēt coniunctionem? Sic q̄ iura humana matrimonium definiunt: vt in principio. ff. dicitur. Ius naturale est maris & foemine coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.

B. ¶ **P**ro pfecta tamen intelligentia est notandum, quōd naturale dicitur dupliciter. Vno modo, quod causā habet ex principijs nature ex necessitate, sicut necessarium est lapidem descendere propter suam grauitatem, & ignem ascendere propter suam leuitatem. Et isto modo capiēdo, matrimonium non est naturale, quia nō ex necessitate causatur, sed ex voluntate p liberū cōsensū.

¶ **S**ecun

Conclusio

Arist. 8. ethi. c. 12. & 1. Oeco. c. 3.

3. & 1. po. c. 2. & alibi.

Arist. 1. Eth. c. 9. & 3. poli. c. 4.

Arist. 1. poli. c. 1. et. 1. Oecono. ca. 3.

quot modis aliquid dicitur naturale

S. Tho. 12. ¶ Secundo modo id dicitur esse naturale ad quod natu-
 q. 51. ar. 1. ra inclinatur, tamen complementum accipit a libero arbitrio, sicut
 Et Q. 63, dicuntur uirtutes naturaliter inesse homini, non quod inueniantur in
 ar. 1. et 9, nobis aliqui habitus perfecti per naturam, sed inest nobis a natu-
 7 1. ar. 2. ra suscipere illas per operationes nostras, sicut Aristoteles docet: Inclina-
 Aristot. 2. ri ad eas innatum est homini, et tamen habere eas perfecte geni-
 ethicorū, c. 1. tas: non competit alicui homini naturaliter, sed per assuefactionem
 ad operationes. Isto modo capiendum naturale: matrimonium di-
 citur naturale, siue de iure naturali, in quantum homo per natu-
 ram inclinatur ad matrimonium, licet eius perfectio dependeat
 ex libero arbitrio: ex consensu. Sic enim sanctus Thome ait. Duplex
 est appetitus naturalis. Vnus qui sequitur apprehensionem. Alius qui non sequitur apprehensionem. Et iste secundus non
 est aliud: quam natura ipsius rei cum qualitatibus naturalibus, ut
 inclinatio lapidis ad descendendum. Primus uero est actus quidam
 rei, ut est in animalibus. Ex hac differentia Aristoteles dicit quod anima
 mouent se, inanimata uero mouentur a genere, id est a Deo
 dante illam inclinationem. Sic in proposito, licet homo per liberum
 arbitrium ad matrimonium moueatur, naturale quidem est, quia
 ad illud est inclinatio naturalis, licet compleatur per uoluntatem.

Aristot. 2.
ethicorū, c. 1.

S. Th. 12. q.
26. ar. pri.

Aristot. 8.
phisi. tex. co.
29. et 33.

3. notan.

2. phisi. tex.
co. 75.

¶ Preterea. Notandum est duplicem esse finem matrimonij. Pri-
 mus est propagatio, et continuatio speciei, quod est bonum com-
 mune. Alius est mutuum obsequium, et communicatio operum De
 quo Aristoteles li. 2. politici c. 3. et li. 3. c. 3. et oecoli. 1. c. 3. et xeno. i. oe.
 Cū ergo natura necessitatē sumat a fine, et finis naturalis sit spe-
 ciei conseruatio, etiam erit necessarium, et naturale matrimoni-
 um. cuius finis est speciei conseruatio. Non enim uocamus matri-
 monium ipsam sexuum coniunctionem, quia hæc etiam reperitur in
 peccoribus, in quibus non est matrimonium sed habitudo certa, quæ
 est inter eos qui conueniunt carnaliter necessaria. Ista uocatur
 matrimonium. Non enim quomodo cūque conueniendum est inter
 homines, sed certo modo, tam secundum naturæ designationem, quam
 secundum rationis iudicium. Non enim debet esse coniunctio: nisi
 maris

maris ad fœminã, quod et natura docet, quia finis cõmixtionis est generatio, q̄ nõ inuenitur nisi fuerit sexuum diuersitas. Secũdo, Ad istũ primũ finẽ requiritur, quod nõ sit cõmixto ad multas fœminas, sed ad vnã solã, quod natura docet, & ratio, vt infra dicemus.

A ¶ **3.** Nõ debet esse cõmixtio ad quãlibet mulierem, sed aliquę debent excludi a cõmixtione, quibus natura ipsa (ratione reuerẽtię) nõ patitur cõmisceri. Et hoc specialiter in hominibus, qui debita personarum cognoscũt.

B ¶ Peccora autẽ: quia huiusmodi attentiã ignorant: non excludunt aliquam femellam a cõmixtione. Licet aliqua in quibus est cognitio parentum: abstinent ab eorum cõmixtione. Vnde Arist. dicit: q̄ quidam equus per deceptionem matri cõmixtus est, & cum hoc cognouit, precipitauit se, quasi si in lege nature peccauerit. Etia fertur, q̄ cum quidam artifex ingenium faceret, quod Elephas matri cõmisceretur inscius, postq̄ deprehẽdit se illusum ingenij actorem interfecit.

C ¶ **4.** Quarto. Ad istum primum finem: non debet esse habitudo viri & fœminę solum tempore cõmixtionis carnalis, sed tempore toto educationis fetus, quia natura magis intẽdit educationem, & perfectionem genitorum, q̄ generationẽ ipsã, quia propter vnũquodq̄ tale: & illud magis. Si ergo generationem vult propter prolem, plus vult prolem. Et sic natura inclinãt marem, & fœminã ad cõmixtionem, ad sibi simile generandum. Inclinãt etiã ad eos se habendos certo modo, vt natos possint benẽ educare. Quę habitudo matrimonium vocatur. At quia teste Arist. dubia contingentia de re aliqua ex diffinitione soluenda sunt, & ea quę sunt propter finem: optimẽ diffiniuntur per finem: dubia de matrimonio ex fine soluenda sunt, & explicandã, sicq̄ ad matrimonij substantiam non satis est ius cõueniendi in vnũ, quia vagus concubitus non sufficit, talis enim cõmixtio frustraretur: vtroq̄ sine matrimonij. Nam si quilibet concubitus esset licitus: cuiuslibet viri, ad quamlibet fœminã, primus finis matrimonij non posset haberi, cum ex concubi-

Aristo. 9.
his. anima.
li. ca. 47.
& S. Tho.
22. q. 154
ar. 9. ad. 3.

Aristo. 1.
post. tex.
com. 5.

Arist. lib.
de anima.

tu tali, raro soleat proles generari, non posset proles comode aut procreari, aut educari incerto patre, non solum quod ad civilem, sed etiam quantum ad naturalem vitam, cum femina infirmior sit & imprudentior viro, sic ut totam filiorum curam sustinere non possit. Et si concubitus est promiscuus, certus pater esse non potest. Et posito est una unius sine mutua obligatione, ut est in concubinariis, adhuc nec procreatio prolis esset certa ex libera coniunctione, nec educatio a parentibus, qui inuicem conuenire non tenentur. Et instructio moralis vix esset: cum oporteret filium a patre instrui, qui tamen cum matre non habitaret, quod est primus finis matrimonij. Sic Aristo. ait. A parentibus tria recipimus. Esse, nutrimentum, & doctrinam. Filius autem non posset educari, nisi haberet determinatos parentes. Et sic videtur quod de inclinatione naturae sit quod matrimonium sit unius ad unam, & non unius ad plures, sicut in politia Socratica, & Platonica, ut Aristo. refert. Et requiritur quod isti determinati parentes habeant obligationem aliquam, per quam conuenienter efficiatur educatio prolis.

Arist. 8. e
lib. c. 11.

Aristo. 2.
poli. q. si p
torum.

2. finis.

¶ Secundus finis matrimonij, est mutuuum obsequium a coniugibus sibi inuicem in rebus domesticis impendendum, ad quod ratio naturalis inclinatur. Nam sicut ratio naturalis inclinatur ut homines cohabitent, quia nemo sibi sufficit in omnibus quae sunt ad vitam, ita hominem animal politicum vocamus naturaliter, quia adiacet unicuique particula boni alterius, ut dicitur tertio politicorum. Sic in operibus quae pertinent ad conseruationem vitae, quaedam sunt opera, quae conuenienter fiunt per viros, quaedam per mulieres, ideo a sociatio ipsorum, & quantum ad mutuam communicationem operum: est de inclinatione naturali. Et sic idem Arist. 1. Oeconomicae dicit: distinctas esse curas viri & feminae in domo, siquidem feminae respectu prolis est educare, & viri erudire, & viro incumbit exterioribus occupari, & feminae dominari omnibus quae sunt intus. Et sic loquens ipse Aristo. in lumine naturali ponit duas causas, seu duos fines matrimonij, scilicet, procreationem filiorum

Arist. lib.
3. poli. c. 3.
Gab. in. 4.
dis. 15. q. 3.
ar. 3. du. 2.
10. An Pa
ner in c. li
te. de rest.
expoli. c. 3.
Ar. lib. 1.
Oeco. c. 3.
Arist. 1.

filiorum, & operum communicationem, ad quæ duo inclinatur natura in omnibus. Et sic Plato in Menone dicit uxoriæ esse virtutem: domum recte gubernare: dum custodit domestica, viro quæ obedire.

Oeco, c. 3.
S. ethi, ca.
12.
Plato

A ¶ Sed tamē cōtra ista obiici potest, Quia quæ naturalia sūt, eadē sūt a p̄a oēs, sed matrimoniū nō ē eodē modo a p̄a oēs. Quia secūdū diuersas cōditōes hominū: diuersimodē cōtrahit̄, & diuersi sūt ritus & ceremoniæ in matrimonio contrahendo, vt patet extra, de sp̄o salibus ca. de Francia. Ergō non est matrimonium naturale.

1. obiectio

B ¶ Solutio: Natura humana non est immobilis sicut diuina: vt Aristo. dicit. Er ob id aliq̄ quæ sunt homini conuenientia secundum naturam rationalem, non reperiuntur eadem apud omnes, cum non sint prima principia iuris naturæ, sicut quod tibi nō vis alteri nō facias, & similia. Sed i bisq̄ ex istis principijs deducit̄ (quale est matrimonij vinculum indissolubile) potest contingere variatio, secundum diuersa tempora, vel circa diuersas nationes, quod in primis ipsis principijs per se notis non potest contingere. Siquidem quæ ista coniunctio indissolubilis sit necessaria ad p̄lem generandam, non est sic manifestum, sed ex manifestis deducitur, quia si nulli malum est faciendum, & ex hoc quæ parentes nō mutuō obligantur, malum prolis sequitur, quia non debite educatur. vt dictum est, ergō matrimonij indissolubilitas est necessaria.

Solutio. 1.
Aristo. 7
ethi. c. 14

Math. 7.

S. Tho. 12

q. 94. ar.

4. & 5.

Abu. su p

Math. ca.

19. q. 30.

in sol. ad 3.

q. 9. 33.

ad. 1.

C Et ob hoc non est inconueniens quod secundum diuersos status, & conditiones gentium: varietur matrimonium, non solum quantum ad ceremonialia (sicut dicitur extra de sp̄o salibus c. de Frācia) sed etiā quantum ad substantialia, vt quod aliqua gens ponat i matrimonio pluralitatem, & alia vnitatem, & quidam ponant indissolubilitatem, alij verō concedant repudiū. ¶ Secundo ad argumentum: In matrimonio duo sunt consideranda, scilicet contractus ipse, vel mutua obligatio, quod est essentialē in matrimonio. Et potest considerari modus quo iste contractus celebratur, quod quidem accidentale est. Quantum ad primum: inuariabile, & inmutabile manet, quia per matrimonium omnes in-

Abulen. c.

19. Mabi.

q. 28.

2. Solutio.

telligunt

telligunt illum contractum mutuó se obligandi, & sic contrahūt, licet postea contingat, vel q̄ vir aliam recipiat, vel q̄ primē det libellum repudij. Nam si omnia essent & perseverarent eodem modo sicut in principio, non contingeret dissolutio. Ob id de per accidens contingit discessio. Nam si in pactum ducerent discessū pro libito, vel repudium post Christi aduentum: non esset matrimonium vt patet, extra. De conditionibus apposis. c. fina li. Sed quantum ad modum contrahendi, quia in eo quod accidens tale est, variatio potest contingere. Neq̄ hoc cadit sub regula,

Arist. 2. p̄bisi.

Diuersus modus contrahendi.

2. obiectio.

S. Tho. 12 q. 51. ar. 1 & q. 63. ar. 1.

Inclinatio ad propagationem non est in

vel arte, quia sicut dicit Arist. Illorum que sunt per accidens, nō est scientia, quia sunt infinita. Ob id potest fieri alio, & alio modo apud hos, vel illos. Et sic in istis partibus in vnaquaq̄ prouintia erat alius & alius modus contrahendi. Immo in vna & eadem

secundū diuersitatē p̄sonarū. De quibus erit sermo in secūda pte.

¶ Secundo sic potest obiici contra determinationē. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, sed matrimonium non est in omnibus animalibus, cum in quibusdam sit coniunctio maris & femine siue matrimonio, ergo non est de iure naturali.


¶ Solutio. Matrimonium licet sit de iure naturæ, non tamen de iure communi omnibus animalibus, sed prout est commune hominibus. ¶ Pro cuius explicatione notandū, q̄ natura hominis inclinatur ad aliquid dupliciter. Vno modo quia est conueniens naturæ generis. Et hoc est commune omnibus animalibus, quia omnia animalia participat in genere, sicut est nutrimentum capere: ex inclinatione naturali prouenit, tanq̄ commune ratione generis.

Alio modo natura inclinatur ad id quod est conueniens naturæ differentię, vel speciei, sicut est homini naturale habere actum prudentię, vel temperantię, in quantum bono, non in quantum animal est. Sic natura inclinatur hominem ad propagationem per matrimonium, quod est secundum rationem. Nam & si omnibus animalibus insit inclinatio ad propagationem, non eodem modo in omnibus. Nam in homine in quo est ratio: competit propagatio secundum rationem. Et vt taliter iungantur, qualiter ad conuenientē educationem

educationem prolis, & ipsorum conuenientium bonum statum cō omnibus a
petat, & quia ad hoc requiritur coniūctio viri et vxoris, et quōd nimātibus
per se legitime sint & commanentes longo tempe: secundum ali eodē modo
quam obligationem ad commanendum: debuit esse talis modus cō
uentionis maris & femine, quam conuentionem vocamus matri-
monium. Ideo matrimonium est de inclinatione naturali: consequē
ti naturam humanam, & non naturam communem animalium.
Et hoc est loquendo de totali inclinatione ad matrimonium. Nā
ad aliquid matrimoniale est inclinatio ex natura communi, scili
cet quantum ad primum finem matrimonij, qd est procreare fili-
os: cum in omnibus perfectis animalibus sit ista inclinatio. Edu- Arist. 8.
catio autem non reperitur eandem in omnibus, cum in quibusdā cibi. c. 12.
sufficiat sola femella, in alijs filij nati possunt statim cibum quere
re, & sic non indigent aliqua educatione parentum. Alia sunt in
quibus & si masculorum cura sit necessaria: tamen paruo tēpore.
In hominibus verō est necessaria cura vtriusq; parentis: educādo
longo tempore. Ideo est maior determinatio necessaria ad com-
manendum. Ista autem cobabitatio non solum competit homini
B ex parte differentie: in quantum est ratioe vtens, sed etiam ex na
tura generis: cum sit commune omnibus animalibus: q; tandiu cō
ueniant: tandiu est necessaria ad educationem filiorum commo
ratio. Et sic quantum ad aliquid est matrimonium de inclinatio-
ne naturali consequente omne animal, completē tamen est de incli-
natione humana, in quantum homo est vtens ratioe.

Vide alif.
in. 4. par.
tracta. 9.
c. 3. 4. 2.

ARTICVLVS SECVNDVS DE CONSEN
su requisito ad matrimonium.

C trum ad matrimonium sit consensus. neces-
sarius tanq; de essentia eius, sicq; secluso eo
non possit esse matrimonium. ¶ Pro solutione
notandum: q; hic per consensum nil aliud intelli-
gimus: q; applicationem appetitus ad aliquid
agendum
b

Vide doc
Theolo. in
4. d. 27.

12. q. 15. a gēdū, sicut dicit S. Tho. Cōsēsus iportat applicatiōē sēsus ad a-
 Arist. De liquid. Est autē propriū sēsus vt sit cognoscitiuus prēsētiū. Et ex
 me. & re. hoc tractum est hoc nomen consensus. Est enim applicatio sensus
 c. 1. & 1. ad rem: secundum q̄ ei inberet, quasi experientiam quandam su
 Rbe. c. 11. mens de ea; in quantum complacet sibi in ea. Et hoc contingit
 quando apprehenso fine, & desiderato: consultamus de medijs,
 & per consiliū iudicat hoc vel illud medium esse conueniens,
 & consentit illi medio, sicq̄ consensus est tanq̄ finalis sententia
 intellectus & voluntatis, qui non potest esse in brutis, quia non ha-
 bent suorum actuum dominium. Et sic non possunt appetitum ap-
 plicare quo voluerint, sed solum est hominis, quia proposito fine:
 S. Tho. 12. consultat, vel consiliatur de medijs: de quibus iudicat, sicq̄ appli-
 9. 1. ar. 1. et cat consensus, vt si alicui proponatur: bonum esse procreare fili-
 9. 15. ar. vi. os, vel bonum esse prouidere sibi de remedio contra libidinem, &
 tunc consultat de medio, & inuenit hoc q̄ est ducere vxorem, &
 in particulari ducere istam. Et sic consultando: vtrum ista ad
 finem expediat, iudicat q̄ sic, & dat sententiā, & sic est consen-
 sus. His suppositis sit prima conclusio.

1. Conclu. ¶ Ad matrimonium necessario requiritur consensus, sic q̄
 stantibus omnibus alijs, & hoc solo deficiente: non est matrimo-
 nium. Hęc conclusio probatur. Extra de sponsa. duorum. c. finali,
 vbi dicitur. Cōsensus legitimus inter personas habiles. sufficit ad
 matrimonium secundum canonicas sanctiones. Et si solus defue-
 rit: cetera etiam cum coitu. celebrata frustrantur. Ratio. Potes-
 1. Ratio. tas corporis hominis liberi non transfertur in alium sine eius con-
 sensu, sed in matrimonio transfertur corpus hominis liberi in po-
 1. Cor. 7. testatem alterius: dicente Paulo. Vir non habet potestātē sui cor-
 poris, sed. mulier, ergo oportet sit consensus.
2. Ratio. ¶ Pręterea. Omnis cōtra ctus requirit consensum, cū in pactum
 quodam sit, vt habetur. ff. de pactis. l. prima, sed matrimonium est
 contractus quidam, Ergo consensus est requisitus.
3. Ratio. ¶ Sed fortius probatur consensum esse necessarium ex fine:
 matrimonij. Procreatio enim, & educatio prolis: nullomodo po-
 sset

ffet stare, nisi esset consensus, ergo necessari⁹ est. Siquidem illa in *Math. 19*
 dissolubilitas non esset in inuitos, & non consentientes, nam (paren-
 tibus non bene inter se conuenientibus) non possēt filij optimē pro-
 creari, nec educari. Item. Nec esset secundus finis matrimonij. s.
 operum communicatio. Non enim in operibus aliquomodo com-
 municarent, cūm animo dissentirent, ipsa enim communicatio ope-
 rum pręsupponit amorem. ¶ Itē. Sinon esset necessarius consen-
 sus, possēt ergo Papa obligare aliquem ad matrimonium, vel Prin-
 cept. sed hoc non, ergo ob id q̄ consensus est necessarius. Probat^{ur}.
 q̄ Papa non possit, nec Imperator. Omne enim vinculum: quod po-
 testas humana potest cōstituire: potest & dissoluere, sed Ecclesia
 non potest dissoluere vinculum matrimonij legitimē contracti
 ergo nec poterit aliquomodo constituere. Quod non possit dissolue-
 re: patet ex illo *Math. 19*. Quos Deus coniungit homo non sepa-
 ret. Sed in alijs translationibus rerum sicut potest Princeps rem
 transferre inuito domino: ita post translationem potest iterum
 priori domino restituere: non obstante quacunq̄ possessione. Pos-
 set nihilominus Deus utroq̄ remittente: aliquos coniungere, quia
 De⁹ causalitatis effectiue causę potest supplere, vt dī Ose 1. Et po-
 test sine proprio consensu duos copulare, sicut de Adam & Eua
 probabile putat. Palu. in. 4. d. 26. q. 2 ar. 2.

¶ Cōsensus sic ē necessarius ipsorū cōtrahētū: vt ipse sufficiat
 & nullus alius sit necessario requisitus. Probat^{ur}. Quia illorū quorū ē
 corporum translatio, & ad commanendum perpetuo: obligatio:
 requiritur consensus, sed tales sunt qui contrahunt Et q̄ iste suffi-
 ciat: patet ex eo quod iure nature potest quis inire talem cōtrac-
 tum matrimonij.

¶ Secundo. Si aliquis esset requisitus consensus: maximē parē
 tum respectu filiorum, sed iste non est requisitus de necessitate:
 sed solum de honestate: vt patet in c. Veniens, de sponsa. & in c. Su-
 fficiat. 27. Q. 2. Et sic doctores intelligunt q̄, leges quę exigunt
 parentum consensum: de honestate sit, & non de necessitate: vt in
 l. Ea q̄ patris. ff. de spōsa. Et in l. Vidue. Et in l. In cōiunctione. c. De
 nuptiis

nuptijs, et l. 2. ff. de Ritu nup. et institu. de nupti. Et sic glo. in c. Sufficiat, et c. Cum virum, de regul. 1. Et c. vlti. 32. Q. 2.

Cathalog. Glorie mū di. Ex hoc sequitur Casaneum in suo de gloria mundi. P. 12. consi. 36. male dixisse: matrimonium a filia contractum sine patris consensu nullum esse. Et similiter aberrat Coras. lib. 1. misc. c.

Corasius: Ioā. olden dorpi.

17. quando dicit matrimonium absq̄ parentum consensu cōtrac-
tū rescindi posse. modō carnalis copula non sit sequuta. Similiter
reprobanda venit opo Ioan. olden dorpij, qui in. 4. clase actionū,
actione. 26. multis rationibus nititur probare matrimonium a fi-
lijs absq̄ parentum consensu contractum nullum esse.

Dubium pri. **D**ubium est tamen qualis debeat esse iste consensus. Vtrum sit necessarius, et si sufficit cōsensus in carnalem copulam, vel in matrimonij vinculum, vel in donationem potestatis corporis. R.

Solutio. q̄ requiritur consensus explicitus, vel implicitus in donationem potestatis corporum in vinculum matrimonij. Vnde si explicitē non intendunt mutuō dare potestatem suorum corporum, vel cōtrahere indissolubile vinculum matrimonij; debent ad minus velle illum contractum inire, quem faciunt illi, qui volunt esse maritus

Nota in fa- uorē neo- phito. isto. et vxor. Et talis cōsensus sufficit ad substantiā matrimonij. Sicut in baptizante, qui ignorat quid sit baptisma: sufficit intendere vt vellit circa paruulum id facere: quod Christus instituit, vel Ecclesia catholica circa paruulos suos baptizandos facit. Hęc

Adria. in 4. de con. Corrollari- um, Ex quo manifestē elicitur verum esse matrimonium inter siluestres, et rudes homines, qui vix intelligunt quid sit iste cōtractus, aut quę sit ista obligatio, quod vinculum matrimonij, quomodo indissolubile sit, dummodo in cōtrahendo id intendant facere: quod sic coniungentes faciunt, et sicut est vsus contrahentium.

Dubium. **S**ed an sit matrimonium verum si vnus consentiat hodie in alium, et alter non consentiat statim, sed crastina die. R. ex cōmuni opinione Theologorum, et Canonistarum; q̄ illud erit matrimonium, quomodo cūq̄ vnus consentiat, et deinde alter: dummodo qui primo consentit non reuocauerit consensum anteq̄ alius cōsentiret.

consentiret. Sic prepos. in c. Dilectus, de spons. Idem in c. penul. eo Prepo.
 fi. ibi Hosti. & Cardi. Et Sazius. 2. Volu. consili. consi. 2. 3. & 5. Hostien.
 Et Parisi. 4. volu. consi. consi. 45. Et est communis opinio. Et si Cardi.
 Ab. in dicto. c. Dilectus, cōtrariā opini. esse iure veriorē dicat. Et Sazius.

A tantum fuit interuallum inter vnius & alterius consensum, vt
 babeatur ac si non fuisset. De quo inferiūs: quādo de matrimonio
 contracto per procuratores agemus.

PAR. 3. VTRVM NECESSE

fit consensum verbis exprimi.



trum ad legitimum matrimonium. fit neces- S. Tho. in
 sarium consensum mutuum verbis exprimi, vel si- 4. d. 27.
 gnus, vel factis. Nam cum ista traditio mutua sit 9. 1. ar. 2.
 per voluntatem, poterit quis volens interius con- 9. 2.
 sentire, & sic esse matrimonium. Sco. d. 29
 q. vnica.

¶ Consensus p. verba, vel facta, vel signa equivalencia: est nec- Conclusio
 B sarius: ita q. interior non sufficiat. Abu. sup

¶ Hec est sententia omnium Theologorum. Sanctus Tho gen. c. 29
 Palude eadem. d. Idem glossa super. capitulū. Tue frater- 9. 11.
 nitati, extra, de sponsalibus. Et tandem hoc videtur determina Vual. de.
 tū. in c. Cum aut, extra, de spōsalibus. Et Innocētius i. c. Tue frater Ja. c. 132.
 ni. de sponsalibus dicit: quod in valentibus loqui sunt necessaria Inno.
 verba, quia Ecclesia sic ordinauit in isto. c. Alioqui sequeretur
 absurditas, videlicet q. vir & vxor videntes se inuicem, & con-
 sentientes: matrimonium celebrarent.

¶ Probatur cōclu. Nam in matrimonio cōfertur (virtute ta Ratio cō.
 lis contractus) viro potestas ad petendum debitum ab vxore,
 & e contrario vxori ad petendum debitū a viro, sed vi- 1. Cor. 7.
 ro non potest constare per actum interiorem vxoris: q. habeat po-
 testatem supra corpus ipsius, ergo vtendo eo. s. petendo debitū
 peccat. Idem de vxore. Sicut ego re aliena: quam noui alienam

nō

b iij

non possum pro libito vti.

Secundo. ¶ Quia si aliquid sine consensu expresso verbis, vel signis sufficeret ad matrimonium: maximè esset tractatio in domum, sed non sufficit q̄ vir mulierem in domum suam traduxerit ad verum matrimonium; ergo nil sufficit: nisi consensus fuerit expressus. Hoc probatur extra de restitutione spoliatorum: c. Ex parte, ubi determinatur: q̄ si femina propria auctoritate recesserit de domo viri: non debeat restitui viro petenti, etiam si probauerit q̄ eam in domum suam traduxerit, nisi probauerit spontanea precesse illam traductionem. Etiam probatur autho. Euaristi pape in decreto suo. c. 2. Et aducitur. 30. Q. 5. c. Aliter. Cuius verba sūt hec. Similiter (inquit) custoditum et traditū habemus vt vxor legitimè viro iungatur, aliter enim legitimum (vt a patribus accepimus, et a sanctis apostolis, eorumq̄ successoribus traditum inuenimus) non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, et a quibus custoditur vxor petatur, et a parentibus propinquiorebus sponsetur, et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cum precibus, et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a parantibus (vt consuetudo docet) custodita, et sociata a proximis, tempore congruo petita, legibus dotetur, et solemniter accipiatur, et biduo, vel triduo etc. Quapropter filij charissimi, et merito illustres: fide catholica suffragante, ita peracta: legitima scitote esse coniugia. Aliter verò presumpta: non coniugia, sed aut adulterina contubernia, vel stupra, aut fornicationes: potius q̄ legitima esse coniugia non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, et vota succurrerint legitima. Et propter hoc dictū putat Hugo. li. 2. de sacra. p. 11. c. 6. quod huiusmodi consensus qui in occulto sunt: cōiugii non faciunt, nisi idem ipsi qui sibi in occulto consenserunt, eundem consensum vtriusq̄ in manifesto profiterentur. etc. Ecce Hugo de sancto victore istis verbis, licet nō neget posse esse coniugium, si adsit consensus expressus, tamen insinuat quā necessarium sit exprimere consensum. Et q̄ non sufficiat interior

interior solum: idem Hugo de sacramentis probat inquit. Hæc Hugod sa
ergo societas coniugium est, que sedere sponsionis mutue conse- li. 2. p. 11.
cratur, quando vterq; voluntaria promissione debitorem se fa-
cit alteri. vt deinde neq; ad alienam altero viuente societate trā

A seat, neq; se ab illa, que adinuicem constat societatem disjungat.

Apertissime affirmat non posse esse matrimonium, nisi volunta-

ria promissione, qua vnus alteri facit se debitorem, & obligat

se alteri, sed non est talis promissio nisi per actum expressum ex-

terius, ergo ille est necessarius, quia homo non potest secreta cor-

dis alterius cognoscere, imo neq; Angelus, quicqd insinuet Scor-

Ob id non potest alium sibi habere obligatum, nisi illud fuerit ex-

pressum. Hæc eadem opinionem tenet Ricardus, q; expressus con-

sensus requiratur. Sed q; sufficiat signa: vbi signis vtitur, & non

verbis, idẽ Hugo ibidem affirmat dicens. Cũ ille dicit ego te ac-

cipio in meam, vt deinceps & tu vxor mea sis, & ego maritus

tuus, & illa similiter dicit ego te accipio in meum, vt deinceps

& ego vxor tua sim, & tu maritus meus. Aut. s. hoc dicunt, aut

aliud quodcunq; simile illi, in quo & si non hoc dicunt, hoc tamen

intelligunt, aut si non hoc dicunt: quia fortassis alicubi verba non

exprimuntur, sed res agitur, tamen hoc faciunt, ducit illam, acci-

pit illam, sicut mos est legitimus ducendi ritus. Cũ igitur hoc

(sicut mos est) dicunt, vel faciunt, in hoc sibi consentiunt.

Hæc Hugo. Manifeste apparet, vel verba necessaria, vel vbi

non possunt esse verba, vel non est vsus ipsorum, sufficere signa,

que consensum explicant matrimonij. Quod si ista defuerint: non

C tanq; matrimonium, sed tanq; stuprum habendum, & fornicati-

onem, etiam si adsit animus interior. Et ob id si aliquando casus

contingat (sicut apud istos contingere solet) q; mutuõ habitet,

& communicent in mutuis operibus vir & scemina. Item conue-

niant in filiorum procreationem, si tamẽ coniuncti fuerint absq;

aliqua promissione, absq; aliquo signo exprimente consensum,

iuxta mores suos, sine hoc q; ipsorum parentes tale tractauerint

matrimonium: non est presumendum pro matrimonio, nec sunt

S. Tho. 7.

p. q. 57. ar

4.

Sco. in 2.

d. 9. q. 2.

& Gabri.

& ma. ea

dem d.

Ric. 4. d.

27. ar. 1.

q. 3. & sup

ple. Ga. d.

27. q. 1.

Nota pro

istis neo-

phitis.

Si signa dñ

fuerint ad

exprimen-

dum con-

sensum q;

tũcũq; sit

cobabita-

tio: nõ est

matrimo-

tanq;

b

iiij

tanquam coniuges legitimi iudicandi, nisi de nouo adinuicem promittant, si aliud non obtet, etiam si in animo semper habuerint se tanquam coniuges. ¶ Ratio quæ ad id nos mouet, præter illa quæ superius allata sunt, est, quia vel negandum est matrimonium esse a pud istos, vel si concedimus aliquod esse (sicut verè concedendum est, quando erant sponsiones adinuicem: et dona, sicut solebat contingere) negare est necesse huiusmodi furtiuos concubitus, et has coniunctiones sine promissione, nec sine sponcione: esse legitimum matrimonium. Non enim video quomodo per hoc quod vir obuius sit femine, et solum quia placet ei: ducit in domum: et ipsa non resistat, presumendum est pro matrimonio, cum in isto contractu nulla interueniat pactio, nulla promissio. Nam si pro matrimonio esset presumendum: ex eo esset, quia forte talis esset usus matrimonij apud eos, sed non est talis, immo est modus spondendi, et donandi adinuicem inter sponsum et sponsam; ergo non est unde contractus iste sine signo, vel verbo præcedenti: pro matrimonio sit iudicandus. Nam si contingat aliquem ipsorum etiam declinare in alium, et signis, vel verbis iuxta morem suum contrahere: nullus separabit, et non ob aliud: nisi quia secundum contractum legitimum iudicabit, et non primum, quia in secundo præcesserunt verba, vel signa iuxta mores suos, et in primo nihil tale; ex quo pro contractu matrimonij presumi posset: Sequitur ergo primum contractum esse irritum, et nullum, nec habere vim coniugij, sed concubinatus, cum non possit solum per actum interiorem viro constare: quod habeat potestatem supra corpus femine ad exigendum: et redendum debitum. Nec similiter femine supra corpus viri. Licet forte possent excusari a pacto propter ignorantiam inuincibilem. Nam cum isti indigentiam sint debilis ingenij: potuerunt fortassis ignorare inuincibiliter banc veritatem naturalem. Ad matrimonium esse necessariam promissionem præcedere traditio nem corporum, vel signis, vel verbis. Quia dato natura insinuet necessarium hoc in tali contractu, non tamen hoc est tanquam primum: principium notum in lumine naturali: sicut est hoc. Quod tibi

tibi nõ vis alteri non facias. Vel hoc. Oẽ malũ est fugiendum. Omne bonum est prosequendum. Et ob id qđ nõ tã notum est: fortẽ in uincibiliter potuit ignorari, sicq; excusare a peccato. Tamen etiamsi excusentur, non matrimonium iudicandum est, vsq; ad de nouo exprimant suam voluntatẽ. Pro ista veritate (etiamsi **A** nulla alia esset probabilis ratio) sufficeret omnium doctorum, (quos ego viderim) concors sententia dicentium: nõ esse matrimonium: vbi nõ preceserũt verba, vel signa exprimentia confesum in matrimonio.

¶ Nec obstare videtur quod obijci posset, s. q. ad probandum **Obiectio.**
tale esse matrimonium: sufficit q. vicini cobabitantes talem coniuñtionem reputant matrimonium. Verẽ esset satis ridiculum: **Solutio:**
q. aliquis videns: affirmet hanc esse albedinem, cum tamen ipse iudicet esse nigredinẽ: Vel quia cecus dicit: hæc est albedo: ipse idẽ affirmet. Malẽ enim cecus iudicat de coloribus. Immo non iudicat teste **Aristo.** Sic in proposito. Isti indigenẽ in re matrimoniali iudicandi sunt tanq; cecũ, & solum erant videntes quãtum ad hoc q. cognoscerẽt: ad procreationem necessarium esse conuenire virum & feminum. Sed q. esset ista corporum traditio, & **obligatio:** ad perpetuo manendum; q. non liberẽ licẽret alicui alium inire contractum, nec intellexerunt quidem aliquo modo: Cũ enim ipsi paruulos natos non instruerent, nec eis thesaurizarent, nunq; intellexerunt necessarium esse virum et fœminam perpetuo manere. Ob id non iudicandum pro matrimonio, quia ipsi id credant matrimonium. Et tamen ad huc non credo ipsos in communi iudicare tales coniunctiones subitas esse matrimonium; Dato tamen q. ita esset, non ob id nos debemus affirmare. Et sic **Hosten.**
hostien. in c. Aliter. 30. q. 5. dicit, q. non presumitur matrimonium: etiam probata cobitatione, sed potiũs stuprum. Et idẽ **Abbas.**
C in c. Consultationi, de sponsa. Et idem in c. Illud, de presumptionibus. Et dicere q. sufficit solus interior consensus ad matrimonium est error damnatus **Vniclef.** Non tamẽ improbabile puto quod **Maio ait.** in 4. q. si cõstasset per Dei reuelationẽ interior cõsensu.

Obiectio.**Solutio:****Arist. 2. phis. tex. co. 6.****2. Cor. 12. Iñ nõ thesaurizabat filijs.****Hosten.****Abbas.****Vniclef. d. sa. cra. c. 132.****Maio. d. 26. q. 1. ad. 3.****sus.**

sus, i p̄s contrabentibus non essent verba, vel signa necessaria, q̄
uis alij putent esse falsum.

ARTICVLVS QVARTVS, VTRVM ISTE CON-
sensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium ratū.



Hoc quæritur, quia in aliquibus locis: vt in pro-
uincia Michoacanēsi in noua Hispania est. expre-
ssio consensus in matrimonio per verba de futuro

Est ergo quæstio supposito quod non sit consu-
matio subsecuta. Vtrum sit iudicandum pro
matrimonio de presenti ante talem consumationem, vel solum p̄
sponsalibus. Hoc dubium: est mihi dubium. Et videtur q̄ sit iu-
dicandum pro matrimonio rato. Quia verba (teste Arist.) sunt
explicantia conceptus interiores animæ. Ea (inquit) quæ sunt
in voce: sunt passionum note, eorū quæ sunt in anima, et verba nō
naturaliter significant, sed ad placitum ex hominum impositio-
ne, quia non idem apud omnes, ergo in illo sensu debēt capi, in quo
sumuntur a communiter loquentibus, sed communiter, p̄fferētes ta-
lia verba de futuro, explicant consensum de presenti, sicut con-
tingit in illis qui in momento post prolationem verborum coniun-
guntur, imō sunt iam coniūcti, et illa eadem verba p̄ offerunt, se-
quitur ergo q̄ sunt sumenda pro presenti, et non de futuro, quā-
doquidem consensum de presenti explicant.

1. argu.

*Aristo 1.
Peri, c. 1.*

Confir.

Et confirmatur hoc extra de sponsalibus c. Ex litteris, vbi B
ex pressē determinatur, q̄ in verbis matrimonij dubijs, recurra-
tur ad communem verborum intelligentiam, et cogatur vter-
q̄ verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligen-
tibus generare, sed verba ista de futuro communiter intelligun-
tur ab i p̄s contrabentibus tanq̄ de presenti, ergo videtur q̄ sint
de presenti, et sic matrimoniū et nō sp̄salia. Et idē in c. Intellige-
tia verborum, de verborum significatione.

In contra.

Incontrarium tamen est, quia verba de futuro non faciunt
matri

matrimonium de presenti, vt patet extra de sponsalibus, & matrimonij c. Sicut ex litteris, cum ergo verba quibus isti vtuntur sint de futuro, sequitur q̄ non faciant matrimonium; sed solum sponsalia:

A. ¶ Pro declaratione huius dubij est primo notandum: q̄ verba in matrimonio contrahendo, ad hoc solum sunt necessaria, vt explicetur consensus, sic q̄ si de interiori consensu posset constare absq̄ signo, vel verbis, frustra apponerentur. Si enim vir posset cognoscere conceptum interiorem fœminæ, & similiter fœmina viri, sicut Angeli mutò se cognoscunt, & loquuntur: nõ opus esset verbis, sed sufficeret interior consensus, de quo alteri constaret, vt probabile putat Maio.

1. nota.
Maio. 4.
d. 26. q. 1.
ad. 3.

B. ¶ Secundo est notandum: q̄ iste consensus in matrimonio nõ aliud est, q̄ transferre potestatem sui corporis in alium, vt si nõ sit sui iuris, ita q̄ quoties alter voluerit, poterit vti ad copulam carnalem. Et similiter non poterit alteri sua opera communicare, nisi ipsi adinuicem conueniant. Itaq̄ virtualiter consensus fertur in copulam ad procreationem filiorum, & ad operum communicationem, quod totum est futurum, & non est in presens, quando fit talis contractus. His suppositis sit conclusio:

2. nota.

1. Cor. 7.

¶ Verba de futuro in contrahendo matrimonium, sola ipsa per se non faciunt matrimonium, nec hucusq̄ fecerunt, sed solum sponsalia. Probatur extra de sponsalibus & matrimonij c. Sicut ex litteris. Verba ista erant de futuro, ergo solum faciebant sponsalia, & non matrimonium.

Ad que.
1. con.
1. Ratio.

C. ¶ Item ex Aristo. Idem in quantum idem semper facit idem, vt ignis in quantum ignis semper calefacit, sed illa eadem verba prolata in quocunq̄ proposito extra matrimonium faciunt sensum de futuro, ergo cum semper debeant facere eundem sensum, cum sint eadem, etiam prolata circa materiam matrimonij facient eundem sensum de futuro.

2. Ratio.
ex Aris.
2. de gene
tex. c. 56.

¶ Si talia verba facerent sensum de presenti, cum tunc sint de futuro: ex hoc esset, quia nõ essent alia verba de presenti quibus posset

3.

posset consensus de presenti explicari, sed vtendum esset illis eisdem verbis æquiuocè, sed sunt verba de presenti quibus ipsi vtuntur, distincta a verbis de futuro in omnibus alijs rebus, ergo etiã in matrimonio.

4. ¶ Illis eisdem verbis quibus adinuicem de futuro vir & femina explicant consensum: eisdem parentes & cognati vtuntur quando tractant sponsalia pro filijs, sed non est talis vsus: q. s. illa intelligantur in sensu de presenti, cum sint verba de futuro ergo nullo modo debent capi in sensu de presenti, non enim est consuetum dicere: filius meus assumit in uxorem Mariam, sed de futuro: assumet, sequitur ergo q. cum verba parentum de futuro, semper remaneant in sensu de futuro, q. etiam ipsorum conjugatorum intelligenda sunt de futuro secundum se.
5. ¶ Si aliqui impuberes inter se contrabant ante etatem legitimam: contrabunt per ista eadem verba de futuro, sed talia non possunt intelligi de presenti, quia non coniungebantur, nec talis erat intentio ipsorum, sed promittebãt pro futuro, ergo eadẽ ratione quando adulti verbis de futuro contrabunt.
6. ¶ Si vir habens legitimam etatem, & habens uxorem (sicut solebant facere) vellet ducere puellam nondum etatis legitimæ, petebat eam a parentibus, & dicebat eadem illa verba de futuro, certum est q. illa non poterant capi in sensu de presenti. Primo. Quia habebat tunc quando promissit uxorem veram. Secundo. Quia illam puellam cui promittebat non poterat tunc habere propter defectũ etatis, ergo semper verba illa de futuro explicabant sensum de futuro, & non de presenti.
7. ¶ Si verba illa de futuro essent iudicanda de presenti, cum non sint nisi ista eadem quibus omnes vtuntur in matrimonio sequitur q. inter eos non essent sponsalia, sed omnis cõtractus esset matrimonium, de presenti, hoc autem est absurdum dicere: cum experientia contrarium ostendat in parentibus, qui filios sponsant ante legitimam etatem. Etiam de ipsis qui etiam adinuicem sese promittebant, cum non haberent perfectam etatem, ergo sequitur q. verba

verba intelligenda sunt in sensu de futuro,

A ¶ Si verba ipsa de futuro essent intelligenda de presenti, se-
queretur q̄ si aliquis etatis legitime promississet alicui, nec ta-
men habuerit accessum, vel in domum suam duxerit, si alteri pro-
mississet, & consumasset matrimonium, & essent simul: q̄ esset cō-
pellendus relinquere istam secundam, & redire ad primam, sed
hoc est falsum. Probatur assumptum. Nam si illa verba fecerūt
sensum de presenti: quis non consumauerit matrimonium, illa est
sua legitima vxor, & non ista sc̄da, & sic necessario esset cōpellē-
dus ducere primam, vt patet ext. de sponsalibus & matrimonijs.
c. Si inter virum. Et q̄ non sit compellendus ibidem determinat̄,
ergo verba ista de futuro in sensu de futuro sunt intelligenda.

B ¶ In rebus dubijs tutior pars est eligenda in c. Iuuenis ext. de
sponsalibus, sequitur ergo posito sit dubium, vtrum habeant
sensum de presenti, vel de futuro, q̄ tutior pars est eligenda, sed
iudicando de futuro est tutior pars, precipue in causa matrimo-
niali, vbi debet esse tam liberum matrimonium. Et q̄ hec sit pr-
tutior, & securior probatur. Quia capiendo omnia verba in sen-
su de futuro: nullum sequitur inconueniens, si tamē capiantur de
presenti: maxima sequitur. Quia si verba ista de futuro proffe-
rantur, & consumetur matrimonium per copulam (dūmodo nō
sit cōtraria voluntas) iā sit matrimonium de presenti, & sic pe-
rindē est ac si de presenti fuerint verba prolata. Hoc patet ext.
de sponsalibus. c. Is qui fidem dedit. Ecce ex hac parte nullum
sequitur inconueniens. Et si contingat q̄ ante copulam promit-
tat alteri, & consumat, intelligendo primum fuisse de futuro: nul-
lum sequitur inconueniens, quia non habuit accessum, & nihil pe-
rijt illi cui facta est promissio.

C ¶ Si tamen verba ipsa de futuro, capiantur in sensu de prae-
senti: sequuntur maxima inconuenientia. Primum: q̄ q̄ post ver-
ba illa (posito q̄ non habuit copule consumationem) si alteri pro-
mitteret, & consumaret, esset separandus ab vxore, quam legiti-
me possidet, & cum qua consumauit, & habet filios. Hoc enī est

maximum.

8.

Nono.

In dubijs
tutior pars
eligenda.

maximum inconueniens, & nulla ratione firmatum. Quod iure, quare ratione priuabitur vxore propria, & quare per illa que sunt dubia auferemus illa que sunt certa? Nam dubium est: vtrū illa verba faciant sensum de presenti. Et est certum quod licet fecerint sensum de futuro cum ista secunda, quia tamen consumauit cū ea, est sua vera & legitima vxor, ergo iniuste priuatur ista, de qua certo constat esse veram vxorem propter dubium quod habemus: virum verba cum prima habeant sensum de presenti. Et isto incōuenienti date (quod est maximum) multa alia sequuntur. Primum q. s. illa cui facta est promissio, si postea cū alio contraxit, cum quo consumauit, & habitat: debeat compelli redire ad primum virum, cum quo non consumauit, & vir qui eam possidet: iniuste erit spoliandus propria vxore.

Aristo. 1.
pbi. tex. co
21.

10. **Q**Omnia que sunt in matrimonio salua consistunt, posito q. verba de futuro: intelligātur de futuro, ergo nō est necessarium intelligi de presenti, quia iste cōsensus in matrimonium est: ad id quod nondum est, sed futurum est, vt est carnalis cōmixtio ad procreationem, & cōmunicatio operum, cum ergo tempore contractus ista futura sint, sequitur q. non est necesse verba ipsa de futuro: exprimentia talem consensum retorquere: vt faciāt sensū de presenti. Et idem dici potest de illis, qui habitantes in vna domo: mutuo fidem dabant, quia ad huc erat illa copula futura, & cōmunicatio operum. Ob id iudicio meo verba quibus Michoacanēses vtentur in suis matrimonijs, cū essent de futuro, non est quare necesse sit intelligere de presenti, sed remanentibus eisdem in sua primaria, & propria significatione de futuro: omnia recte saluātur, & est verum & legitimū matrimonium post cōsumationē.

Adde. Quia cū isti essent carnales nimis, non probē intelligebant vium vinculi istius, & traditionis corporis, sed solū carnaliter sentientes, ad copulam carnalem referebant. Ob quod cū illud esset futurum, promittebant de futuro.

11. **I**tem. Quia iam vtuntur & de futuro, & de presenti, quia sunt instructi a religiosis de differentia promissionis in presenti,

senti, vel in futuro. Signum ergo est q̄ ipsi antē non profferebant verba de futuro: pro de presenti, aliōqui quorsum modo verba mutarent, si idem esset consensus antē, qui & modō.

A ¶ Si verba de futuro, quę in alijs contractibus verē sunt de futuro: intelligerentur de presenti, & talis esset communis modus intelligendi: matrimonium efficerent, & non sponsalia. Hęc patet. Quia verba sumenda sunt scđm communē sensum, vt patet ex supra citato. Ex litteris de sponsalibus. 2. cōclusio.

¶ Sed nunc restat argumentis satisfacere. Ad primum concedimus verba ad placitum ex impositione hominum significare animi conceptus. Et quando dicitis, q̄ per ipsa verba volebāt explicare traditionem de presenti: negamus, quia semper intendebant post futurum. s. consumationem copulę, & operum cōmunicationem. Et ob id non faciebant nisi sensum de futuro Ad arg.

B ¶ Ad 2. Iam ex dictis patet quomodo illi textus non contra nos, sed propter nos, quia cū verba ipsa sumenda sint scđm cōmunitatem intelligentiam, & ista sit communis illorum verborum in omni contractu alio a matrimonio: sequitur, q̄ in re matrimoniali prolata, non aliū habent sensum, q̄ illum quem talia verba solēt facere apud omnes. Certē voluntariē diceretur, q̄ eadem verba eodem modo prolata in omnibus alijs a matrimonio intelligātur de futuro, & q̄ solū in contractu matrimoniali sint intelligēda de presenti, siquidem verba illa æquiuoca essent, quibus maximum esset inconueniens vti in matrimonio, nam posset sibi facilē quilibet fingere, quōd verba sua essent sumenda nunc in sensu de presenti, & interdum in sensu de futuro, sic enim daretur occasio dimittendi proprios viros, vel proprias vxores, quod est valde cauendum. Ad 2.

PARTICVLVS QVINTVS.

An consensus vnus sufficiat altero non cōtradicēte.



Vandoquidem requiritur consensus expressus ad matrimonium. Vtrum sufficiat quādo vnus ipsorum exprimit, & alius nō cōtra dicit. Et videtur esse dubium. Quia cū in matrimonio verē transferatur potestas corporum, non videtur q̄ ille qui exprimit A
consensum: possit vti corpore alterius nō ex

primentis, quia cū non constat ei de consensu, illicitē vtitur re aliena, & sic peccaret.

¶ Si sufficeret consensus expressio vnus, etiam sufficeret ad matrimonium q̄ nullus exprimeret, quod sup̄a probauimus falsum. Probatur sequēlla. Quia si iste potest licitē vti corpore alterius, qui a ipso exprimente alius non contra dicit, etiam nullo ipsorum adinuicem contradicente: possent mutuō sibi exigere debitum, & redere, quod est falsissimum.

Pro soluti
one notā.

¶ Pro quo notandum: q̄ multipliciter potest contingere q̄ vnus exprimente consensum, alius non exprimat. Vel quia vnus exprimit, & alius non dissentit, neq̄ consentit, nec nomine ipsius alius quis dat consensum. Vel contingit q̄ vnoloquente alius pro se nō B
loquitur prebens assensum, sed tamen parentes, vel cognati qui ipsorum curam gerunt prebent assensum nomine ipsius, & talis non contradicit: cū tamen posset. Vel potest contingere q̄ aliter non exprimit consensum, sed alij ad quos non spectat cura ipsorum expriment consensum. His suppositis sit cōclusio prima.

1. conclu.

¶ Si vnus ipsorum exprimat consensum altero non exprimente, nec verbo, nec signo, nec facto aliquo: nullo modo est matrimonium. Probatur ex textu. Cū apud, de sponsalibus. Ibidem determinatur matrimonium effici ex consensu illorum duorum: qui coniunguntur, sed non loquitur de consensu interiori, quia (vt sup̄a probauimus) ille non sufficit, ergo loquitur de expresso consensu vtriusq̄. Et ibidem Abbas aducit Hostiensē dicentem de muto, C
surdo, ceco, vtrum possit contrahere matrimonium. Et respondet. Aduertendum est, Vtrum possit exprimere suum consensum in

contrabendo, & tunc debet adimitti, aliás autem repelli. Ex isto doctore sumitur argumentum pro conclusione. Quia si sufficeret expressio consensus in vno, alter qui non potest exprimere: non esset repellendus a matrimonio. Et conclusio probatur autho. Nicholai Papæ c. Sufficiat. 27. q. 2. c. Sufficiat solus secundum le-

Ages consensus, de quorum quarumq; consensu, & coniunctionibus agit, qui solus si defuerit: cetera etiam cum ipso coitu celebrata: frustrantur. Ecce requiritur vtriusq; consensus. Et nõ debet intelligi interior solum, quia iste nõ sufficit, ergo est necessarius exterior vtriusq;. Hoc etiam patet autho. Hugo. de sacramentis, libro. 2. parte. 11. Vbi dicit ad matrimonium esse requisitam expressam promissionem vtriusq;. Sic. S. Tho. in 4. d. 27. ar. 2 ad 3. q. 1. Matrimonium fit ad modum aliorum contractuum, sed i

talibus necesse est (si debent tenere) vt sibi inuicem voluntatem suam promant aliquo signo exteriori. Idem Sco. Et probatur sic textu illo, Consultationi tuæ, de sponsalibus. Ibidem ponitur casus cuiusdam mulieris, quæ ad valvas Ecclesiæ veniens cum sponso suo: negavit se in eum consensisse, & determinat Papa, q; si spõsus legitime probauerit consensum mulieris: non credatur fœminæ, aliõqui non compellatur contrahere. Summus Pontifex determinat matrimonium fuisse, si consensus vxoris probetur, & eo secluso non, sequitur ergo q; ad matrimonium non sufficit expressus consensus vnus. Nam certum est q; vir expressit consensum suum, & tunc non probatur matrimonium: si fœminæ nõ probatur consensus, & non ob aliud: nisi quia Ecclesia presumit: si consensum non expressit: q; non consensit, ergo requiritur expressio consensus ex parte vtriusq;, vel per se, vel per aliũ.

¶ Et adhuc probatur sic. Si esset matrimoniũ vno solo expresse mente consensum: altero tacente & non contradicente: ex hoc esset, quia qui tacet consentire videtur, sed non ob hoc, quia quãdo agit de obligatione personali: tacens habetur pro contradicente. ff. De procuratoribus. l. filius familias. S. Inuitus, vbi dicit q; si is qui constituitur procurator est presens, & tacet: non videtur consentire.

detur consentire. Si ergo in tam leui obligatione personali, qui tacet non videtur consentire, quanto magis in tanta & tali obligatione personali matrimonij, in qua totaliter corpus transfertur in alterius potestatem: non est presumendum de consensu, quoniam est taciturnitas. Immo presumendum est quod contradicat.

1. corin

7.

Alia ra.

¶ Matrimonium est sacramentum, & est contractus, & in quantum est sacramentum: non sufficit expressio consensus unus, nec in quantum contractus, ergo nullo modo sufficit. Primum patet. c. Tue fraternitati, de sponsalibus: ubi dicitur: verba requisita exprimentia vtiusque consensum. Item. Quia in sacramentis est requisitum aliquod sensibile signum, & non videtur quod aliud, nisi expressio consensus. Item. In quantum est contractus quidam est necessaria expressio consensus ex parte vtriusque, quia contractus civilis qui obligantur mutuo contrahentes: oportet quod cuiuslibet contrahentium innotescat consensus, alioquin non obligaret. sequitur ergo quod sic in matrimonio, cum quidam contractus sit ad hoc quod teneat: et quod verè obliget: requiritur expressio consensus ex parte contrahentium, & non sufficit quod vnus exprimat, & alter non contradicat. Hec est ratio duran, quia probat quod in matrimonio (virtute contractus, qui fit inter duo) transfertur potestas corporum, vt. s. vir non sit dominus sui corporis sed vxor, nec vxor sui corporis, sed vir, sed si vir solū exprimat consensum, & non femina: vir non acquirit potestatem supra corpus feminae, ergo non verè est contractus mutuus, & sic nec matrimonium. Patet. Quia si acquireret potestatem ex hoc solo quod alius non contradicit: sequeretur quod aliquis sine peccato posset vti re aliena domino vidente, & non contradicente, sed hoc est falsum, ergo nec poterit vti vir corpore mulieris nisi consensum cognouerit.

Confirmat.

¶ Confirmatur. Si istelicitè vteretur vxore: eo esset: quia illud credit esse suum, sed non est vnde nisi per consensum exteriori, ergo secluso isto: nullo modo poterit vti absque peccato ipsa vxore. Nam si solū ob id quod ipse expressit liceret, sequeretur quod a

quod si diceret vir, vel vxor, conueniamus simul in vnum tanquam vir & vxor, & alter non contradiceret: quod ibi esset matrimonium verum, sed hoc est falsissimum, quia istis verbis non transfertur potestas corporum adinuicem. Hec etiam Maio. Et sic maxime oportet ista notare, contingit enim apud incolas huius noui orbis, saltim apud Michuacanenses non raro: quod vnus promittat, & consensum exprimat, alio tamen tacente, neque contradicente, & postea contrahant cum alia. Istam sententiam affirmat Guil. dicens, Si ante nulla essent iudicia de consensu eius, nisi quod alter protulit verba, non credo presumendum pro matrimonio.

Maio in.
4. d. 28
q. 1. in 1.
argu.

Guilel.

A Licet ita sit quod non sufficiat ad matrimonium consensus expressus vnus, tamen si vno exprimente: mutuo se recipiant, & consumant, & in operibus se comunicent antequam cum alijs contrahant, presumendum est matrimonium, & in foro conscientiae est verum, si non adsit disensus. Quia in isto contractu matrimonij non potest alter ipsorum possessionem corporis super alterum accipere, nisi altero tradente liberè. Sequitur ergo quod si viro exprimente consensum: alter exhibeat se ipsum in possessionem sine expressione aliqua, quod est habendum tanquam verum matrimonium & sicut legitimus contractus. De hoc est textus quod post sponsalia de futuro: interueniente copula: presumitur matrimonium consummatum c. His qui fidem dedit. De sponsa. Et non ob aliud: nisi quia presumitur quod mutuo introduxerint se in corporum possessionem, ergo a simili in proposito. Hoc expresse probatur in c. Litteras de spon. impub. iuncta. glo. Et clarius in c. Primo de matrimonio contracto contra interdic. Ecclesiae. Et c. Ad id, de spõ. Et glo. supra penulti. c. de sponsalibus.

2. conclu.

1. Ratio.

B Cum matrimonium sit contractus: sequitur iudicium aliorum contractuum, sed si aliqui ciuilitate contrahant de aliquo mutuo, & vno loquente alter statim redat: habetur tanquam legitimus contractus, ergo & in presenti, vt si Petrus dicat Ioanni, do tibi vestem, & tu da mihi tunicam, & Ioannes statim det tunicam, & recipiat vestem, dato non loquatur aliquid, habetur tanquam legitimus contractus

3.

tractus, ergo similiter in matrimonio, si vno exprimere: alter statim consumet matrimonium, et tradat se in potestatem alterius.

4. ¶ Preterea, Si ego peterem a Petro rem suam, et ipse statim mihi daret, licet non exprimeret consensum: possem licite vti illa re, et esset verè mea, ergo a simili, si vir exprimat consensum, et mulier non exprimat, sed statim communicat viro, et se tradit ei: poterit licite vir vti muliere tamquam vera vxore, sed non poterit nisi verum esse matrimonium, ergo tale est legitimum etiã vno nõ exprimente: si statim sequatur copula, et operum communicatio.

9. ¶ Vir exprimens consensum dicit, ego accipio te in meam, et verè ipsa intelligens: statim se tradidit viro, ergo etiã si aliqua nõ profferat verba, nec faciat signa: erit matrimonium, cum nullum aliud signum expressius ad consensum possit esse quam traditio ipsa qua tradens se viro: in ipsum accipit potestatem. Et pro hoc nota quod dicit Panor in c. Litteras, de sponsa impube. Nec ista scdã conclusio primò contrariatur, nam prima loquitur secundò se solùm ex virtute expressionis consensus vnus, quod nõ est verum matrimonium, nisi aliquid aliud sequatur, quod tamen esset verum viroque exprimente, et si nunquam amplius conueniret. Sed ista secunda conclusio loquitur quando post expressionem consensus ex parte vnus: sequitur traditio ex parte alterius, quia tunc presumitur pro matrimonio. Et est textus ad hoc c. Ad id, de sponsalibus, vbi illa que per metum consentit: post per solam cohabitationem presumitur liberè consensisse. Sic in presertiarum. Ergo per solam cohabitationem liberam probatur matrimonium. Nam si ibidem Papa iudicat pro matrimonio ex cohabitatione libera: quando preceserunt signa disensus (Sicut est metus) quãtò magis hic iudicandum est pro matrimonio per cohabitationem, vbi nullus precesit metus, et nulla coactio, nulla violentia, sed est voluntaria cohabitatio, et copule consumatio, et operum viri et vxoris mutua communicatio. Sic Archiepiscopus florentin⁹ dicit

3. p. n. 1. c. 19. par. 1. quod altero profferente solùm, si alia animo consentiat, et permittat se subarrari, vel dotari, et ex verecundia tacet, ipsa tacitur-

mitate

nitate exprimitur consensus. Hoc notat Hugutius. 2.7. q. 2. c. vlt.

¶ Vno exprimente cōsensum, & alio nō exprimēte, si pro ta 3. conclu.
cēte parētes exprimāt cōsensum: tenet matrimonium, siue ille
pro quo consensus prēbatur sit pubes, vel impubis. Hęc est deter
minatio c. vnici, de spōsatione impuberum libro. 6. Vbi sic. Porro
A ex sponsalibus que parentes pro filijs puberibus, vel impuberi
bus plerunq; cōtrahunt ipsi filij, si expresse consenserint, vel taci
tē, vt si presentes fuerint, nec cōtradixerint obligāt, & ex eis ori
tur iustitia publice honestatis. Idem dicit glo. sup c. Tue fraterni
tati, de sponsalibus. Et. 2. 3. q. 2. c. Honoratur. Et probat. Quia pa
tri incumbit providere filio, quaudiu est sub eius potestate. Seq
tur ergo q; potest pro ipso promittere, & filio non contradicen
te tenebit. Quia tunc expresse videtur approbare decretum pa
tris. Ex hoc determinari potest dubium, quod sepe contingit apud
istos, q; vno ipsorum coniugum exprimente: parentes exprimūt
pro alio, quia tunc, si alter non reclamauit, vel non contradixit:
B est matrimonium. Hanc tamen conclusionem intellige veram, dū
modo filius non tacuit, aut filia: propter metum reuerentialē pa
tris, alias non taciturus, quia sic non esset validum matrimonium,
nec intelligeretur consensus liber.

Nota pro
istis neo
phitis.

¶ Si vnus consentiat, & exprimat, & alius non exprimat, ta 4 conclu.
men interius consentiat, & alij pro eo, qui non sunt parentes, nec
ad eos attinet cura, licet matrimonium teneat in foro consciētie
non tamen in foro contentioso, eo q; ad ipsos non spectat consen
sum prēbere, nec curam habent illius. Si tamen consensit interius
& alio exprimente pro eo consensus, ipse non reclamauit, ma
trimonium erit validum. Quia eo q; non contradicit: illud appro
bat. Tamen in foro contentioso non cōpeltetur. quia alij nō erāt
parentes. Ista conclu. probatur ex supra dictis.

ARTICVLVS SEXTVS

Vtrum (filijs ignorantibus) sufficiat cōsensus
parentum ad matrimonium

¶ Quia
b iij



Via interdum contingit apud istos, q̄ parentes viri & feminae inter se loquuntur de matrimonio, & promittant pro filij, & utroq̄ ignorate vel altero iunguntur carnaliter. Vtrum illud sit habendum tanquam verum matrimonium.

¶ Pro solutione notandum, q̄ hoc contingere potest tribus modis. scilicet q̄ ipsi iussu parentum conuenerunt adinuicem; ignorantes quidem de matrimonio prius ne actum esset. Secundo modo, q̄ atq̄ in vnum conuenerunt intellexerunt quomodo parentes matrimonium proniiserunt, & sic scienter iussu parentum conuenerunt. Et 3. modo quando iam coniuncti sunt intellexerunt parentes tale ordinasse coniunctionem. **¶** Istis tribus modis contingere solet apud nonnullos incolas huius orbis parentibus loquentibus de matrimonio, & filij non intelligentibus: licet conueniant in vnum, ipsis non exprimentibus inter se consensum: nullum est matrimonium, sed potius stuprum, & fornicatio. Probatur ex c. unico de sp̄satione impu. lib 6. Vbi dicitur: q̄ si filij ignorantes cum sciuerint ratificauerint: tenet matrimonium. Ipsi tamen ignorantibus nequaquam valet. Et probatur. Si tale matrimonium teneret: esset ob consensum expressum, vel tacitum ipsorum filiorum, sed non est talis, nec expressus, nec tacitus, ergo nullum est matrimonium. Quia consensus est applicatio voluntatis ad aliquod medium ostensum per intellectum, sed illud quod omnino est ignoratum: non est cognitum, & sic nec respectu illius potest esse consensus, sed sic est q̄ filij omnino ignorauerunt: contractum matrimonij precepisse, ergo quandiu ignorauerunt: nullo modo potuerunt habere consensum nec expressum, explicando, nec tacitum, consentiendo, & sic nullo modo fuit matrimonium. **¶** Nullus obligatur alicui contractui: ignorans contractum, sed tales ignorauerunt contractum, ergo nullo modo tenentur ex tali coniunctione.

¶ Item Quia si tale esset matrimonium: sequeretur q̄ etiam si conuenirent duo sine aliquo consensu esset matrimonium, quod tamen est falsum. Si enim non ad sui consensus expressum (vt superius

Si inter,

rius

rius determinatum est) non valet contractus. At cum ipsi ignorant factum, perinde est ac si mutuo conuenirent sine expressione consensus.

Et desponsali, duorum c. finali. Et

A Si filij puberes prius intellexerunt de matrimonio a parentibus, & iussu ipsorum parentum conueniant, & consumēt matrimonium: ipsi non contradicentibus interiūs, vel exteriori, si gno, vel verbo, est verum matrimonium. Hęc est expressa determinatio de sponsatione in pube. c. unico. libro. 6. Ibidem quidem determinatur, q̄ parentibus promittentibus: filiis intelligentibus & non contradicentibus, filij obligantur. Est etiam determinatio extra, eodem titulo c. 1. Vbi dicitur: q̄ pater non potest filiū obligare ad matrimonium si sit adultus, si filius aliquomodo non cōsentiāt, ergo cum a contrario sensu in iure sit validum argumentum, si filius consentiat: obligari potest a patre, sed qui non contradicit: consentit, vt in textu præallegato dicitur, ergo tūc erit ratum. Probatur. Quia licet filij sint puberes, tamen semper sunt sub cura parentum, ergo incumbit ipsis parentibus hoc procurare filiis, ergo ipsis hoc intelligentibus, & non contradicentibus: erit matrimonium.

27. q. 2. c. Sufficiat.

2. conclu.

Hugo sume sen. tra. ca. 7. c. 6

Viguerius li. instiur. Theo. ca. 16. par. 7 ver. 6.

Vnica ra.

C Si filij puberes conuenerūt in vnum iussu parentum, quia cesserat contractus, si tempore quo conuenerūt ignorabant, post tamen cohabitantes simul cognouerunt matrimonium esse a parentibus contractum, si liberē maneant, & interiūs consentiant est matrimonium, & pro tali presumendum in foro exteriori, nisi aliud obstet. Hoc probatur ex eisdem capitulis præallegatis.

3. conclu.

C Quia si a principio ipsi cognouerunt, & non contradixerūt: matrimonium tenet, ergo si a principio non cognouerunt, & postea scientes: non contradixerunt, erit matrimonium. Non enim diuersa est ratio. Nam si in tempore quo primo cognoscunt contractū præcessisse conuenirent: teneret, ergo etiam si antē mutuo iuncti fuerint, & post scientes: non contradixerunt: tenebit. Quia q̄ antē fuerint iuncti, vel nō, nō obstat. Et tandem, quia ibidē libro. 6. expressa est determinatio: non est opus alia probatione Hoc de-

bent

c iij

bent maximè notare ministri apud istos, præcipuè in Michu-
 acanensi prouintia. Quia non rarò contingit casus: q̄ mutuò con-
 uenerunt duo, & parentes de matrimonio locuti sunt, & ipsi ig-
 norantes habitant simul, & post discursu temporis cognoue-
 runt, & perseverant, & non contradicunt, & deidè casu aliquo
 mutuò discedunt, & contrahunt cum alijs. Si ita est: primum iudi-
 candum tanq̄ verum & legitimum matrimonium, nec facile est
 credèdum eis asserentibus nò cõfessi se. Quia existimabant cõsen-
 sum esse necessarium per totam vitam, & illam voluntatem bo-
 nam, semper duraturam, & cum incipiunt odio habere se mutuò:
 fingunt non voluisse contrahere: licet a principio voluerunt; post
 tamen retrocesserunt. Ob id cautella vtendum est cum istis: vt
 ab eis exigatur nò simpliciter de voluntate, vtum cõsenserunt,
 sed vtum tunc tempore cõiunctionis voluerunt. Vel vtum volu-
 erunt aliquo modo, licet non multum voluerint. Quia tunc solent
 explicare quomodo a principio voluerunt, licet postea non. Si ta-
 men postq̄ cognouerint parentes celebra se contractum: dissenti-
 unt vterq̄; vel alter, nullum est matrimonium.

ARTICVLVS SEPTIMVS

Vtrum sufficiat consensus Gubernatoris.



Ed adhuc circa cõsensum expressũ è alia q̄ gra-
 uis. Vtrum sufficiat consensus expressus ab illo
 qui gubernat. Verbi gratia. Apud istos q̄ frequẽ
 tißimũ contingebat, & modo sic euenit: q̄ Dux ip-
 sorum: siue Rex, vel Rector. Tandem dominus ip-
 sorum cui ipsi erant subditi, pro libito suo, vel quia sic iudica-
 bant expedire, dicebant fœminæ: accipe in virum. N. & simi-
 liter dicebant viro: accipe in vxorem N. Et sic conueniebãt mu-
 tuo sine aliqua expressione consensus adinuicem. Et aliquando
 hæc non fiebat a superiori domino, sed ab alijs inferioribus, q̄ tan-
 q̄ Decani, seu centuriones nominari possunt, qui vni fãmiliæ so-

lum presidere soleat. ¶ Videtur q̄ nullo modo sufficiat ad matrimonium cōsensus talis. Nā quando iura disponunt consensum aliorum sufficere, intelligunt consensum parentum pro filiis, vt patet in c. vnico, libro. 6. De sponsa. impu. Et extra eodem titulo c. 1. sed tales non sunt parentes, ergo non sufficit q̄ dicat. N. accipe

A N. in uxorem. Et similiter N. Et hoc patet autoritate doctorū dicentium; quod in his qui sunt sui iuris requiritur consensus per eos expressus, sed in his qui sunt iuris alieni, vt in filiis familias sufficit tacitus cum expressione eorum: in quorum sunt potestate vt patet. 32. q. 2. ca. Honoratur. Hęc S. Tho. Innocentius, Guillel. & Petrus de palude. Et Ioannes Andreas in Nouela dicit: q̄ solum in parentibus loquentibus, & promittentibus pro filio familias tenet verum; q̄ qui tacet consentire videtur, non autem in aliis consanguineis. Si ergo non in aliis consanguineis a parentibus multo minus erit verum si solum sit consensus ipsius rectoris.

S. Tho. d.

27.

Innocē.

Guilel.

Palude. d.

27.

Ioan. an.

Dubium.

¶ Pro solutione est prius dubium determinandum. Vtrum Ecclesia habeat potestatem ad compellendum ad matrimonium aliquos inuitos. Et idem de domino temporali ad conseruationē sue reip. Nam si hoc est verum, q̄ etiā inuitum potest obligare: quanto magis obligatur qui non inuitus, sed liberē consentit, non tamē exprimit consensum. Et videtur q̄ Deus reliquerit hanc potestatem reipub. Nam Imperator in omnibus alijs negotijs: omne ius quod alicui competit ex pacto, vel consensu: potest ordinare q̄ conueniat ei ex lege, ergo cum ex mutuo consensu vir & femina habent adinuicem ius, poterit Imperator ordinare q̄, per legē talem: ius ei conueniat sine consensu. Nam habet potestas secularis potestatem transferendi dominium vnius in alterum: ex causa

Ratio dubitandi.

1. argum.

¶ Item Aristoteles docet: quod homo plus est reipublice, q̄ sui ipsius, ergo respública habet maius dominium supra istum, q̄ ipsemet supra seipsum, ergo poterit eum obligare: si ad vsu matrimonij indigerit isto homine. Si enim posset cum morti expone

Adrian.

4. q. deref.

cript.

Aris.

2. ratio.

nere

nere propter bonum reipub. quare non posset & ad matrimonium obligare? Sed tamen bis non obstantibus sit prima conclusio.

1. conclu. ¶ Nulla potestas humana potest aliquem inuitum cogere ad matrimonium contrahendum. Probatur. Quia ex tali cōiunctiōe Nulla hu- frustraretur matrimoniū sine suo. Non. n. esset procreatio, seu e-
mana po- ducatio prolis debita, inter eos qui violenter conuenirent. Simi- **A**
testas po- liter non esset operum communicatio. Ob id quicquid sit de ar-
rest coge- gumento, quia matrimonium Deus voluit liberē fieri: nullo modo
trimoniū. aliquis inuitus ad hoc cogendus. Et sic dato habeat Rex potesta-

tem circa alios contractus: inuitos obligandi, vel transferendi do-
minium in alium, non tamen in matrimonio. Quia esset maximum
periculum, si cogentur, quod non sic in alijs. Et hoc est verum
non solum de seculari sed etiam de ecclesiastica potestate: ita vt
Solutio. 2. nec Episcopus, nec Papa id possit. Nec obstat argumentū sumptū
argumen. ex Aristō. Nam verē ita est: q̄ posset respublica morti expone-
ex. Aris. re hominem pro tota republica, & ad matrimonium non posset co-
gere. Quia omnino frustraretur sine suo, et sic si necessariū esset **B**
hoc spectaret ad Dei providentiam: q̄ talem inclinaret ad ma-
trimonium contrahendum.

2. conclu. ¶ Licet potestas secularis non possit aliquem compellere ad
matrimonium, potest tamen persuasionibus ad id mouere, & p̄
ipso promittere, & eo non contradicente erit verum matrimoni-
1. ratio cō- um. Probatur conclusio ex parte qua non probata est. s. q̄ possit
clusio. persuadere. Nam nos superius diximus in articulo primo: matri-
monium esse naturale, quia est necessaria filiorum procreatio, &
Arti. 1. operum communicatio, quia alia ad vivum, alia ad feminā spec-
supia. tant, sequitur ergo q̄ respub. vel qui eius vicem gerit. poterit (nō
excedendo limites suos) persuadere, & monere ad huiusmodi con-
iunctionem. Et sic dictis eorum assentiētes tenentur adimplere, & **G**
verum est matrimonium post consumationem.

2. ratio. ¶ 2. Verum est matrimonium parentibus loquentibus pro fili-
is: ipsis non contradicentibus: vt patet ex. c. prælegato lib. 6. Er-
go etiam erit verum Principe, vel Rectore promittente: si non
adfit

adsit contradictio. Nam sicut e habet pater in ordine ad suam familiam: sic Rector, vel Pretor in ordine ad suam rem publicam, & sic sunt sui subditi veluti filij patris, ergo etiam poterit ipsis providei e de necessarijs, sed non aliud magis necessarium est ad sue rei publicę conseruationem, q̄ sit matrimonialis

A coniuñctio, ergo de ipsa poterit providei. Non enī posset diu stare respublica si tale matrimonium deesset. Dicit enim Aristot. Quod Rex gubernandi regulam debet sumere a fine, cum ergo finis sit temporalis sue rei publicę conseruatio, isto supposito fine debet gubernare, sed maximē ad istum finem necessaria est matriti & vxoris coniuñctio, ergo ad ipsum pertinebit istas huiusmodi coniuñctioes procurare, & sic ipso pro eis promittēte, illis nō contradicentibus erit verum matrimonium.

Argumē
tū a simili.

Arist. in
politicis.

¶ Si Pretore loquente pro matrimonio inter duos, & ipsis non contradicentibus nō esset verum matrimonium: esset eo. quia

ad ipsos non spectat cura, sicut spectat ad parentes, sed ad ipsos Pretores spectat hoc tanq̄ si essent parentes. Cōstat enim ex Aristot. q̄ naturalitēr illi qui prudentia pollent domini sunt illorum,

3.

Arist. 1.
pol. c. 3.

B qui sunt rudiores, & tardiores ingenij. Quia prudentes agunt, & alij potius aguntur, q̄ agunt, & tales ab alijs in ordine ad suos fines diriguntur. Et qui dirigunt habent se ad modum parentis, cuius officium est ducere ad perfectum prolem. Cum ergo isti miserij subditi sic se habeant ignorantes quid eis conueniat, poterūt a Pretore in suos dirigi fines. Et tales sic directi: debent obedire, ergo sequitur verum esse matrimonium si postq̄ de matrimonio locutum est conueniunt in vnum, non contradicentes, nec verbo, nec signo. Et sic contrahentes non minūs obligātur ad simul mandandum, q̄ si ipsi per se celebraissent contractum.

¶ Matrimonium potest contrahi per procuratorem, & per munitium, ergo a simili etiam potest contrahi per Rectorem, vel Principem non contradicentibus subditis. Neq̄ obstat q̄ Princeps non habeat speciale mandatum ad id.

4.

De procu.
in. 6. c. p-
cu.

¶ Muti, & non valentes aliquo modo loqui contrahunt: p hoc

5.

Extra de hoc q̄ ab alijs coniuncti, nō cōtradidunt. ergo et similiter quando
 spos. c. cū isti coniungebantur monitu sui Rectoris: erat matrimonium, nisi
 apud sedē. aliud obstaret.

6. argu. ¶ 6. Per illa que sunt ceremonialia in matrimonio (vt ē mo-
 dus contrahendi) non variatur matrimonium: manente id quod
 essētiāle est, q̄d patet ex hoc, q̄ fermē in qualibet p̄uicia est mod⁹ A
 specialis contrahendi certis quibusdam signis, sed tamen quo-
 mo. locunq̄ exprimitur consensus est matrimonium, quia hoc est
 de essētia, vt sup̄ dictum est, ergo cū apud istos vt in pluri-
 mum hic esset vsus, vt Rector prouideret in matrimoniali cōiunc-
 tione: si ipso loquente conuenirent, neq̄ contradicerent, esset ve-
 rum matrimonium. Quia iste erat modus huiusmodi naturalis cō-
 iunctionis.

7. argu. ¶ 7. Quia cū isti naturali conditione sint velut serui, p̄si-
 lanimes, meticulosi, erant sic dominis suis subditi, vt neq̄ mouere
 possent pedem absq̄ p̄sidentis consensu, ob id in omnibus spera-
 batur ei⁹ cōsensus, & sic eo adhibito: fiebant tales matrimonij cō-
 iunctiones, ergo si ipso loquente libenter cōuenirent vir & femi-
 na, intus nō repugnantes in animo: videtur habēdum tanq̄ verū B
 matrimonium. Et re vera si hoc non esset verum matrimonium,
 maior pars illorum: qui modo cōiuncti sunt matrimonialiter essēt
 in statu damnationis eternæ: cū non aliudē matrimonialiter
 sint coniuncti: nisi quia domino, seu Rectore. consulente. conuene-
 runt in vnum: absq̄ aliqua alia expressione, vel p̄cipiente.

Solu. ad. 1. ¶ Ad argumenta. Ad 1. Co. cedimus ita esse q̄ in potētib u-
 loqui, & habentibus liberum arbitrium requiritur consensus ip-
 sorum, vel expressus, vel tacitus, & quia tunc quando Domi-
 no loquente pro matrimonio: conueniunt inter se: est consensus in
 matrimonio, tacitus tamen. Et sic est verum quod iura disponūt
 s. q̄ patres: spondeāt pro filijs, sed istos Rectores, vel dominos nos-
 existimamus tanq̄ ipsorum patres, quia ipsi parentes naturales C
 apud istos vix habebant curam instruendi filios, vel prouidendi
 2. cor. 12. eis. Non thesaurizabant filijs, nec sibi ipsis. Ob id instinctu quod d̄
 natu

naturali Rectores mouebantur ad prouidendum de matrimonio quod necessarium esse iudicabant, quibus merito obaudiendum erat. Et sic patet solutio ad aliud. ex doctoribus, q. s. parentes soli pro filiis poterunt promittere. Nam verum est, quando natura

Ad. 2.

les parentes possunt, & volunt de filiis sic prouidere, sed in defectu istorum, qui tanquam parentes sunt (ut Rectores) poterunt urgente necessitate prouidere sue rei publicę de remedio ad conseruationem. Sicut ad indiuidui conseruationem potest prouidere vel prohibendo certum genus ciborum, vel consulendo, & monendo ad aliquem cibum bonum, quod iuuat ad sanitatem. Nec minus istis parentibus non naturalibus, sed legalibus adhibendum est si dei, quam naturalibus, qui in defectum naturalium introducti sunt, precipue inter istos, inter quos vix aliquid agunt: nisi a prudentioribus dirigantur. Et sic ipsi huiusmodi coniunctiones tanquam matrimoniales reputant, si fiant per hoc quod ipsi qui presunt: primo loquuti sunt de matrimonio.

ARTICVLVS OCTAVVS

Utrum ad matrimonium sufficiat coactus consensus.



¶ Videtur quod sic. Nam illud quod sufficit ad peccatum mortale, quo aliquis demoni, & inferno obligatur: videtur sufficere ad obligandum se pro matrimonio, sed ad primum sufficit consensus quantuncumque coactus, ergo & ad secundum.

¶ 2. Causa effectiua matrimonij est consensus, ergo eo positio ponitur effectus, sed etiam si consensus sit coactus: est consensus ergo sufficiens erit ad matrimonium.

¶ 3. Electio per metum facta si sit iuramento firmata est obligatoria, extra de his que vi metus cau. si. c. Ad aures, ergo et matrimonium erit obligatorium quantuncumque metu fuerit contractum.

¶ In contrarium tamen est. Quia coactio impedit vinculum matrimonij, s. professionem religionis, vt habetur. 20. q. 3. c. Presens, ergo impedit.

impediat & minus. s. matrimonij coniunctione.
 Notan. ¶ Pro solutione notandum duplicem esse metum, vel coactionem. Quidam qui potest cadere in virum constantem. Alius qui

Quis sit non cadit in constantem, sed bene in inconstantem. Vir constans ille dicitur, qui semper inter duo bona eligit quod melius, & propositis duobus malis vitat quod maius, & eligit quod minus. Con-

STbo, in. 4. d. 29. ar. 2. Et Ricar: et alij. Constans enim semper sequitur rectam rationem, secundum quam iudicat quid: pro quo, s. vtrum maius vitandum sit malum. Et ob id quod minus est subire, quod inconstans non facit sed leui quodam metu terretur, & subit quod maius est. Sicut si alicui proponantur ista duo mala pœnæ, vel q. perdet parvam peccuniam, vel q. cõsentiat in istam, quam tamen nullo modo vult ducere in vxorẽ.

Fortuuius in tractatu de vlti. sine. illati 22. Constans vir, secundum rationem rectam iudicat minus malum esse perdere peccuniam illam, q̃ in talem consentire, & sic eligit minus malum, vt vitet maius. Inconstans tamen, & meticulosus non sic se habet: sed si proponat ei consentias in istam, & nisi cõsentiat ei: omnino percutiam te alapa, vel non eris mihi amicus, vel expellam te e domo mea, vel non tibi amplius beneficiam, tunc ob vitandum ista, que minora sunt: eligit quod maius est: consentire

Quis incõstans vir. s. in matrimonium, quod antè volebat. Talis dicitur incõstans, q. non secundum rectam rationem iudicat.

¶ Si verò alicui viro forti, vel mulieri (quia pro eodem capitur hic) proponatur, consentias in matrimonium, sin. autẽ mortem patieris, vel verbera, vel seruitutem, vel quid simile, quia ista nimis grauia sunt, tunc secundum rectam rationẽ eligit potius consentire inuitus in matrimonium, q̃ tantum malum: vt est mortem subire, vel verbera.

Aug. 9. de ciui. et S. tho. 12. Q. 6. ar. 4. Alma, s. u. p. holcoth. Secundo notandum est: q. voluntas a nullo potest cogi, p. priè. Potest quidem aliquis cogi ad hoc q. inuitus moueat manũ vel pedem, vel alia membra, quod est quãtum ad actus imperatos, sed ad hoc q. interius vellit: nullo modo, quod est quãtum ad actus elicitos. Quia nihil est in voluntate: sicut ipsa voluntas.

¶ Deus tamen potest mouere ipsam voluntatem, & cogere

vt velit: quod antè odio habebat, vt sepe contingit in illis qui ad ipsam conuertuntur. Sed licet ita sit q̄ volūtas directè nullo modo possit cogi ab aliquo nisi a Deo, potest tamen indirectè cogi, vt si modo ipsa nolit eijcere merces in mari, potest occurrere magna tempestas: ita vt sit necessarium ad mortem euitandam omnes merces projicere. Tūc volūtas potest cogi ad proijciendū, nō q̄ si ipsa ncllit: cogatur, sed quia existente periculo: quodammodo cogitur vt velit, quod nullo modo velle secluso periculo. Et talè vocatur ab Aristot. Voluntarium simpliciter, licet habeat admixtum aliquid de inuoluntario. Simpliciter quidem est voluntarium, quia de facto vult projicere, qui alioqui non projiceret, ergo si proijci: sine dubio vult, sed dicitur inuoluntariū aliquo modo, quia si posset periculum euitare: nō proiceret. Ob id dicitur mixtum de voluntario, & inuoluntario, licet simpliciter tale. De quo latius suo loco dicemus.

Q. 3.
Marsi. in
2. q. 16.
Duran. in
2. d. 24.
et 25.
Aristo. 3.
Eibi. c. 1.
et S. Tho.
12. q. 6.
ar. 6. et 7

¶ 3. Est notandum: q̄ loquentes de viro constante, vel inconstante: non excludimus mulierem. Inter ipsas dicitur constans illa, que maiora mala vitat, & minora eligit, & maiora bona eligit & minora relinquit.

3. nota.

¶ 4. Notandum est: quod in mala que possunt mouere virum constantem: sunt, mors, & cruciatus: vt patet e. Cū dilect. De his que viri me. caus. fi. Item, Stuprum, & seruitus. ff. quod metus caus. fit. l. Isti quidem. Et instituta, eodē titulo. §. 1. 2. & 3. Similiter & vincula. ff. eodem titulo. l. Nec timorem, & additur. Et quecunq̄ alia mala que istis equiparantur, vt perdere statum, aut infamia grauis. Et si de alijs dubitetur: vtrum sint talia que possent virū constantem mouere, standum est iudicis arbitrio, quod notat glo. in l. interpositas c. de trans. Et in c. cum dilect. de his que vi. vbi Abba, & Deci. in l. in omnibus causis. ff. de regu. iuris.

4. no.

¶ 5. Ad hoc q̄ contractus valeat, vel non valeat: nō eodē modo iudicandum est in foro conscientie, & in foro exteriori. Nam in foro conscientie stat q̄ non teneat, cum tamen valeat in foro exteriori Ecclesie, que iudicat de exterioribus solum.

contraadri
quolib. 8.

¶ Ista

6. **Q**uæ ista que diximus mouere virum constantem: non sunt ex natura rei. Nam aliqua istis leniora poterunt sic mouere virum unum, sicut grauiora virum alium, vt avarus potest tantum timere iacturam peccunie, quantum constans, & fortis: mortem.

7. **Q**7. Est notandum: qd aliud est loqui. Vtrum consensus coactus iure diuino, & naturali annullat matrimonium. Aliud. Vtrum solum iure positiuo. Potest enim esse qd iure positiuo nullum sit, & tamen intra limites iuris naturalis teneat. Sicut testamentum defectu testium, vbi non interuenit fraus, neq; dolus: est nullum iure positiuo, & tenet iure naturali. Vt alibi est a nobis disputatum. Vel e contrario: potest tenere iure positiuo, & non iure diuino, nec naturali. Sicut si quis sine consensu interiori verba protulit, in foro exteriori iudicatur pro matrimonio, extra. De s. non sac. consul. & non in conscientia. His suppositis sit. 1. conclusio.

Adria.
quoli. 6.
Panor. ex
de probat.
c. Qu

Ad. g. 1.
conclu.

Scot. d. 29
gab. in. 3.
d. 39. q. 1.
conclu. 8.

2. ratio.

3. ex. gen
24.

summa li
beritas re
quisita ad
matrimo
nium.

Q Metus cadens in constantem virum: iure diuino, & naturali, simul & positiuo annullat matrimonium tali timore contractum. Et qd sit de iure naturæ nullum: probatur. Quia contractus matrimonialis est libera datio, s. do vt des, ergo requirit libertatem secundum suam naturam, sed ista deficit quando est coactio, vel quando est metus, ergo erit nullum.

Q Item 2. Antè legem scriptam: solum in lege naturæ dictum est gene. 2. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ, sed non adheret ille qui consentit tali metu, ergo est nullum.

Q 3. Dixit Abraham seruo suo, qui ibat querere uxorem filio suo Isaac, Si mulier noluerit tecum venire, tunc liber eris a iuramento. Et cum seruus peteret Rebeccam, parentes dixerunt. Vocemus puellam, & queramus voluntatem eius. Ista fuerunt in lege naturæ facta, ergo eo factum: quia natura inclinabat, vt ad matrimonium summa esset requisita libertas. Nam si parentes noluerunt eam tradere, nisi ipsa respondisset, consequens est qd id faciebant: quia erat contrarium nature tradere inuitam viro.

Q Probat idè ex fine matrimonij. Quia si sit consensus coactus

actus: impeditur finis matrimonij, ergo libertas summa est necessaria ad matrimonium, necessitas enim in rebus (teste Arist.) ex fine sumenda est, sequitur ergo q. cum finis matrimonij impleatur: nisi adsit libertas, q. ipsa naturaliter necessaria est. Et probatur. Quia si non esset libertas plena: facile adinuicem discederent coniuges, & sic non erit proles educatio, nec erit operum communicatio, que est finis secundarius matrimonij, Ex isto patet quomodo sit de iure nature q. tale matrimonium metu contractum non teneat, vt Panor. c. cum locum, de sponsa. Quia in matrimonio veperiuntur tria bona, fides, proles, & sacramentum, vt in c. finali, de conditio. apposi. Et 27. q. 2. c. Omnē Que omnia meus intercedens habet excludere. Nam primo: matrimonium est sacramentum, quia significat vnionem inter Christum & Ecclesiam vt in c. debitum, de biga. Vnde sicut Christus voluntarie assumptus: debet esse voluntarium, vt signum correspondeat signato.

¶ 2. Metus impedit procreationem proles, que est secundum bonum matrimonij, quia propter displicentiam non intenditur procreationi proles. 3. Est contra bonum fidei, nam fides est vnium ex bonis matrimonij, vt nullum sit adulterium, sed propter metum, seu inuitas nuprias: de facili coniuges labuntur in adulterium, quia quod quis non diligit: facile contemnit, vt in c. Presens. 20. Q. 6. Hec ibi Abbas. Ecce habes ex istis q. sit contra ius nature, & diuinum: coactio, seu violentia in matrimonio. Et propter ista in iure positio determinatum est: q. talis matrimonij contractus sit nullus, & eas declarat illegitimas psonas fuisse etiā de iure naturali, & diuino. Quia est summa requirit libertas, vt patet ꝑ. c. Veniens Et c. Consultationi, de sponsa. Hec conclusio prima est contra palu. in 4. d. 29. q. 1. Et Ricar. ea. d. ar. 2. et Maio: ibi q. 1. Dist. q. 2.

¶ Si quis timore mortis, vel stupri, vel carceris, vel verberum, vel seruitutis, vel grauis infamie sui, vel suorum, vel amissionis status, vel maioris partis bonorum suorum, vel vinculationis: consenserit in matrimonium, tale matrimonium est nullum in

Scotus in 4. d. 29. q. 1. Gab in. 3. d. 39. Arist. 2. phisi. tex. co. 75. Altisio. 4. tract. 4. c. 6. q. 6. Panor. Ad ephe. 5. Coloni. q. 1. 252. 20. Abbas. S. tho. d. 29. 4. ar. 3. Scotus. eadem. d. et suple. ga. bri. ibidem. 2. conclu. ob declaracione pme soli posita

Ratio con- re positio, & iure diuino, & naturali. Hęc conclusio patet. Quia
clusionis. illa que metum inducunt, cadentem in constantem virum, annullant
 matrimonium, sed ista sunt, mors, & cruciatus, in c. Cum dilec.
 De his que vi metus causa fiunt. De Stupro, & seruitute, ff. eodem
 titulo. l. Isti quidem. Instituta, eodem ti. §. 1. 2. & 3. Vincula In l.
 Neq̄ timorem, eodem ti. Et de infamia iuris, vt in l. finali ff. eo- **A**
 dem titulo. Et de amissione Status, vel partem magnam bonorum
 expresse, Panor in c. Abbas extra, eodem titulo, si non potest q̄s
 sustentari sine illis bonis, que perdere timet. Et idem glo. in l. Ad
 uocati. c. de aduoca. diuer. iudi. Et facit pro hoc. c. Prebyterus. d.
 Panor. *Glossa.* §. 1. pen. C. eodem titulo. Et ibidem Panor ait non solum hoc
 esse verum, quando sine illis rebus viuere non potest, sed etiam
 quando grauem patitur iacturam. Et sic patet q̄ quicumq̄ me-
 tu alicuius signatorum contraheret matrimonium non teneret.
 Et non solum quando ista in propriam personam, sed etiam: q̄n-
 do in coniunctam, vt in patre respectu filij, & e. conuerso. Nec
 opus est hic alia probatione, q̄ iuris determinatione. Et de vincu-
 latione. ff. eodem ti. l. Neq̄ timorē. c. Veniens, in 1. & 2. Et. c. Cū **B**
 locum, des p̄s. Hoc sit contra cardina, qui in c. Abbas, eodem ti. di-
 cit, matrimonij quocunq̄ metu contractum esse verum, sed rescin-
 ditur ab Ecclesia. Immo secluso Ecclesie precepto: esset nullum.
 3. conclu. **¶** 3. Conclusio: Quicumq̄ ob vitandum maius malum (quodcun-
 q̄ illud sit), eligit quod minus est: dicitur, id agere metu cadenti
 S. Tho. 4. in constantem virum. Ille dicitur esse constans vir, qui eligit mi-
 d. 29. in nora mala, vt vitet maiora, vt patet. ex. 3. notabili, sequitur
 Silue. in ergo quod vbicunq̄ simul duo occurrunt mala: quorum alterū
 verbo me- subire neesse est, subeundo minus: ad maius vitandum: dicitur
 nus. q. 1. illud subijisse timore cadente in constantem virum.
 Almain: **¶** 2. Sic Quia iste qui ad vitandum maius malum: in minorē
 in mo. c. 3. consentit timore & metu operatur, ergo vel timore iusto, & vi-
 2. ri constantis, vel inconstantis, sed non inconstantis: cum mi-
 nus eligat, vt vitet maius, ergo est viri constantis. **C**

4. conclu. **¶** 4. Conclusio. Maius malum, vel minus malum, quod causa
 est

est istius timoris: non considerandum est ex natura rei, sed ex parte eius cui infertur. Quia si verum esset, ex parte rei esset considerandum, timor in omnibus esset equalis, & sic si in vno esset talis qui caderet in constantem virum, & similiter in omnibus, sed hoc est falsum. Nam vna res potest mouere vnum, maxime vt est

A verberatio, quæ tamen alium non mouebit, quia non omnes sunt eiusdem virtutis. Item. Aliquis poterit existimare: datis duobus malis: vnum esse minus alio, & illud subire, & sic diceretur constans. Et alius potest illud existimare maius, & illud subire, & sic erit inconstans, vt supra diximus.

¶ Ex quo infertur: q. si vni esset maius malum pcuti colapho, vel verberari parum, vel victu ad aliquos dies priuari, vel ex terra propria aufugere, aut iacturam in bonis temporalibus pati, q. sit matrimonium ducere, q. qui tali timore matrimonium duceret: esset obligatus ob timorē cadētē in cōstantē virum. Et ista cōclusio est notanda propter huius orbis incolas, qui eo q. metici- do si ex leui metu maxime mouebantur.

¶ Matrimonium cōtractum imperio, vel p̄cibus regis, vel cuiuscunq. domini circa subditos, qui tyranicè tractare solet suos: non obtemperantes: est ipso iure nullum. Et dicitur cadens in constantem virum. Hoc aserit Panor in c. vltimo. Qui clerici, vel vouentes. Et idem Ioan. ibidem, & Bar. in tractatu de tyrano. Et probatur. Ille metus dicitur matrimonium inualidare, qui virum constantem mouere potest, sed p̄ces, vel imperium tyrani: virum constantem mouere possunt, vt constat, ergo talis dicitur metus cadens in constantem virum, & per consequens annullans matrimonium.

¶ Ille dicitur constans vir, qui subit minus malum ad vitandum maius, sed maius est in matrimonium consentire, q. in manus tyrani incidere, ergo qui isto timore matrimonium contraheret: liber esset a matrimonio. Ex quo sequitur: q. cū apud istos infideles domini essent sic seui, & impetiosi: q. qui imperio ipsorum, vel p̄cibus agerent, & matrimonium ducerent: non esset

matrimo-
d ij

matrimonium. De quo infra clarius.

6. conclu

¶ Quis metus sit cadens in constantem virum, vel quis non sit, si non sit expressum in iure, arbitrio boni viri in foro conscientie, & iudicis in foro iudiciali standum est. Probatur prima pars

Ratio .1. partis pri

ex iam dictis Nam cum extra illa que expressa sunt in iure: alia sint que virum constantem possint mouere, & non possit ex iure constare, aliunde querenda est veritas. Et non videtur nisi ex

2.

arbitrio boni viri. ¶ Item. Quia quedam sunt que mouerent virum vnum constantem, que alium non mouerent, ergo cum de terminatio que sint illa non possit pendere ex re ipsa: sequitur qd aliunde pendet, & non videtur vnde, nisi ex arbitrio boni viri, ergo ab eo iudicandum est. Ista est determinatio Siluestri in

Siluester

Tabiena.

Panor.

verbo metus. q. 1. Et summa Tabiena eodē verbo allegat Panor in c. Cum locum, de spōsalibus idem dicentē, licet ego non inuenerim in Panor. sed solum hęc verba, que faciunt satis ad propositum.

2. pars.

probatur.

Abba.

Rosela.

Ancha.

Minor metus in muliere sufficit, qd in viro ¶ Ex quo sequitur qd arbitrio boni viri in cōscientia standū esset. ¶ Alia pars, qd in foro iudiciali arbitrio iudicis est standum: patet ex expressa determinatione Abbatis in c. Continebatur, de sponsa. impub. vbi ponit hanc determinationem. In his que non sunt expressa in iure: standum est arbitrio iudicis. Et vt recitat summa Rosela ex cōmunicatione. 19. §. 10. Pet. de anchā. ait: qd iudicis arbitrio relinqt. quis timor sit intus cadens in constantem virum, quantum ad ea que non sunt in iure expressa. Et probant aducta in principio in notabilibus. Et ratio sit. Ad ipsum spectat de dubijs iudicare, ad quem spectat finaliter sententiam dare, sed ad iudicem spectat

S Tho. 12.

q. 96. ar. 6.

finaliter sententiam dare, ergo ad ipsum spectat in tali iudicio & interpretari. De quo vide Conarru. in epitome. 4. de cre. p. 2. c. 3. §. 4. nu. 8.

Corolla.

¶ Ex ista conclusione infertur, qd in foro conscientie licebit iudicare confessori circa istos nouiter conuersos: de metu eis illato ad matrimonium, siue fuerit ante fidem, vel post. Vtrum. s. fuerit cadens in virum constantē, & sic excusans, vel non fuerit, sed leuis

Notandum

¶ Matrim.

¶ **M**atrimonium contractum ex metu leui, sed tamen timore licet sit validum, & firmum in foro exteriori, in foro conscientie non tenet, sed est nullum stando solum in iure naturali. Probat primum, q̄ in foro exteriori sit validum ex capitulis sup̄ allegatis, in quibus determinatur, q̄ si matrimonium fuerit metu iusto cadente in constantem virum contractū: sit nullum. Et a contrario sensu in iure est validum argumentum. Et si leui metus est firmū, & ratū. ¶ 2. tamen pars que difficultatem habet probatur. Matrimonium contractum metu cadente in constantem virum est nullum iure nature & diuino, quia non est plena libertas, que in tali contractu requiritur, ergo etiā matrimoniū contractum ex leui metu erit iure nature, & diuino nullum. Consequētia est bona. Quia sicut constans vir cogitur a graui malo, vt in minus consentiat inuitus, sic inconstans mouetur a minori malo, vt in maius cadat. Ex conditione enim diuersa vtriusq̄ preuenit: q̄ res diuersa equaliter moueat vnum, & alium. Sicut enim vir fortis posito timore mortis: timet iustē, & aliud minus malum subit inuitus, vir inconstans timet amissionem, vel peccunie, vel alicuius alterius similis, & tāto mouetur ab isto obiecto ad consentiendum alteri malo, quanto mouetur vir fortis a morte. Sequitur ergo q̄ stando solum in iure naturali tanta sit coactio in vno sicut in alio. Q̄ si vnum est inualidū iure naturali, & aliud erit. Et si primum est nullum, quia plena deficit libertas ad talem contractum requisita, quod secundum erit etiam nullum, cum sic deficit libertas. ¶ Item. Panor dicit in c. Cū locum, de spon. Contractus qui requirit liberum consensum ipso iure est nullus, si inueniat coactio, quia licet coacta voluntas sit voluntas, & q̄ i. c. Merito, tamen non est voluntas libera, & sic quia deficit qualitas libertatis, que est de substantia contractus: ē nullus. ¶ Et que requirunt liberum consensum sunt. 8. vt assignat idem Panor in c. Ab his, de his que vi. Primo. Omnia que sunt meritoria 2. Matrimo. 3. sunt que requirunt liberū consensum. c. Cum locum, de sponsa. Et c. Veniens. Et. 33 q. 5 c. Notificast. 3. Voti promissio, vel solutio ff. eodem. ti. l. Si mulier. §. si

7. conclu.

Hugo in
suma sen.
tracta. 7.
ca. 6.Viguerius
de instit.
theo. ca. 16
§. 7. ver.
6.Sco. d. 29
Gab. 3. d.
39. q. 1.2.
Panor.
Craclavo
luntas non
est volun-
tas libera.3. sunt que
requirunt
liberū cons.

dos

d ij

dos. 4. Iurisdictio. 5. Auctoritas tutorum. 6. Absolutio ab excommunicatione. 7. Testes testamentorum. 8. Motum. Ex isto summo argumentum. Omnia ista metu facta inualida sunt, quia requirunt plenam libertatem, inter que matrimonium ponitur, ergo ubi non est plena libertas: non erit matrimonium validum, sed in coactione (etiam metu leui) non est talis libertas, quia cum sit inconstans vir: maximè mouetur quantuncunq; leui metu, ergo in iure naturali stando: tale matrimonium non valet.

3. ¶ Matrimonium contractum timore cadente in constantem virum est nullum iure naturali. Quia cum tali timore contractum: non potest stare finis ad quem ordinatur, siquidem ordinatur tamquam ad finem principalem: ad prolem, que non procreatur ex iniuncte coniunctis, vel si procreatur, non debite fit. Quia non diu manent iuncti. Item. Non est operum communicatio. Quia diffidentes inter se non communicant in operibus. Hanc rationem assignant omnes doctores: quare irritum sit matrimonium vi contractum, tam Theologi, quam iurisperiti, ut dictum est. Ex ista ratione probo conclusionem. In illo qui metu (licet cadenti in inconstantem virum) consentit in matrimonium concurrunt omnia ista, ergo si ob ista primus contractus iure naturali inualidatur, et 29. similiter. Patet. Quia cum sic inconstans vir moueatur leui metu, ut coacte consentiat, sicut constans graui, sequitur vel quod non erit prolis, vel si sit: non debite educabitur. Quia non manebunt diu simul, qui iniuri coniuncti sunt. Sequitur etiam quod non erit operum communicatio, ergo iure naturali si vnum matrimonium inualidum est, similiter et aliud erit.

4. ¶ Timor maior vel minor non assignatur ex natura rei, Tiraque. l. quia meticulosus, et auarus potest plus timere iacturam paruam pecunie, quam vir fortis mortem ipsam. Minor enim libertas est in conubi
fo. 82. nu. auaro ad contrahendum matrimonium timore amissionis pecunie, quam sit in constanti: timore mortis, sed hoc 2. est nullum iure naturali, ergo primum. Alio qui metus ex natura rei esset considerandus, quod non apparet. Argumentum sumitur ex dictis Pa-

nor c. Cum locum. de sponsa, ubi dicit, q̄ minor metus sufficit in muliere ad hoc quod sit iustus, q̄ in viro. Sic glo. in c. Cum locum de sponsa. & ma. Quam sequitur Anto. & Panor. & Car. Alex. et

Roma. singu. 228. & soci. con. 64. volu. 1. & Hostien. in c. Veniens, extra de sponsa. De quo vide Tiraque: de legibus conubi. l. 9. *Anto. Panor. Cardi. Alex. Tiraque.*

A nu. 121. Sequitur ergo q̄ ex qualitate personę metus metiri debet, sed omnes isti qui sunt in his partibus: secundum naturam rei fœminis sunt debiliores, ergo metus in eis erit magnus, etiam si leuis videatur secundum naturam rei.

¶ Qui dicunt timorem cadentem in constantem virum invalidare matrimonium: dicunt q̄ quis sit iste timor, & qualis, iudicio, & arbitrio boni viri relinquitur, vt supra dictum est. Cū ergo leuen hominem, & meticulosum: leuia possint mouere tantū: sicut grauiam virum fortem, sequitur q̄ eadem erit ratio vtriusq̄

¶ Ex isto sequit̄: si talis cōditionis sint homines, vt sunt: nimis meticulosi, & inconstantissimi, & seruilis conditionis, si metu cōtrabant, & consentiant in foro conscientię stando: non est iudicandum pro matrimonio, nisi consensus liber adueniat de nouo,

B quantuncūq̄ causa qua mouetur leuis sit secundum se, quia licet leuis secundum se, & leuis in ordine ad virum fortem, & constantem, est tamen grauis nimium respectu istius meticulosi, & inconstantis. Ex quo poteris multa dubia absoluere circa Indos, qui vt in plurimum confitentur se timore contraxisse. Et satis hoc manifestat, quia facile diuertebant, eo q̄ inuite contraxerāt. Habes etiam q̄ cum isti tempore infidelitatis non tenerentur legibus

Ecclesię: q̄ matrimonium contractum inter eos est iudicandum secundum ius naturale, & sic q̄ quomodocūq̄ metu fuerit contractum etiam si leui, non fuit verum matrimonium, si ex illo leui metu valde coactus est talis ad consentiendum. Et probatur vltima ratione. Nam si aliquis metu etiam leui acquisiuit aliquid: nō acquirit ius, sed tenetur restituere illi a quo extorsit per metum, etiam si sit ob timorem reuerentię datum, si contra voluntatem fuerit datum. Sic disponunt iura. ff. qua. re ac. noda. l. 1. §. Que

Hono

d iiii

Coroll.

Nota.

Considerandum.

Vltima ratio ad con.

Honorando. Sequitur ergo q̄ si quis timore acquisit ius supra corpus alterius: q̄ tenetur restituere suo domino vero, stando in foro conscientie, dato in contentioso non teneretur. Et sic iniuste possidet quod alterius est, ergo non est matrimonium verum in foro conscientie. Quia non est acquisitio iuris quando intercedit metus. Hec eodictio est contra communem opi sed tamen mihi apparet vera. Et sic absq̄ distinctione videtur sentire Viguernus. **A**

¶ Nunc restat adiura respondere, que videntur contrariū sonare. Dicendumq̄ intelligūtur in foro exteriori, in quo presumitur q̄ qui metu leui cōsensit: plenissime & liberrime consensit, si quidem presumitur quemlibet virum constantem esse, & q̄ non moueretur a re leui: nisi volens. Tamen in iure naturali, & foro conscientie: stādum est ad illud quod fuit de facto, nō ad presumptionem. Exemplum est in iure satis apertum. Nam, ff. de regulis iuris. l. Veniet. Et Quod in metu causa. l. Metum, determinatur q̄ acquisita per consensum metu extortum teneant in foro contentioso, sed in foro conscientie sunt irrita, vt bene notat Siluester in verbo Metus. §. Ultimo. Sic ergo potest esse q̄ iura determinēt matrimonium contractum ex leui metu tenere, quia presumit liberum consensum fuisse. Et tamen in iure naturali, & foro conscientie non teneat, quia non fuit plena libertas ad id requisita, sicut testamentum habens defectum testium, vbi fraus non interuenit, nec dolus: in foro iudiciali non tenet, sed in conscientia & iure naturali, sicut egregie determinat do. Adria. Et si forte alicui hęc opinio noua videatur, rationes tamen quibus hęc fultetur non sunt nouę. Et vere mihi valde probabile est hoc, quod vnum istorum duorum necesse sit concedere, vel q̄ vbi int̄ueniat consensus, siue sit metu cadente in constantem virum: siue metu leui. est matrimonium iure diuino, & naturali, sed ex Ecclesie Statuto illud contractum metu cadente in constantem virum: annullat. Et aliud tenet, sicut videtur tenere duram, & maic. Vel est dicendum, q̄ si iure diuino, & naturali contractum ex timore cadente in constantem virum non tenet, sicut bene tenet. b. Bo-

Contra communem opinio.

Institutio theologię 6. §. 7. ver. 5.

Ad illa q̄ in contra.

Silues.

Adria. in quoli. 6.

Dur. d. 29 q. 2. maio. d. 29 q. 1. Ricar. d. 29 q. 2. Car. in ca. abbas. eadem tit.

na. & Scotus, & Panor. in loco allegato supra, etiam nec contrac-
 tum in more cadente in inconstantem virum tenebit de iure diu-
 no, & naturali, sed solum ex statuto Ecclesie, que presumit liberé
 consensisse. Et ratio est. Quia vtrubiq; de iure naturali est eadē
 ratio, cum non sit plena libertas. Istam opinionem videtur tene-
 re do. de palu. Qui dicit in sententia, q; eo matrimonium contrac-
 tum ex metu non iusto tenet, quia Ecclesia istum contractum
 irritat omnino in penam malefacientis, & subueniendo oppresso
 & contractum ex leui metu non irritat, ergo saltim ex isto doc-
 to. (secluso iure positivo) eadem est ratio vtriusq;. Pro hac opi-
 nio, facit quod Ioan. igneus in l. 3. eleganter ff. ad syllani, dicebat:
 quod matrimonium contractum ob solo metu reuerentiali nullum
 esse, ac si ex metu cadente in constantem virum esset contractum.
 Dato alijs nō placeat hæc opini. Que & Scoti est. Sco. d. 29.
 ¶ Si quis metu iusto contraxit matrimoniū, & postea manet cū
 cōiuge, & potēs fugere nō aufugit, sed semper durat. Vtrū solū
 per illam cohabitationem fiat verum matrimonium, quod atē fu-
 it nullum de effectu consensus. Respondetur: q; si non interueniat
 nouus consensus, nullo modo per temporis diuturnitatem fit vali-
 dum, quod a principio fuit inualidum. Et hæc probatur, Nam a
 principio propter metum interuenientem fuit matrimonium nul-
 lum, ex defectu consensus, ergo si non adueniat de novo cōsensu:
 nullo modo fiet ratum, & validum, quod antē fuit nullum. Quia
 idem sine aliqua mutatione sui semper facit idem, ergo si ille pri-
 mus consensus semper manet, nullo modo ipso manente fiet vali-
 dum matrimonium, quod inualidum est. Et patet ex. c. Accedens,
 de conuersione coniuga. vbi mulier metu viro suo dederat licen-
 tiam intrandi religionem, & ipsa mansit in domo maritalium non
 accepto habito, postea verō vir reti cecedens, relinquens habitū,
 petitur ab vxore, & restituit ei. Ecce quomodo illud quod metu
 extorsum fuit: per diuturnitatem temporis non fit validum.
 Et ibidem glo. Alii qui compelleretur ad religionem, & non vt
 vxorem assumeret. Et idem determinatum ē in l. 2. & penul. C. qd
 metus

Bonauen.
in. 4.
Sco. in. 4.
d. 29.
Panor.

Palu. d.
29. 4. 9. 1.

Ioan. igneus

Sco. d. 29

1. dubium

Solutio.
Queda fr
cipio sunt
inualidum
nō fit vali-
dum ratio
ne tempis.
Arist. 2. d
gene. rex.
co. 56.

S. Bona. d
29. q. 2.
Viguerius
in suis inf.
theolo ca.
16. §. 7.
verbo. 6.

Inno. metus causa. Et idem Inno in. c. Super eo, de renunciatione. Et Pa
Panor. nor in c. ultimo de conditio. apposi.

Instantia. ¶ Contra istam determinationem videtur textus apertus c.
Ad id. de sponsalibus, vbi est casus, q̄ puella 11. añorum metu cui
dam viro consensit in matrimonium, postmodum verò liberè co
habitauit per annum, & dimidium, petebat ipsa diuortium. Res A
pondet summus Pontifex sic. Quamuis vñdecim annos habens ab
initio inuita fuisset ei tradita, & renittens, tamen quia postmo
dum per annum, & dimidium sibi cobabitans consēsisse videtur
ad ipsum est cogenda redire, nec de cetero recipiendi sunt testes,
si quos memorata mulier ad probandum quod non consenserit in
eundem nominauerit producendos, cum mora tanti temporis hu
iusmodi probationem excludit. Mādamus igitur, vt propter hoc
non omittas quominus vtrunq̄ compellas ad alterum maritali af
fectione tractādum. Ex isto textu videtur sumi argumentū con
tra determinationem. Quia per solam cobitationem sine alio
consēsu iudicatur pro matrimonio. ¶ Ad hoc respōdetur, q̄ tex
tus non est contrarius, imo facit multum pro nobis. Ibidē enim B
terminatio fūdatur in presumptione consensus de nouo, si quidem

Solutio. ex hoc q̄ liberè cobabitauit: præsumit Ecclesia de ea: q̄ non man
serit in peccato, cōmiscendo se carnaliter ei, quem non accepe
rat in virum liberè, sed q̄ p̄st̄ consentiens cobabitauit cū eo abs
q̄ peccato. Et sic in foro exteriori iudicandum esset pro matri
monio, stante tali presumptione consensus, sed in foro consciētię
si constet non fuisse talem consensum de nouo, nunq̄ esset tenendū
pro matrimonio, quantuncunq̄ per longum tempus maneant si
mul. Et ista est communis sententia. De quo vide Oldra, confi 35
Et Calde. cōsi. 1. Et Bart. in. l. Si ob turpem. ff. de conditi. ob turp.
caus.

Dubiū. 2. ¶ Sed an matrimonium blanditijs, vel importunationibus cō
tractum: teneat.

Dilutio ¶ Re quod tale tenet, tam in foro exteriori, q̄ de iure natu
rali, & diuino. Quia vbi est plena libertas: contractus tenet, sed
in

in matrimonio contracto blanditijs, & importunationibus est plena libertas, ergo matrimonium erit validum. Et probatur hoc.

Nam ibi minuitur libertas: unde voluntarium tollitur, & tantum quantum diminuitur de voluntario: tantumdem libertatis dimi-

S. Tho. 12
q. 6. arti. 6

nuitur, sed per blanditias nullomodo voluntarium tollitur, quia naturaliter fertur in huiusmodi blanditias voluntas ipsa, neque

refugit. Et sic nulla tollitur libertas, sed magis crescit, sicut doctor subtilis dicit: quod inductione per blanditias, et delicias, multum

Seco. 4. d.
29. q. 1. ad
3.

est de voluntario, et parum de inuoluntario: sic quod si voluntas ipsa sibi dimitteretur: prosequeretur ipsas blanditias, quia ei contra naturale est, ergo ipse non causant inuoluntarium. Et ob id matrimonium hac ratione contractum: erit omnino validum.

¶ Eodem modo contractum importunationibus posset probari. Nam importunationes non tollunt libertatem plenam: requisitam necessario ad matrimonium, supposito quod solum sunt importunitates, et non comminationes. Nam importunationes aliquo modo

mouent voluntatem, sed non mouent ut aliquid adimant voluntarij, quia illas importunationes non existimant tanquam aliquid ue-

rum, quod moueat ipsam, sed tanquam quodam apparens, quod prebet incentiuum eliciendi actum uolendi. Non tamen quod omnino moueat

ipsam voluntatem ad actum uolendi. Sicque ex parte hac (quia que minima sunt: pro nibilo reputantur) habet quod matrimonium huiusmodi importunationibus contractum: non sit inualidum ali-

quo iure, dummodo non concurrant minores. Nam si concurrant importunationes, et timor reuerentialis: impedirent, ut optime Math. De

Math. De
asfic.

tbeus. De affli. decif. 69.

¶ Dubium est tertium. Si quis iuste ad supplicium ducatur, et timore mortis consentiat in matrimonium: utrum sit validum

3. dubium.

¶ Vt si alicui dicatur: qui ad mortem est damnatus, si in istam consentias: poenam mortis euades, alioqui suspenderis, & tali metu compulsus consentit. Utrum sit inualidum matrimonium. Certum est quod si talis metus inferretur extra istum casum, quo iuste ad mortem damnatus est, quod non esset matrimonium validum. Utrum er-

Solutio. ¶ **R.** Tale matrimonium esse validum. Probatur. Quia sic compulsio ob mortis timorē nulla fit iniuria, sed adhuc condonatur ei, & poena remittitur, sequitur ergo q̄ cum sit sine iniuria, & non propriē coactio interueniat, sed beneficium, & libertas: q̄ tale matrimonium erit validum, si omnino consensus interior ad **A**

Meretrix potest petere illū qui ad patibulum ducitur fit. Et hoc probari potest ex consuetudine laudabili aliquarum regionum, vbi meretrices publicē solent tales: qui ad patibulum ducuntur petere in maritos, & conceduntur eis: tanq̄ si inter eos sit verum matrimonium, dato q̄ ille qui ad suspendium ducitur: nullo modo istam esset accepturus in uxorem, nisi timore mortis, quia certo scit se mortem non euasurum: nisi istam ducat uxorem. Et sic similiter si aliquis rogaret priuatum regis: vt a rege impetraret remissionem criminis capitalis, & q̄ filiam suā duceret in uxorem, quam aliō qui non duceret: verum esset ma- **B**

Iaco. d. belouiso. Paris. de puteo. Guilel. Casaneus Corolla. **Iaco. De bello vi**
so. in practica crimi. titu. de lenonibus. Et paris. de puteo, tracta
tu de sindicatu, in verbo poena. Et Guilel. benedi. in c. Rainutius,
de testamen. verbo mortuo testa. Et Casaneus, de consuetu. bur-
gun. rubri. 1. §. 5.

¶ **C**larissimē ex hoc sequitur, q̄ si aliquis timore mortis, quā debet pati, sed iniuste, tamen consentit in matrimonium, q̄ non ē validum in foro conscientie, neq̄ in foro exteriori: vt si quis iniuste ad mortem sit damnatus, & vt mortem euadat: consentit, non tenet, secus tamen esset vbi iuste, secundum allegata, & probata esset damnatus, dato ipse esset innocens, quia tunc si consentiret: vi letur omnino dicendum q̄ teneret. Nam dato ipse sit innocens, cum secundum allegata, & probata reperitur nocēs ad mortem: nulla fit ei iniuria si compellatur ad matrimonium. Et q̄ diximus de morte: intelligendum est de alia quacunq̄ graui lesiōe, vel de graui verberatione.


4. dubium ¶ **4.** Dubium. Si quis tamen contrabat timore poenae peccu-
narię, vel alterius, quę posita fuit in contractu sponsaliū. Virū
teneat?

teneat?

¶ Quod in foro conscientie non tenet, si ita est q̄ timore *Dillutio.*
 talis p̄cne fit contractus matrimonialis. Et ratio est. Quia nō
 videtur esse plena libertas necessaria ad matrimonium. Et hoc
 sic determinatur extra de sponsa. c. Gemina, ubi p̄cna apposita
 non obligat. Quia matrimonium debet habere libertatē, hoc dat
A pro causa summus Pontifex. Sequitur ergo q̄, si ista non adsit, si
 ue sit parua peccunia, siue multa: q̄ matrimonium nō tenet, saltem
 in foro conscientie, et stando in iure diuino. Licet Panor ibi dē *Panor.*
 intelligat: quando est amissio omnium bonorum, vel maioris par
 tis, quia si parua rei (dicit ipse) est matrimonium.

ARTICVLVS NONVS.

Vtrum si aliquis metu cadente in constantem virum matrimoni
 um p̄missit, postea p̄ copulam subsequutam fiat matrimonium de
 presenti. Contingit sepe apud istos hic casus.

B  Resolutione notandum est. Quia vel loquimur *Notan.*
 in foro cōscientie, vel in foro iudiciali. 2. Vel
 est copula exorta vi, vel non. 3. Vel qui sic me
 tu contraxit sponsalia: tempore copule habet
 actum: et loquimur ut virum, vel habet affirma
 tiuum consensum. Vel nullum habet, quia de co
 nō cogitat. His sup̄positis respondetur.

¶ Si in sponsalibus fuit metus: ratione cuius non libere cōsent *1. conclu.*
 ssit, per se iam copulam sequutam ī foro cōscientie nullum est ma
 trimonium. Probatur. Quia in foro conscientie ille metus inuali *1. ratio.*
 dauit contractum, ergo quicquid postea sequatur: nisi sit alius no
 uus consensus: non fiet validum. Probatur apertissime. Quia q̄d
 a principio nō valuit sine aliqua mutatiōe: nō potest post valere.

¶ Si copula solum probaretur inter dēos. nullum est matrimo *2. ratio.*
 nium in foro conscientie, si nihil p̄cessit, ergo etiam si sp̄salia
 violentia contracta p̄cesserint, quia illa nullam vim habet, sed
 est.

est ac si nõ essent, ergo. Et probatur. Extra de sponsali. c. Tua nos Vbi qui sine metu verba protulit, sed interius consensum non habuit, licet copula carnalis interuenerit: in foro conscientie nõ iudicatur matrimonium, ergo etiam in proposito a fortiori vbi metus interuenit: etiam copula superueniente: ex hac solum non est matrimonium. Patet ex c. De illis, de sponsa. in pub: vbi determinatur, qd nisi post violentiã: cõsensus accesserit: nõ ẽ matrimoniu.

2. conclu.

¶ Si sponsalia fuerunt metu contracta, et in cõmixtione carnali nullus fuit actus. l. fuit cõtrarius: nullu ẽ matrimoniu i foro conscientie. Probatur quo ad primam partem, quæ habet difficultatem. Nam ad matrimonium in foro conscientie requiritur verus, et legitimus consensus. c. Tua nos, de sponsalibus, sed ibi non est talis, quia primo non fuit in spõsalibus, cum metu extortus non sit sufficiens, nec in cõmixtione fuit, quia supponimus nullu talẽ habuerit, ergo non est verum matrimonium in foro conscientie. Ista cõclusio elucidat magis primã.

Ratio.

3. conclu.

¶ Post spõsalia contracta metu: copula carnalis subsequitur: cõ actu interiori cõsensu: faciunt quo ad Deum verum matrimonium. Probatur. Matrimonium contrahitur per consensum. ex præsum, sed in tali fœmina fuit verus consensus interior, et ex præsum verbis in sponsalibus, et post factõ in copula, ergo verẽ erit matrimonium. Quia videtur liberẽ consensisse, dummodo in copula nulla fuerit violentia.

Ratio.

4. conclu.

¶ Post sponsalia de futuro contracta metu cadente i cõstãtem virum: copula carnalis subsequitur: etia nõ violenta nõ facit matrimoniu in foro iudiciali. Probatur ex c. His qui, de sponsa, vbi determinat: qd si post spõsalia: copula fuerit subsequuta: nõ violẽta: sit matrimoniu. Si ergo matrimoniu psumit. ex copula, quæ præcesserunt legitima spõsalia, vbi non fuerunt talia, per solam copulam etiam non violentam non potest matrimonium præsumi. Item probatur. Quia omnino annullat matrimonium contractum per talem metum, ergo a fortiori etiam non iudicabit matrimonium per solam copulam: si talis metus præcessit.

1. ratio:

2. ratio.

¶ Post

¶ Post sponsalia: de futuro leui metu contracta: copula sub se 5. conclusi-
 quita: facit matrimonium in foro exteriori: quātum ad presēptio-
 nem, si copula nō fuerit metu extorta. Probatur: Matrimonium ^{1. Ratio.}
 de presenti cū tali metu contractū ē verū matrimoniū, ergo sponsa-
 lia illo metu contracta sunt vera sponsalia, sed vera sponsalia
 post copulam subsequutam faciunt matrimonium de presenti, ex
 tra desponsali. c. His qui si. ergo. ¶ Itē. Quia qui leui metu contra-
 bit sponsalia: presūmitur liberē consensisse, & q̄ consensu mari-
 tali consumauerit, & non fornicario.

¶ Sed quia de coactione incidit sermo, quē matrimonio impe-
 dimentū inferi, libet impedientia matrimonium exacte tractare. De impe-
 dit ipsum matrimoniū. Aliud quod sequitur. Item. Dupliciter cō-
 sideratur. Vel quia impedit cōtrahendū, si precedat, sed factū
 tenet, nec dissolui potest. Aliud est impedimentum quod impedit
 contrahendū, & dirimit iam contractum. De primis loquendo: Inp edimē-
 sunt. 1. quę quidem impediunt contrahendū, sed contractum ^{ta q̄ nō di-}
 non dirimunt. Et sunt ista: Primo interdictum Ecclesię. ^{rimunt sūt}

¶ Duplex est impedimentum matrimonij. Vnum quod prece-
 dit ipsum matrimoniū. Aliud quod sequitur. Item. Dupliciter cō-
 sideratur. Vel quia impedit cōtrahendū, si precedat, sed factū
 tenet, nec dissolui potest. Aliud est impedimentum quod impedit
 contrahendū, & dirimit iam contractum. De primis loquendo: Inp edimē-
 sunt. 1. quę quidem impediunt contrahendū, sed contractum ^{ta q̄ nō di-}
 non dirimunt. Et sunt ista: Primo interdictum Ecclesię. ^{rimunt sūt}

B. Votum simplex castitatis. 3. Spōsalitium cum altera persona. 4.
 Si quis est iunctus alteri cathecismo. 5. Incestus cum affinibus,
 hoc est cum consanguineis coniugis. 6. Vxorididium. 7. Raptus
 aliene sponse. 8. Proprij filij de fōte, vel ad ebrifina susceptio. 9.
 Presbitericidium. 10. Solemnis pœnitentiā. 11. Coniugium sci-
 enter cum moniali. Hęc omnia sunt impedientia matrimo-
 nium ex statuto Ecclesię, vt. s. aliquis habens aliquod isto-
 rum contrahere non possit absq̄ peccato, seclusa dis-
 pensatione, exceptis duobus. s. spōsalitio, & voto simplici casti-
 tatis. Quia ista omnino impediunt, vt licite quis cōtrahere nō po-
 sset ex iure naturali. Et quia intentio, & votum nostrum hoc est:
 vt precipuē de matrimonio disseramus, quantum ad presens ne-
 gotium huius nonē Ecclesię spectat: aliqua impedimenta predic-
 torum declarabimus, quę contingunt, & contingere possunt: alijs
 vt cūq̄ enodatis, vt intelligamus quomodo ministri debeant se
 habere.

Interdic- habere Et primo de impedimēto quando contra interdictum, &
tū Eccle. prohibitionem sanctę Ecclesię, quod est vnum inter cętera recita
ta, quo existente, nullus licite potest contrahere, & absq̃ peccato,
licet factū teneat. Per Ecclesię p̃ceptū itelligimus, vel p̃tificis i
terdicentis clandestina sponsalia fieri, vel Episcopi id ipsū pro
hibentis, vel alicuius interdicentis coniugium ex aliqua ratio- A
nabili causa. Similiter intelligitur prohibitio proprijs sacerdotis:
ne fiat, vel ne tali tempore fiat.

ARTICVLVS DECIMVS.

De clandestino matrimonio

Palu in. 4
d. 2 S.
Panor.
Ioa. andre
Glossator.



Primo: Clandestina matrimonia fieri est prohibitum.
Oportet autē prius scire qđ dicatur matrimonium clā
destinum. Et omissis 6. modis: quos Paludanus assignat
solum duobus modis capiamus clandestinum, vt ca- B
pit Panor, & Ioa. Andre. in additio. ad speculatore. Et sicut
glossa. in. c. fina. de clandestini. despon. Hij verō sunt, quando fit ma
trimonialis coniunctio sine testibus. Vel quādo fit testibus adibi
bitis, sed sine solemnitatibus fieri assuetis, vel bannis. Istis duobus
de sa. p. 11. modis omnino, & proprie contingit clandestinum matrimonium
cu. s. fieri. Et vtroq̃ modo prohibitum est fieri ab Ecclesia, vt patet, ex
Matri. clā tra. de clandest. despon. Et est peccatum hoc vel illo modo contra
desti. pro rato & fir bere, etsi matrimonium tale sit ratum, & validum. Et sic pro cer
mo habent. fo tenendum. In quo quidā (aliās vir doctus & grauis) decipitur
S. Tho. in putans sic ab Ecclesia prohibitum: vt etiam factum sit irritum. C
4. d. 28. ar. ti. 3. Docto. sonas sic contrahentes esse inhabiles per Ecclesiam. Quod: licet
ibidem. ducti sic fieri desiderent, non tamen adhuc est determinatum.
Erasmus Ob id matrimonium tenet, vt. S. Tho. & communiter Theologi:
in annota. Et Decius cōside. 163. & 231. Et prepositus. Rubri de clandestini
1. co. 7. Conci. Co desponsati. De quo in l. fi. ti. 3. parti. 4. Et concii. Coloniense. tracta
loquense. tu d. matri. Et vide Raine. 2. p. ver. matrimonium c. 9.

Sed pro maiori declaratione incidenter queritur. Vtrum sit peccatum mortale semper contrabere primo modo clandestine sine testium presentia. Sit casus. Sunt duę legitime personę, conueniunt inter se, & matrimoniũ cõtrabunt. Vtrũ sit mortale.

Pro solutione dubij oportet distiꝑuere. Vel querimus hoc esse peccatum mortale propter Ecclesie pceptum solũ, vel q̄ sit peccatum mortale stando in iure nature. Quia si primo modo, sequitur q̄ infidelis sic cõtrabendo haud peccaret, de quo nec teneretur pœnitere: si conuerteretur ad fidem. At si secundo modo, sequitur infideles sic contrabendo peccare: cum ius nature sit idem apud omnes.

Est etiam. 2. considerandum: quod pœnæ quę apponuntur contra clandestinẽ contrabentes: non habent locum in spõsalibus de futuro, etiam si fiant clandestinẽ. Sic glossa. in Clemen. vni. de consan. & affini. Idem Cardi. in c. Cum inibitio, & Feli. in rubri. de sponsa. Quãuis Ab. in dicto. c. contrarium dicat, & Dida. Ca. stillo. in expositione l. Tauri l. 49. putet idem in sponsalibus de futuro. Ratio ergo q̄ nõ intelligatur est: quia spõsalia de futuro non sunt clandestina matrimonia, licet dicantur clãdestina spõsalia. Et sic qui clandestinẽ aliquam desponsaret de futuro: non esset excõmunicatus. Hoc est contra supplementum Gabri. His prenotatis. R̄.

Contrabere clandestinẽ primo modo citra necessitatẽ vrgentem est peccatum mortale. Probatur, extra, de clandestina despon. c. Cum inibitio copu. vbi prohibentur ista fieri, sed cum res sit prohibita, & grauis: sequitur q̄ sit mortale. Sic Silue. quia materia est ponderosa. Et probatur ratione q̄ sit mortale. Est q̄ dem peccatum, & non veniale, ergo mortale. Probo añs. s. q̄ non sit veniale. Quia peccatum iudicatur veniale ex paruitate iniurie, vel ex paruitate materie. Et e contrario: mortale ex magnitudine tali, sed in matrimonio clãdestino est huiusmodi grauitas, & notabile nocumentũ, ergo est mortale. Probatur ex fine matrimonij. Or dinatur. n. matrimonium ad prolem tanq̄ ad finem prin

Quincidẽs

Notandũ.

primo.

Isido. in li. Eubimolo.

Nota. 2.

Glossator. Cardina.

Felmus.

Abbas.

Didacus

casti.

Rano dic- torum.

Cõtra sup. in. 4. 4. 28

q. 2. ar. 3.

1. conclu.

& ra. eius

Siluester in ver. ma

tri. 2. S.

17.

Ratio 1.

S. Tho. 12

q. 88.

Sup. ar. 1. cipalem, vt non solum sit procreatio eius, sed vt optime educetur
 & debite, ad quod mutua vtriusq; requiritur cobabitatio. Item,
 Aris. 1. Est secundario ad operum communicationem viri & femine,
 Oeco c. 3. quia quedam sunt propria viri, alia propria femine. Et sic non
 & alibi se possit vir solus sibi sufficere, neq; femina. Et hac ratione est na
 pe. turalis huiusmodi coniunctio viri & femine, sed ex tali clande-
 Sup. ar. 1. stina coniunctione iste finis (inno. vterq;) impeditur, ergo sequi
 tur cum sit graue nocumentum prolis: quod erit mortale. Nam
 ex hoc quod sine testibus contrahunt: deficit probatio, qua defici
 ente: transeunt ad alia matrimonia, & sic verum matrimonium
 dissoluitur, quo dissoluto, fit maximum nocumentum proli, quia
 non potest debite educari. Fit similiter nocumentum volenti co-
 habitare, quia non est operum communicatio. Fit iniuria Eccl
 się, quia verum & legitimum matrimonium contemnit, & dissol
 uit, quia deficiunt probationes sufficientes. Et non quoniam docuq;
 iniuria, sed grauis fit, que est mortale.

2. ¶ Secundo. Vbi fornicatio, & adulterium presumitur: ibi
 & peccatum mortale, sed in clandestino matrimonio est huiusmo
 Euaristus. di: vt patet ex determinatione Euaristi Pape. 3. o. q. 5. c. Aliter, B
 vbi dicitur. Aliter legitimum non sit coniugium, nisi ab his qui
 super ipsam femina dominatione habere videntur, & a quibus
 custoditur: vxor petatur, & a parentibus, & propinrioribus
 sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore a sacerdote (vt
 mos est) benedicatur. Ita peracta: legitima scitote esse conubia,
 aliter vero presumpta: non coniugia, sed adulteria, vel stupra,
 vel fornicationes potius: q; legitima coniugia non dubitatur, ni
 si vota succurrerit legitima. Quod Hugo intelligit. i. nisi publice
 coram testibus semutuo consentire profiteantur. Ecce ex ista
 pontificis determinatione constare est manifestum: talem clan-
 destinam coniunctionem sine testibus esse peccatum mortale. Quia
 vel stuprum, vel fornicatione, vel adulterium presumitur.

3. ¶ Id ipsum 3. probatur ex decretis Hormisdæ Pape. c. 6. Et C
 Hormisdæ. aducitur. 3. o. q. 5. c. Nullus fidelis, vbi dicitur: Nullus fidelis cu-
 iuscunq;

iuscunq̄ cōditionis sit: occultē nuptias faciat. ¶ Poena grauior 4.
pro grauiori infligitur culpa, & proleui culpa non grauiſſima
infligitur p̄na, sed pro tali clandestina coniunctione grauiſſi-
ma pena excommunicationis infligitur, vt patet. Quia in omni
bus diocesibus cōmuniter sub excommunicatione est interdictū.

A Immo in Salmantina, in constitutionibus, nu. 42. ponitur: quod ta-
lis excommunicatus sit vitādus absq̄ denunciatione, quod tamē
non est tenēdum, quia cōtra cōstitutionem Martini. s. in conci-
lio Constantien. que dicit, oportet esse nominatin excommunicata-
ros, vel p̄cussores manifestos clerici. Ergo sic cōtrahere non est le-
uis culpa, sed grauis. i. peccatū mortale. Hęc est communis opi-
nio omnium, de quo egregie Caiet. ¶ Si. s. rationem addere
vellis. Scandalum s. quod generat alijs, quia eos tanq̄ concubina-
rios habent. Et adhuc phisosophi videntur insinuare esse malum
sic contrahere, vt Apuleius. lib. 6 sui asini aurei, quando addu-
cit Venerem argumentantem non esse legitimas nuptias inter Cu-
pidinem, & Phisicē, cūm res acta sit furtim. De quo poli. Verg. in
suo de inuento. rerum.

B ¶ Contrahere clandestinē sine testibus, seclusa necessitate vr-
gente, secluso iure positiuo, stando in naturali est peccatū mor-
tale. Quia seclusa Ecclesie prohibitione habet in se malum graue
mortale. Nam est graue nocumentum prolis, & vtriusq̄ coniugū
cūm possint liberē alia contrahere matrimonia, ergo etiam sine
iure positiuo hoc ē malū. Et quia graue est: erit mortale. Est etiā
graue nimis, & nociuum rei pub. & ad conseruationem quietam
eius: q̄ sic secrete contrahentes facile se dimittant.

C ¶ Ex quo sequitur: q̄ infideles sic contrahētes peccabāt mor-
taliter, quia & si lege positiuā humana non obligabantur, tamen
iure naturali sunt astricti, & si modo conuersi faciant (sicut q̄
plurimi faciunt) grauiſſimum peccatum committūt, & multo gra-
uius: quantō facilius adinuicem recedunt, & efficiētibus proba-
tionibus, & testibus: vno negante: alius manet frustratus legiti-
mo coniuge. Et hoc maxime monendum, et eis consulendum omni-

bus
e ŷ

Concilium
Coustan.
sub Mar-
ti. s. d. quo
S. Anto.
3. p. ti. 21.
ca. 3.
Caiet. in e-
pus. to. 1. q.
2.

Apuleius
Polido. li.
5. de inuē.
re. ca. 5.
2. conclu.

Ratio.

Corolla.

Nota.

bus modis, vt non isto modo clandestino contrabant. Causã tamen urgentem voco: quando posset clandestine matrimonium fieri absq̃ peccato, vt si puella sub malignis tutoribus degen. s. ne radatur viro insipienti: oblata oportunitate contraheret cum viro sibi grato absq̃ testibus. Vel quando post excidium, et ciuitatis destructionem euadunt duo legitime persone, inter eos potest clandestinum celebrari matrimonium absq̃ peccato. Et quando **A** duo publice contraxerunt existente impedimento, et post ablat

Catherin⁹
li. 5. cõtra
Caie.
Caie. 1. 10.
q. 2.
Henricus.
c. fina. co-
dem. ti. c.
Prepo. ibi

clandestine contrabunt ad vitandum scandalum, licet Catherin⁹ lib. 5 cõtra Caie. nõ putet hoc clandestinum. Istis casibus, scilicet vel similibus: tenet verum esse mortale contrahere clãdestinẽ. Et Caie. in opusculis expressẽ hanc tenet sententiam. Et preter hos possunt esse alij casus, qui repentine facti clandestine: vt statim publicentur excusentur. Etiam si quis in gradu prohibito contraxit: post adueta dispensatione licite secrete contrabunt. Dixi istos infideles contrahendo sic clandestine peccare mortaliter, intelligendo dẽ se, nisi propter ignorantia inuincibilem excusentur, quos credo excusari. Quia dato hoc sit de lege nature malum, tamen non est de primis principiis legis nature, sed est de conclusio- **B** nibus que eliciuntur ex principiis, quibus prohibetur quicqd difficilem facit finem, ad quem natura ordinat, vt ẽ pluralitas vxorum, quia non commode est communicatio operum, vbi sunt plures fœminę. Et sic clandestine contrahere est in malum prolis, nõ quod totaliter eam tollat, sed quia non facile, immo difficulter educabitur, cum facile coniuges clandestine contrahentes vertat ad inuicem, et sic non bene educatur proles, que facilitas dimittendi non esset, nisi propter clandestinum. Sicq̃ potest esse de hoc ignorantia, et non existente: est mortale.

3. conclu.

¶ Clandestine contrahere secundo modo. i. corã testibus, sed **G** sine bannis, vbi consueti sunt fieri, et hoc sine causa rationabilis: Ratio cõ. est peccatum mortale. Probatum auctoritate Innocen 3. extra dẽ Innocẽ. 3. clandestini. despon. c. Cum inhibitio, vbi dicitur. Cum inhibitio copule coniugalis sit in vltimis tribus gradibus reuocata: eam in alijs

volu-

volumus districtè seruari. Vnde prædecessoris nostri vestigiis in
 berendo: clandestina coniugia penitus inbibemus, prohibètes etiã
 ne quis sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialè quo
 rundam locorum consuetudinem ad aliã generaliter prorrogan
 do statuimus: vt cum matrimonia fuerint contrabèda: in Ecclē
 sijs per presbyteros publicè pponantur: cõperenti termino præfi
 nito, vt infra eũ: qui voluerit, & valuerit legitimũ impedimentũ
 opponat, & ipsi presbyteri inuestigent: vtrum aliquod impedi
 mentum obsistat. Cum autem apparuerit probabilis coniectura
 contra copulam, contrabendam, contractus interdicatur expref
 sè, donec quid fieri debeat super eo: manifestis constiterit do
 cumentis. Hęc in textu. Et Panor. ibidẽm dicit. Banna seruanda: Panor.
 vbi est consuetudo. Et probatur. Hęc est iuris determinatio, &
 præceptum, ergo obligat, nisi per contrariam consuetudinem sit
 derogatum, & non ad veniale, quia grauior videtur ex prohibi
 tione, & ex re ipsa circa quam est, ergo obligat ad mortale. Dixi
 sine causa rationabili. Quia posset casus dari, vbi non esset nece
 sse bannas præcedere, vt notat Archiepiscopus florētinus, vel quia Antonius,
 est senex, & veretur, vel quia timetur ne aliquis iniuste obijciat p. t. 1 c. 16
 impedimentum, tunc banna possunt dimitti, maxime de licetia e- S. 5
 piscopi, si commodè haberi potest. Sed ait idem. P. e. Ant. q. vbi
 consuetum est illa seruare: est peccatum mortale ommittere. Hoc
 tamen peccatum solum est stando iure positivo propter istud. c.
 Inhibitio. Nam eo secluso: nullum videtur esse peccatum: si in cõ
 fiat coram testibus. Vnde infideles sine talibus contrabentes: nul
 lum peccatum committebant, excepto si sine testibus ipsi soli id
 facerent, quia tunc peccarent secluso positivo, cum hoc in dam
 num prolis naturaliter redundabat. Et hoc patet ex Panor. sup Panor.
 c. Nam concupiscentiam, extra de constituto. vbi dicit, q. lex obligat
 sub mortali, quãdo loquitur per verba præceptiuas, aut equi
 polentia, vt est: Inbibemus, Et sic est in presenti. Licet hęc non sit Castro, lib.
 potissima ratio obligans, quia per verbũ præceptiuũ, vt bene Ca 1. ca. 5,
 stro in suo de pœna legali.

Nota. ¶ Considerandum tamen est: matrimonium contractum corā testibus sufficientibus etiam si sine solemnitate, quę in iure p̄sc̄ita est fiat: clandestinum non dici proprie, ut notat Abbas illic, in c. Cum inibitio, & idem Ioan. Lupus. Sego. in tracta. de matrimonio Sic Silvester in verbo *matr.* 2. in fine, & Palacios Rubi. i. c. Per vestras, notab. 3. §. 21. & Palu. in 4. d. 28. c. 2. ar. 3. concl. 3. ¶ Auis Bar. in l. si. ff. de ritu nup. contrarium dicat. De quo Couarru. in epitome 4. decre. 2. p. c. 6. nu. 10.

Dubium. ¶ Dubitatur tamē, Vtrum vsus ipsius clandestini matrimonij sit peccatum mortale, secluso ab illo quod cōmissum est in clandestino contractu. Vtrum tales sint in statu damnationis, vsq̄ dum publice manifestent se, & promittant se. ¶ Respondet do. Caię. in suis opusculis in Q. de vsu clādestini matrimonij: q̄ si cut & ipsum contrahere est peccatum mortale, sic & vsus eius ¶ Ad cuius probationē considerandum est: q̄ in matrimonij conjunctione dupliciter malum reperiri p̄t. Vno n. o. quia malum de se, sicut coniugium patris cum filia, vel filij cum matre, quia hoc cōtra legem naturalē est. Secundo n. cdo malum: quia prohibi tum, ut est inter consanguineos, & affines Et vti c̄q̄ n. cdo vsus B clandestini coniugij est malum secundum fili anexa. Nam licet secundum se clandestinum coniugium habeat omnia necessaria ad matrimonium: tamen ex hominis proprietate naturali qua est animal sociale, atq̄ politicum: prouenit turpitudō in clandestino coniugio, & in actu eius. Ex hoc nanq̄ quod animal sit sociale, et politicū. habet q̄ eius coniugium, & actus fiāt sine offensa, & periculo societatis politice, sed vsus clandestini coniugij habet anexū offēdiculū vitę socialis, dū vident personas commiseri, quę non habentur vt coniuges. Atq̄ etiam sine scandalo non apparet mulier grauida. Item. Habet periculum offendendi ipsā vitam sociale. Possēt enim alter coniugum alium ducere: dum ignoratur ligatus altero coniugio. Et quia ista graua nimis sunt, habet vsus talis clandestini coniugij malitiam mortalem anxam, ratione scandali, & ratione Ecclesię prohibitionis. 300.

Sup ar. 1.
Aris. 1.
pol. ca. 3.
Et. 3. Pol.
5. 4.

q̄ 5. que tales coniunctiones fornicationes vocat, & dānabilem
 dicit vsū ipsius, quod non esset: nisi vsus mortalis esset. Sic q̄ du
 plici ex capite dicendum est vsū clandestini coniugij esse mor
 tale, & sic seclusa prohibitione ecclesie esset malum mortaliter.
 Hoc tamen oportet intelligas de clandestino primo modo, quan
 do id sine testibus fit, & nullo modo probari potest, quia in eo ve
 Arē sunt anexa multa mala. Et quia qui periculum amat: peribit *Eccle. 3.*
 in illo: consequens est vt illos in statu damnationis secundum se
 esse putemus, nisi se prodant, & vt tales coniuges haberi se mani
 festent. Et Caie. ibidem addit, quod non solum vsus, qui frequen
 tiam actuum importat, sed etiam actus vnus est mortale, etiam *Caie.*
 cum sterili, seu vetula, que non potest concipere, quantumcūq̄
 occultus: est mortale peccatum, sicut & ipse contractus clandes
 tinus, propter damnationem Ecclesie damnantis omnem con
 tractum, & concubitum clandestinum in sua specie. Ac per hoc
 omnem concubitum, & contractum clandestinum, & consequen
 ter nisi rationabilis causa subsit contrahendi clandestinē, aut
 clandestinē consumandi: damnationem incurrit. Et ibidem cate. *Consilium*
 B monet confesores dicens. Quo circa caueant confesores vidu- *Caie.*
 arum nobilium: ne consulant fornicarie: vt contrahant clandeſti
 num matrimonium, quasi licite deinceps satisfacturę voluptati
 suę cum clandestino coniuge, tūm quia non sunt facienda mala *Paulus ad*
 vt veniant bona, & multo minus vt euitentur peiora, tūm quia *Roma. 3.*
 per hoc non euaditur peccatum mortale in vsu dicti coniugij,
 tūm quia adiungitur periculum homicidij vtriusq̄, aut alterius
 coniugis: vt pluries vidimus nostra etate. Consanguinei enim mul
 to magis vindicant talia coniugia: q̄ si fornicatio sola fuisset.
 Hęc ibi caie.

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Vtrum etiam apud infideles hoc teneat verum, q̄ vsus
 clandestini matrimonij sit peccatum mortale.

Pro

e iij

Nota.



Ratio quo est distinguendum, quia vel loquimur de clandestino primo modo sine testibus, vel de. 2. sine bannis Item. 2. vel loquimur de infidelibus tempore sue infidelitatis, vel de ipsis postquam ad fidem sunt conuersi. 3. Vel loquimur de ipsis ratione precepti Ecclesie, vel solum secundum naturam rei: stando in iure nature. De quo sint conclusiones.

In fideles clandestine contrahendo sine testibus: licet peccant
1. conclu. sic contrahendo: nisi ignorantia inuincibilis excusentur, non tamen mortaliter peccant in usu talis matrimonij. Prima pars superius probata est. Secunda sic probatur. Si tales infideles in usu talis matrimonij peccarent: esset propter anexam malitiam, ratio. 2. partis. scilicet quia est scandalum, & quia est in preiudicium magnum communitatis, cum de facili possent transire ad alia matrimonia: relicto vero coniuge, sed propter nullum istorum est peccatum usus ipsius in ipsis, ergo non est mortale. Probatur. 1. Quia scandalum cessat. Nam non amplius isti quos infideles nouimus commoentur, aut scandalizantur ex huiusmodi clandestino matrimonio: nisi esset publicum, & coram multitudine, quia nullam patiuntur offensionem, nec an sit malum intelligunt. Item. Nec alia ratione, qua scilicet possent se dimittere, quia secluso quod esset clandestinum, & esset publicum, habebant in consuetudine repudiare ad libitum proprias uxores, & alias ducere, licet ipsa repudiatio fieret per sententiam iudicis, ut post dicemus in secunda parte. Nec erat in hoc aliqua querella, nec reclamatio apud derelictum. Ex hoc ergo usus talis matrimonij clandestini non debet damnari mortaliter. Vel etiam usus matrimonij publice contracti deberet damnari, quod non est dicendum, siquidem ex utraque parte apparet equalis ratio quantum ad facilitatem dimittendi, licet posset dici differentiam esse, quia si quisquam publice duxit repudiatam: poterat probari esse legitimum uxorem, non tamen sic de clandestine coniuncta, hoc non conuincit, quia nunquam cogebantur retinere primam, quia non sic insolubilitatem matrimonij,

trimonii intelligebant, immo credebant eis licitum: quando voluissent propriam relinquere, & aliam ducere, sicut modo experientia constat de aliquibus: immo vt in plurimum cognoui: q̄ si vnā habeant solum: licet fuerit 2. prima viuente, & repudiata: non existimabant peccatum aliquod esse. Si ergo iam christiani effecti hoc vix intelligunt, quanto magis in sua infidelitate id credendum est ignorasse? De quo in. 2. p. inferius.

A dum est ignoraſſe? De quo in. 2. p. inferius.

¶ Infideles, qui clandestinē sine testibus contraxerunt in infidelitate: post ad fidem Christi conuersi: in vsu talis clandestini matrimonij non peccant mortaliter, nisi eis sit preceptū, q̄ tales veniant ad contrahendum publicē. Probatur primo. In infidelitate manentes in vsu non peccauerunt, licet peccauerint contrahendo, & in tali matrimonio post fidem susceptam remanserunt, ergo si peccant in vsu: erit propter Ecclesia preceptum, vel propter scandalum, vel propter periculum diuertendi ad alia conuicia. Non propter primum. Quia ignorantia inuincibili talis precepti excusantur. Nec propter scandalum. Quia inter eos nullum est. Nec propter aliud periculum. Quia tunc a principio fuit peccatum propter hoc, & non continuo peccant.

1. ratio.

B ¶ Si tales conuersi in vsu talis clandestini matrimonij peccauerint mortaliter: sequeretur q̄ tales ob hoc solum essent in statu damnationis, sed non videtur dicendum q̄ tot damnentur propter hoc solum, cum maior pars ipsorum sic clandestine coniuncta fuerit.

¶ Si ipsi continuo in tali vsu peccarent: sequeretur q̄ aliqui faciunt quod in se est damnare, sed hoc est falsum, ergo. Probatur Denique q̄ tales sic conuersi legitime sint coniuncti, & nullum aliud peccatū committant, seruent legē Dei, & cetera alia Ecclesie precepta, sic tales faciunt qd̄ in se ē, nec aliū tenent, ergo vel dāna q̄ facit qd̄ in se ē, vel si nō dāna: nō peccat in vsu talis matrimonij.

¶ Item. Isti ignorant inuincibiliter q̄ sit preceptum de publico contrahendo, & non possunt aliter vincere: nisi per religioſos qui eos docent, sed non monentur in hoc: q̄ in infidelitate contraxerunt: veniant, vt modo publice contrahant, ergo inuincibiliter ignorant.

3.

4.

- gignunt. Et sic excusantur.
3. *conclu.* ¶ Neophiti clandestinè contrabentes sine testibus: quibus Ec-
clesiæ præceptum sufficienter promulgatum est, & peccat mor-
taliter contrabendo, & in vsu matrimonij nõ excusantur a mor-
tali de se. Ista cõclusio probatur Quia lex Ecclesiæ iusta & san-
cta omnes obligat, & transgressores non ignorantes: culpa re-
os facit, iuxta illud. Qui vos spernit, me spernit. Sequitur er-
go q̄ si tales habuerunt notiam præcepti Ecclesiæ: (cum res sit
tam grauis) esse mortale contrabere. Et etiã seclusa Ecclesiæ p̄-
hibitione propter mala anexa. Secunda pars. q̄ in vsu sit pecca-
tum mortale secundum se: probatur, ex iã dictis. In omnibus chri-
stianis est mortale, ergo in istis, qui tanq̄ christiani habentur,
2. ¶ Item probatur ex decreto illo Euaristi pape. 30. q. 5. c. A
liter. Vbi dicitur, q̄ clandestina coniugia sunt habenda tanq̄ for-
nicationes, vel adulteria, nisi voluntas propria suffragauerit.
Hugo, l. 2. Quod intelligit Hugo de S. Victore, vt supra dictum est, nisi il-
li qui secreto contraxerunt: publice consentiant.
de sa p. 11.
ca. 5.
3. ¶ 3. Probatur. Ille qui est in periculo cõtinuo peccati: peccat
iuxta periculum in quo est. sed q̄libet ipsorũ est in piculo peccãdi
mortaliter, ergo peccat. Quia q̄libet est in piculo liberè dimittẽ
di alium, & aliud adire cõiugium. Et hoc est grauissimũ. Quod
tale sit periculum patet. Quia cum non sint testes, quibus reus con-
unci potest: manebit alter, cum damno sibi illato. Item. Ibi est ma-
ius & clarius peccatum: vbi periculum est certius, sed inter istos
est certius q̄ vnus alium relinquet, quia sic soliti erãt, ergo apud
eos sic clandestine contrabere erit grauissimum, & semper in ta-
li periculo manere erit mortale. Et sic quandoquidem alij chri-
stiani damnantur quantum ad vsum talis clandestini matrimonij:
meritõ & isti damnandi sunt Dixi tamẽ de se, quia ex aliqua cir-
cũstantia posset esse licitum, vt puta, quia non sunt vbi sic publi-
ce contrabere possint, eo q̄ in solitudine. Vel quia non habent suf-
ficientem notitiam præcepti Ecclesiæ, vel non commode possũt co-
ram testibus conuenire. Istis seclusis videtur propter grauitatẽ
rei

rei esse mortale, quia ex conditione sua facile diuertebant. Et ob id magis tenentur ad seruandum remedium appositum ab Ecclesia. s. contrabere testibus presentibus. Verum est differentia in istum neophitum, qui post fidem susceptam contraxit clandestine sine testibus, & inter alium qui in infidelitate contraxit, & post conuersus est, si quidem talis a principio legem christianorum ignorauit, nec obligabatur, post conuersus ad huc inuincibiliter ignorat in peccato manere, eo quod clandestine contraxit, sed si audiatur non licere: intelligit modo de nouo, non tamen audit quod quod in infidelitate contraxerunt: necesse est de nouo contrahant, sed si delis audiuit legem antequam duceret uxorem, & si non audiuit: ignorans: nunquam peccauit, sed postquam sciuit, tenetur publice coram testibus. Et sic ex hac parte potest stare quomodo usus clandestini matrimonii in illo qui post fidem susceptam contraxit sit peccatum, & non in illo qui in infidelitate contraxit, & post baptismum manet eodem modo, dato quantum ad contractum ipsum vterque mortaliter peccauerit. Et re vera licet hoc valde sit difficile asserere, quod huiusmodi sint semper in peccato, tamen quia christiani sunt

B (si ignorantia eos non excuset inuincibilis, quam quidem esse credo apud multos) non video propter manifestas patrum determinationes: quo alio modo possint excusari. Et fateor vere mentum re quodam tentum: quando hec scribebam, & bis, vel ter huc ac illuc animus inclinabatur, nunc pro istis neophitis, quia eos noui fragiles excusando, nunc contra eos, quia certo scio multos dissolui. vno negante matrimonium precesisse, quia non fuerunt testes. Et ob id non potui (conscientia teste) ad excusandum eos reperire rationem conuincentem, sed potius contra eos inueni persuadentem. Tamen quia forte alius erit, qui melius in istis dubiis iudicabit: placet pontificum, & doctorum decreta in medium aducere

¶ Euaristus Papa in suo decreto. c. 2. Et aducitur. 30. q. 5. c. A Euaristus.
 ¶ Item Hormisida Papa. Hormisida
 c. 6. ibidem allegatur, q. ait. Nullus fidelis cuiuscunque conditionis sit occulte nuptias faciat.

Cōci. Are
latense.
Nicholaus
30. q. 5.
Leo.

¶ In concilio Arelatenſi. c. 6. Sine publicis nuptijs quiſq̄ nūbe
re, vel vxorē ducere non preſumat. c. Nullū. ¶ Nicholaus Papa
ibidem. c. Noſtrates, cuius verba (quia proluxa) non recitant̄.

¶ Leo Papa ibidem. c. Qualis debeat vxor eſſe, que habenda
eſt ſecundum legem. Et. c. Si quis: dicitur. Coniugia que clām con
trahunt nō negantur eſſe coniugia, neq̄ iubētur diſſolui, ſi vtriuſq̄
q̄ cōfeſſione pbari potuerunt, veruntamen p̄hibētur, quia muta
ta voluntate alterius eorū: alteri⁹ cōfeſſiōe fides iudici fieri nō po
teſt. Vnde publice cū alterius vota ī alterā partē ſe tranſtulerint
pro priori coniugio (quod iudici incertum eſt) ſententia ferri
non poterit. Incerta enim (vt Sixtus Papa ſcribit episcopis per
Hiſpaniam conſtitutis) nemo pontificum iudicare preſumat. Et
quāuis vera ſint, non tñ credenda, niſi que certis iudicijs con
probantur, niſi que manifeſto iudicio conuincuntur, niſi que iudi
ciario ordine publicantur. Alia non aduco, in quibus ſolemnitates
fieri ſolitæ in nuptijs depinguntur, ne lectorem offendamus. Si
tamen vacauerit: in loco allegato. 30 q. 5. per totam, poterunt vi
deri omnia de clandestina deſpenſatione. Et in decretalibus, co
dem titulo, per totum: certe taliter ſunt prohibita, vt ex ipſo colli
gereliceat quā graue ſit peccatum huiusmodi.

Sixtus.

Extra de
clandeſt.
deſpenſa.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

De benedictionibus nuptiarum.

De bēdic
tiōibus nu
ptiarum.



Ed quia de clandestino coniugio ſermo incidit: non
erit ab re tractare de benedictionibus nuptiarum
vnde ortum habuerunt. Et vtrum illas cmittere ſit
peccatum. Et vtrum omnes neceſſitati teneantur ad
eas, quandoquidem iam chriſtiani ſunt effecti.

B. P. Au
g⁹.

¶ B. Pater Auguſtinus in queſtionibus no. et. ve. legis. c. 127.
ait Benedictiones que ſunt in nuptijs in pariſo ſumpſerunt ini
tium, et deinceps in lege ſeruate, et ſic tranſſuſe ad Eccleſiā.

¶ Et idem. 14. De ciuitate Dei. c. 22. Nos autem nullo modo
dubita

dubitamus secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari, & implere terram: donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit: creando masculum & foeminam. Cui operi Dei benedictio subiuncta est.

A **B.** Ambrosius li. 7. epistolarum ad vigiliam. Ipsum coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oportet. Isidorus lib. 2. De origine officiorum. Nam q̄ ipsa coniugia a sacerdote benedicuntur: hoc a Deo in ipsa prima conditione factum est. Sic enim scriptum est. Fecit Deus hominem ad imaginem Dei, & fecit eum masculum & foeminam, & benedixit eis dicens &c. Hac enim similitudine fit in Ecclesia, quod ante factum est in paradiso. Hec ille. His suppositis fit prima conclusio.

B **Benedictiones nuptiales in Ecclesia suscipere omnibus fidelibus qui matrimonialiter coniunguntur: preceptum est. Probatur auctoriori. Ciriaci Papae in suo decreto c. 4. dicens. Benedictio illa quam nupturis sacerdos imponit apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est: si vlla transgressione violetur, ergo, est preceptum. Alioqui transgredi non esset sacrilegium. Item. Euaristus Papa. 30. q. 5. c. Aliter ait. Vxor petatur &c. Et suo tempore sacerdotaliter (vri mos est) cum precibus, et oblationibus a sacerdote benedicatur. Item. Ibidem Hormisda Papa. ca. Nullus fidelis (cuiuscunq̄ conditionis sit) occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote: publice nubat in domino. Ecce q̄ clarum preceptum de benedictione.**

Nicholaus Papa c. Nostrates: ibidem ait. Ambo ad nuptialia federa perducuntur. Sic demum benedictionem, & velamen celeste suscipiunt.

C **Item ex concilio Carthaginensi. 4. Et habetur ibide. c. Sponsus, & sponsa: cum benedicendi sunt a sacerdote: a parentibus, vel paraminphis offerantur in Ecclesia sacerdoti, qui cum in acceptis benedictionem: eadem nocte pro reuerentia benedictionis in virginitate permaneant.**

Et ratione probatur. Aliquid fidelibus esse ab Ecclesia preceptum:

Gene. 1.

Ambro.

Isidorus.

Gene. 1.

1. conclu.

1. argu.

Ciriacus.

Euaristus

Hormisda

Nicholaus

Conci Car

taginē. 4.

Nota.

Ratio ad

cōclusionē

ceptum: non potest nobis aliter constare: quod per sacros canones, sed ibidem (vt constat) reperitur expressè omnibus christianis preceptum, ergo verè suscipere benedictiones est preceptum. Et probatur maxime ex vsu Ecclesie catholice, quæ quidem: si de consilio esset solium: non compelleret fideles ad publicè contrahendū.

2. ¶ 2. Probatur. Si non esset preceptum coniugibus benedictiones suscipere: quorsum esset opus obsecro tanto rigore in iure vti contra illum qui secundas nuptias scienter benedicit? Nam suspenditur ab officio, & beneficio. extra. De. 2. nuptijs. c. Capellanum, &c. Vbi dicitur: quod si alter coniugum est benedictus: non sunt benedicende de nouo nuptie. Quod Panor intelligit ibi dem: hoc esse, quia benedictio fuit communis viro, & uxori: non debet iterari. Quia tunc iteraretur super personam iam benedictam. Licet modo ista derogata sint per constitutionem Ioan. 22. De quo infra. Sequitur ergo cum in iure tanta sit sollicitudo circa nuptialem benedictionem: quod illa est in precepto. Et sic omnes christianos obligat, qui copulari debent.

Panor.

Ioan. 22.

2. conclu.
Vide vual
in suo de
sacra. ca.
133.

Ciriacus.

Concilium
Constan.

¶ Has Ecclesie benedictiones cõtemnere nõ licet, cum sit mortale, ex negligentia tamẽ non suscipere eas videtur veniale. Prima pars probatur ex illa determinatione Ciriaci Pape superius aducta, qui dicit: instar esse sacrilegij aliquid transferedi. Sed alia maiori: clariori, & indubia determinatione probatur concilij constantiensis, contra Vuiclef hereticum. Cuius verba sunt hæc. Quicumq; christianus qui solennizationem matrimonij contemnit: peccat mortaliter. Non ergo opus est alia probatione, quod Ecclesie vniversalis determinatione. Sed tamen quod secluso contemptu non sit mortale, sed veniale: patet. Nam iste benedictiones non sunt sacramentum, sed sacramentalia quedam, sequitur ergo quod seruatis essentialibus si alia secluso contemptu omittantur: non erit mortale. Item probatur ex expressa determinatione. 30. q. 5 ca. Nostrates. Vbi per ordinem expositis solemnitatibus, & sacramentalibus ad matrimonium concurrentibus: subinfertur. Peccatum autem esse si hec omnia in nuptiali federe non iter ueniãt

ueniāt: non dicimus. Vbi glo. dicit, q̄ si dos non interueniat: nullū Glossa.
est peccatum, vel si aliqua alia leuia, vel modica: non nocent, et-
si aliquid non leue sicut est benedictio omittatur: si nocet: nō mor-
taliter nocebit, sed solum venialiter. Alioqui malē determinatū
eſet: q̄ si singula non interueniant: non sit peccatum.

A Item. Quicumq̄ operatur aliquid contra p̄ceptum pec- 2.
cat, sed qui ducit vxorem sine benedictione facit contra p̄cep-
tum prohibituum, vt patet ex allegatis, ergo peccat, & non mor-
taliter secluso contemptu, ergo venialiter. Et ad hoc probandum
sufficeret vsus Ecclesie catholice per totum orbem disperse,
qui sic habet, vt tales publice benedictiones nullo modo omittant̄,
ergo sequitur quod sit peccatum omittere.

In fideles q̄ in infidelitate contraxerunt, si pōst ad christi 3. conclu.
fidem conuertant: non obligantur ad benedictiones suscipiendas,
nec sub mortali, nec sub veniali. Si tamen recipiant: bene fit. Pro-
batur hoc ex capitulis allegatis. Iste benedictiones videntur in 1. ratio.
troduce tanq̄ quedam ceremonialia, et sacramentalia conomi-
tantia sacramentum matrimonij, sequitur ergo q̄ pōstq̄ matri-
monium est celebratum: non obligantur ad huiusmodi benedictio-
nes, vel si obligantur ad hoc, simul et obligantur ad contrahendū
de nouo, sed non obligantur ad contrahendum de nouo, ergo nec
ad suscipiendam benedictionem.

Iste huiusmodi benedictiones (vt ex diētis Ecclesie patet) 2.
etiam sunt p̄cepta tanq̄ quedam dispositiones ante copulę con-
sumationem, sequitur ergo q̄ pōstq̄ iam matrimonium est consu-
matum: non tenentur. Quandoquidem tunc non obligabantur.

Si tenerentur: erat quia matrimonium talibus solemnitati 3.
bus debebant celebrare, sed quando celebrauerunt ad tales non
tenebantur, ergo nec modo tenentur. Et quidem si ad illas u. cdo
tenerentur, quia non seruatae sūt in sua infidelitate, simili er et te-
nerentur ad omnia alia requisita in matrimonio f. deliū, sed hoc
nullus dicit, ergo sequitur quod non tenentur.

Si ad benedictiones tales conuersi tenerentur, sequeretur si 4.
militar

militer q. etiam ad contrahendum in facie Ecclesie, sed hoc non, ut constat ex. c. Gaudemus extra de diuortijs. Et. c. de infidelibus de consang. & affini, vbi summus Pontifex approbat verum matrimonium inter infideles fuisse. Et si verum est, non est necesse de nouo contrahere. Alioquin non esset verum matrimonium si necessarium esset de nouo contrahere. Hanc sententiam meminimus legisse in quodam doctore, licet non probet, dicens quidam infideles si in infidelitate contraxerunt, et post conuertantur, non benedicuntur in Ecclesia. Credo istum doctorem intelligere: non benedici ex obligatione precepti. Alioquin male loqueretur, cum apud istos sepius contrarium contingat. Et Archiepiscopus florentinus dicit: q. post conuersionem infidelium ad fidem ratificatur matrimonium. Non vult dicere q. de nouo contrahant, vel benedicantur necessario, sed q. post conuersionem ad fidem sit indissolubile, ut nulli modo possit amplius dissolui, quod tamen ante poterat: si aliter eorum conuerteretur ad fidem, alio nolente cohabitare cum infideli, vel non sine contumelia creatoris, vel sine eo quod fidelem perturbat ad peccatum. In quibus casibus matrimonium dissoluitur infidelium, extra de diuortijs. c. Quanto. Et sic. 2. pars conclusiois remanet probata ex dictis. Quod si tales conuersi huiusmodi benedictiones recipiant, sancte recipiunt, et earum sunt capaces, licet non obligentur ad id.

A. conclu. Isti neophiti qui post conuersionem matrimonium contraxerunt, sunt benedicendi, si facultas adsit. Probatur ex dictis superioribus. Quia cum ipsi christiani sint: tenentur legem seruare christianorum, nisi cum eis fuerit dispensatum, sed in hoc non videtur cum eis esse dispensatum, ergo sunt benedicendi si adsit facultas, secluso aliquo alio impedimento. Hoc dixerim propterea, quia mihi videtur hucusque sancte factum, ut non de facili sic admitteretur, ne fide venient ad matrimonium, cum non sua, et tunc contra. Et in facie Ecclesie cum illis solemnitatibus esset dissolendum.

¶ Arti

Apud infideles est verum matrimonium. De quo latius in. 2. par.

Antoni. 3. P. ii. l. c. 7

Quod dissoluitur matrimonium infidelium S. Antoni. ubi supra.

Ratio conclusionis.

PARTICVLVS. 13.

Vtrum secunde nuptie sint benedicende.



Ed quia de benedictione nuptiali loquuti sumus: non erit ab re a pendicem apponere. Vtrū sint secunde nuptie benedicende. Hoc dixerim propter ius antiquum extra de 2. nuptijs, vbi prohibetur. c. Capellanus. Et. c. Vir. ¶ Incōtrariū tamē

Argumē.

Incontra

tionem, seu reuocationem. lo. 22. qui concessit: q. si alter illorum nō Ioan, 22.

dum recepit benedictiones: possint ambo recipere. Et sic dicendū est ad hoc, q. illa extrauagans, que Ioan 22 dicitur esse non reperitur in corpore iuris. Credibile tamen est sic fuisse. Alii qui cōtra expressam decretalem non preualuisset sic consuetudo Et. S.

Tho. qui fuit temporibus Ioan. 22. dicit, loquēs de 2. nuptijs: quēd si vir ducat uxorem virginem: licet vir semel fuerit benedictus: poterit de nouo benedici, quia in eo reseruatursignificatio ista, que est vnio Christi ad animas, que sunt multe. Si tamen 2. uxor

S. Tho. in.

4. d. 28. ar.

11. 3. 4.

benedicta nubat viro, qui non fuit benedictus non recipit benedictiones. Quia hic nulla manet representatio, eō q. duos viros duxit, cum solū Christus sit vnus. Sed ad hoc est mihi dubium, q. a vel S. Tho. tunc vidit reuocationem factam a Ioanne. 22. iuris antiqui, vel nō Si non vidit, quomodo potuit dicere contra textū, vbi expressē prohibetur: q. si alter receperit: nullo modo de nouo benedicantur. Si tamen vidit. ergo si alter nō recepit. siue sit vir vel fœmina, qui antē recipit: denuō poterunt recipere. Vere videt q. non viderit. Et tamen q. non sit contra textum declarat.

Siluester dicens textum intelligi: q. non sint benedicendi cōiuges quādo vterq. benedictus est. Sed hoc non placet Panor. nec mihi.

Siluest. in

ver. nup.

Panor.

2. solutio.

¶ Sed melius potest dici: q. tunc erat consuetudo tempore. S. Tho. vt sic illa decretalis seruaretur, vt. s. quando vterq. esset benedictus: non benediceretur, vel quando vir solum erat benedictus & ducebat. 2. non benedictam. Et sic mihi relatum est fieri in dio

Nota.

cesi
f

esse Plazentina. Sed in Hispalensi, & in his partibus imitates eam sequuntur dispensationem Pape, ut quando alter solum est benedictus, siue vir, siue femina: uterque de nouo benedicatur. Et quod ante dictum erat quod scienter benedictis casus Pape reseruatus erat: iam Episcopo est commissum: ut dispensare valeat.

ARTICVLVS. 14.

De tempore feriarum, quibus interdictę sunt nuptię.



Ioan And.
dre.

Ira istud impedimentum de tempore feriarum: quibus interdictę sunt nuptię. Primo ab Aduentu vsque ad Epiphaniam: propter comunione, que fieri solebat in Natiuitate. Et sic post primum diem Epiphanię (sicut notat Ioa. And.) possunt celebrari nuptię. Similiter sunt interdictę a septuagesima vsque ad octauam Pasche, quia tunc etiam comunicare solebant fideles. De istis duobus temporibus habetur. 33. q. 4. c. Non oportet, Et tribus capitulis sequentibus. Et item est interdictum nuptias celebrare a tribus diebus ante Ascensionem, vsque ad octauam Penthecostes Extra de ferijs. c. Capellanus. Et in dominica que est. 8. Penthecostes, in qua festum sanctissime Trinitatis celebratur: possunt etiam nuptię celebrari. Ita asserit Archi. & Petrus de palude, & Ray. & est textus clarus in c. Capellanus. Tamen in 8. Pasche non possent celebrari, quia textus dicit: post. 8. pasche. Et in. c. Capellanus dicitur, post. 7. dies festi Penthecostes.

Archi. 3.
p. ti. 1. c. 17
Palude.
Ray.

Dubium.

¶ Vtrum in istis temporibus aiure assignatis sit peccatum contrahere matrimonium.

Nota.

¶ Pro solutione oportet distinguere. Quia vel loquimur de sponsalibus de futuro, vel de matrimonio per verba de presenti coram testibus, sed sine solennitate. Vel loquimur de matrimonio de presenti, sed cum solemnitate consueta fieri alijs temporibus. His suppositis sit. 1. conclusio.

1. conclusio.

¶ In istis temporibus feriarum: sponsalia contrahere per verba.

ba de futuro est licitum. Probatur, Si hoc non liceret: esset propter prohibitionem Ecclesie factam in illis temporibus, sed propter hoc non, patet. Quia ibi in. c. Non oportet: dicitur. Non oportet in quadragessima nuptias celebrare. Item. In sequentibus loquitur concilium Ilerdense, ut nuptie non celebrentur, sed sponsalia, que sunt futurarum nuptiarum pmissioes: non sunt nuptie,

Ratio 1.
Vi u. m-
sintu, tbea,
c. 16. §. 7
vcr. S.
Concilium
Ilerdense.

A ergo non est prohibitum illis temporibus.

¶ Vbi cessat ratio legis: debet et ipsius obligatio cessare (ut late probauimus in relectione de decimis) sed lex illa data est ut illis temporibus inordinate et dissolute, comessationes et dissolutiones euitentur, ergo cessantibus ipsis in sponsalibus: cessabit et legis obligatio. Et sic nullum erit peccatum.

2.
Relectio.
de decim.

¶ Ex lege aliqua scripta, nec naturali: nulli est tempus prefixum quo non possit promittere alteri quod suum est, sequitur ergo quod homo habens sui corporis potestatem: poterit si voluerit alteri promittere. Et tandem hec est communis opinio.

3.
1. Cor. 7.
Comunis
opinio.
2. conclu.

¶ Matrimonium contrahere per verba de presenti coram testibus sine tamen solemnitate aliqua non est peccatum, secluso contemptu. Extra de ferijs, c. Capellamus. Ibidem Panor. dicit posse contrahi omni tempore sine solemnitate Nam extra de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesie reprehenditur, et prohibetur huiusmodi solemnibus contractus, ergo ubi cessaret talis solemnitas: non esset peccatum. Et 33 c. 4. in omnibus illis capitulis nuptie solennes prohibentur, et non contractus ipse matrimonialis absque solemnitate, ergo cum fauores sint ampliandi, et odia restringenda (secundum iura) non erit prohibitum de presenti contrahere absque solemnitate. Hoc idem affirmat Ray.

Panor.
Ratio

¶ Et Archiepiscopus florentinus videtur idem asserere, licet dicat standum consuetudini. Et S. Tho id videtur dicere, quando affirmat causam prohibitionis in isto tempore nuptias celebrare esse quia quando noue sponse traducuntur: animus coniugum magis ex ipsa nouitate ad curam carnalium occupatur. Ideoque in nuptijs consueuerunt multa signa ostendi letitiae dissolute. Propter quod

Ray.
Floren. 3.
p. ii. c. 17
S. Tho. in
4. d. 32.

quod in temporibus illis in quibus precipue debent homines se ad spiritualia eleuare: prohibitum est nuptias celebrare, que sunt tempora predicta. Hęc S. tho. Certum est, S. tho. affirmare: prohibitum esse nuptias: vbi talia concurrunt dissoluta signa letitie, sed in simplici contractu matrimonij non ista concurrunt, ergo non intelliguntur ista prohibita. Et sic non est peccatum. Hoc affirmat Ca. e. Idem Siluester.

Caieta. in
ver. Nup.
Silues. in
ver. m. tri.
7. S. 2.

3. conclu.

Ratio con.

Caieta. in
ver. nup.

Guil.
Roy.

¶ Temporibus feriarum solemniter contrabere: videtur esse peccatum; non tamen mortale apud istos nouiter conuersos, de se, si desit contemptus. Probatur. Hoc non est de se peccatum, sed solum quia prohibitum, ergo in tantum erit malum: in quantum prohibitio tenet, sed causa prohibitionis non tenet, ergo nec ipsa grauius obligat. Probatur. Quia prohibitio facta est: vt omnes doctores fatentur propter hoc: quod illis temporibus consueta erat communitio, sed iam talis consuetudo cessauit, ergo et prohibitio non tantam vim habet. Et si non tantam vim habet, et non videtur aliquid graue fieri contra Dei honorem, vel Ecclesie preceptum, cum desit contemptus, simul et scandalum, ergo non videtur esse mortale secundum se, stando solum in precepto Ecclesie. Sed tamen (vt dicit Caietanus,) reputatur mortale peccatum, B. violare hoc Ecclesie statutum, et merito, si scienter fiat. Quia cum deliberate, ac publice hęc fiant, et cum scandalo: non videtur posse (nisi contemptu interueniente) transgressio huiusmodi scienter esse. Sequitur ergo q. vbi non esset scandalum, vbi non esset contemptus: non esset peccatum mortale. Et quia difficile est illas sollemnitates esse absq. scandalo: a serr. Guilel. et Ray, esse mortale. Tamen si ista cessassent, sicut circa istos neophitos omnino cessant: non video quare stando solum in iure positiuo, seculo alio sit mortale. Immo fortassis aliquando posset a ministro meritorie fieri. Vt si in defectu ministrorum contingeret tali tempore prohib. to esse apud aliquos, quibus nimium expediret publice nubere, et non esset spes q. posset alio tempore non interdito, credere non id fore mortale. Immo nec peccatum, sed potius meritum.

cū m.

cum apud istos omnis dissolutio in talibus nuptijs (consueti apud nos rates) cesset.

Tempore interdicto ab Ecclesia: sponsam traducere in do-
num; etiam sine solemnitate conuiuij: licet sit peccatum: nõ tamẽ
apparet de se mortale. Primum patet. 33. q. 4. c. Nec uxorem.
Vbi simpliciter dicitur, ne quis uxorem ducat, sed hoc est tradu-
cere, ergo est peccatum. Et sic tenet. S. Tho. dicens; q. etiam cessã
te. conuiuij: ex ipsa nouitate traductionis animus circa carnalia
occupatur. Idem tenet Panor in loco supra citato. Idem Summa
Rose. Sed q. non sit mortale de se: patet ex superius aductis. Quia impeditur.
cum solum sit malum quia prohibitum: vbi desineret esse scanda-
lum, vel contemptus: non videtur tanta irreuerentia temporis ef-
se: vt possit talis circumstantia mortaliter agrauare. Præcipuẽ
istos naturales non condemnarem de mortali, si istis temporibus
traducerẽt sponsas, et consumarent, dato scirent esse prohibitũ.

Istis temporibus ab Ecclesia prohibitis: sicut non est morta-
le traducere sponsam, sic nec matrimonium consummare. Prima
pars iam probata est. **¶** 2. patet ex hoc q. circumstantia tẽporis:
vbi scandalum, et contemptus desit: non videtur in hac materia
agravare infinitum, quicquid dicat Abulẽ. Math. 5. q. 23 5. Item
Abulen. Quia si esset mortale consummare, esset, quia hoc esset sic expresse
prohibitum, sed non est hoc expresse, sed solum non ducere uxo-
rem, nec cum illis solemnitatibus traducere sponsam. Si ergo tra-
ducere, nec ducere de se nõ est mortale, ergo nec cõsumare, quod
fieri potest absq. aliquo scandalo: secretẽ.

Si consummare istis temporibus esset mortale, similiter quicũ
q. accedẽs ad suã isto tẽpore peccaret mortaliter, quod. S. Tho. ne-
gat. Item. Ad hominẽ, contra contrarium opinantes S. Angelicã,
qui dicit licere isto tempore consummare, si non sunt virgines, sed
ante contraxerunt. Et idem tenet palude. Archie. et Panor. Si hĩ
cetero ergo consummare illis qui ante fuerunt coniugati: quare non li-
cebit et illis qui nunq. fuerunt cõiuncti? Re vera ego non intelligo
discrimen, quia vel hoc est ratione sacramenti, quod in istis pre-
cessit,

cessit, vel quia iam sunt corrupti. Non ratione sacramenti quod precessit Quia istud. 2. non dependet a primo. Nec propter primum habet maius ius in sponsam suam: Quod si non precessisset. Cum ergo si primo esset: non liceret, ergo nec si secundo, vel si. 2. licet secundum eos, ergo et primo. Item nec propter corruptionem eis liceret. Quia sequeretur quod si alii illicitè corrupti de nouo modo **A** contraherent: quod isto tempore interdictione possent consummare, et si ipsi possent, quare non et quæ virgines sunt, cum hoc gestum esse virgine non, vel corruptum: non agruet mortaliter. Et sic (quicquid dicant isti, et Silvester) videtur mihi non esse mortale ratione precepti Ecclesie, immò videtur ex dictis S. Ibe. hoc elici, qui ibidem affirmat non esset prohibitum his diebus debitum exigere. Sequitur ergo quod si non est prohibitum, quod cum ista iam sit sua, debitum si bi petens: non peccabit mortaliter, siue primo fuerint coniuncti, siue modo de nouo.

S. Tho. in
4. d. 32.

6. conclu.

1. ratio.

In nullo tempore ante benedictiones nuptiarum: fieri consuetas: consummare matrimonium est peccatum mortale. Probat. Quia si esset mortale, vel esset ex natura rei de se, vel ratione prohibitionis, vel ratione iniurie, quæ fit benedictionibus ipsis, sed nullo istorum modorum est mortale. Non ex natura rei. Quia cum sint veri uxorati: per legitimum vtriusque consensum habent potestatem corporum adinuicem, et possunt petere, et reddere prohibito, sicut quilibet de se potest uti re sua: vbi, et quando voluerit. Nec est mortale ratione prohibitionis. Quia nec ipsas benedictiones omittunt: secluso scandalo, et contemptu est peccatum mortale, ut supra declarauimus, ergo a fortiori, nec ante ipsas consummare matrimonium. Item. Quia nullibi reperitur prohibitum quod talis matrimonij consummatio non fiat ante receptam benedictionem a sacerdote, sed prohibitum est ne aliquis sibi solemniter ducat aliquam sine benedictione sacerdotali, de consummatione verò nihil.

3.

Non erit ratione iniurie benedictionum. Quia nulla fit iniuria. Primo Quia propter hoc non contemnuntur benedictiones, cum postmodum sumantur post consummationem. Item. Nec quia alia
quas

quam falsitatem continerēt benedictiones post consumationem, q̄
 carerent: si fierent antē, quia in ipsis nulla fit mentio de virginita
 te, nulla fit mentio quod ante non fuerint copulati, ergo sequitur
 q̄ non erit mortale peccatum sic consumare.

¶ Nec erit mortale ratione consuetudinis. Quia non ubiq̄ ta
 4. lis consuetudo seruatur. Nam nobiles in Germania ante benedic
 tionem nocte precedenti consumant matrimonium Et in istis par
 tibus etiam est in vsu.

¶ Sed tamē a veniali peccato: tam ex parte petētis: q̄ reddē Caieta. in
 tis: non excusantur. Quia prohibitum est, ergo contrā facere pe opus.
 ccatum incurritur. Quod si non est mortale, necesse est sit venia S. Tho. 4.
 le. Hanc sententiā tenet Caie. Et. S. Tho. videtur insinuare, nisi sit Inpocen.
 scandalum. Idem Innocen. & Anto. de Butr. o. c. 1. de sponsa. Butrio.

PARTICVLVS. 15.

De voto simplici. Vtrum impediat.



Votum simplex continentię, vel religionis: est impe
 diens matrimonium contrahendum, sed non diri
 mens iam contractum. Votum simplex intelligi
 mus quod nō est solēnizatum p̄ professione tacita,
 vel expressa religionis approbatę, aut sacri or
 dinis susceptione. Et q̄ tale impediat. habetur in decretis: d. 27.
 p̄ multa capitula. Et glo. specialiter c. Quidam n̄ bentes Et c. Si
 vir. Et hoc sic omnes affirmant doctores, tam iur̄ consulti, q̄ iur̄
 ologi. Innocen. in c. Rur̄ sus. Et c. Consului. Qui cle, vel Vouē. Et
 omnes Theologi in. 4.

¶ Et primo queritur. Vtrum hec quod vetum simplex impe
 diat contrahendum matrimonium, & non dirimat contractum:
 habeat ex natura rei, vel ex Ecclesię statute solum. Et omnis o
 pinionibus, videtur dicendum cum. S. Tho. & Durand. q. l. c. p̄ S. Tho. d.
 uenit ex natura rei. Et cum Scoto q̄ etiam puenit ex statuto Ec 38. ar. 3. q̄
 clesię. Ex natura rei siquidem: secluso iure p̄ sitiuo. Quia in sim
 pli 3. Sco. d. 38.

contrahens possit exigere debitum vxori. Et si non possit. Vtrū
 quotiens petit peccet mortaliter, vel solum quando primo petit.
 Pro cuius solutione sit .i. conclusio.

¶ Contrahens post simplex votum continentię mortaliter pec-
 cat, sed matrimonium verum existit, quo stante tenetur petenti
 reddere debitum. Probatur q̄ mortaliter peccet. Qui agit con-
 tra votum suum peccat mortaliter, sed talis agit contra votum
 suum, quia ducendo vxorem transfert potestatem sui corporis in
 aliam, et sic virtualiter consentit in copulam, quod est agere con-
 tra votum suum. Item. Si aliquis promissit se daturum. 100. aure
 os Petro, & postmodum dat Ioāni: non seruans promissum: mor-
 taliter peccat: quia iniuriam notabilem facit Petro, ergo a forti-
 ori qui promissit se ipsum Deo, si postea tradat se vxori peccat
 mortaliter. Et hoc asserunt omnes Theologi, & iuris consulti.

¶ 2. Qui facit contra iura in re graui: peccat mortaliter
 sed talis facit contra iura, dis. 27. c. Si vir. Et. c. Consuluit. Et. c.
 Rursus: qui clerici, vel vouem. Et similiter facit contra fidem
 decipiendo alterum. Sic Archiepiscopus florē. ¶ 2. pars cōclusio-
 nis est manifesta ex capitulis allegatis, et rationibus supra ad-
 ductis: q̄ sit verū m̄rimoniū, q̄a ē ibi vera datio, et vera cōmuta-
 tio. Ex quo p̄bat. 3. ps cōclusiōis, q̄ tenetur debitum reddere pe-
 tenti. Quia si verum est matrimonium, iā vir (teste Paulo) nō est
 dñs sui corporis, sed vxor, & sic poterit vxor vti re sua qm̄ volue-
 rit. Nec poterit vir negare quod suū nō est, ergo reddere tenetur

¶ Licet post votum simplex contrahens mortaliter peccet
 matrimonium consummando: exigendo debitum, non tamen post
 quotiescuq̄ petat: mortaliter peccat. Hęc conclusio probatur.
 Primo: q̄ si petat ad consumationem matrimonij peccet mortali-
 ter. Talis postq̄ contraxit ante consumationem potest adimple-
 re votum, ergo ad illud tenetur. Sed q̄ possit: est notum. Quia po-
 test intrare religionem ante consumationem etiam inuita vxore,
 sed petendo debitum ad consumationem, non potest amplius, ergo
 peccat mortaliter sic petendo. Quod non possit post: est manife-
 stum.

Viguerius
 institutio.
 theo. c. 16.

§. 7. ver.
 §.

1. conclu.

1. ratio.

Cōmunis
 opi. d. 38.

Antoni. 2.
 p. 4. 11. c. 1.
 §. 2.

1. corr. 7.

2. conclu.

Notā.

Ratio. 1.

stum. Quia post consumationem nolente vxore non poterit religionem ingredi. Et ob id quia posuit se in statu in quo non potest votum adimplere: peccauit sicut si frangeret votum. Secunda pars que difficultatem habet, quod non toties quoties exigit, sed quod sine peccato poterit deinceps exigere, sicut et reddere sic probat. Iste iam est liber a voti executione, ergo non peccat exigendo. Probatur. Post matrimonij consumationem viuentem propria vxore: nullo modo potest continentiam seruare, ergo iam est a voto liber. Quia si non est liber, ergo adhuc tenetur. Si ergo adhuc tenetur, ipse non debet similiter reddere. Quia sic facit contra votum reddendo, sicut petendo.

1. ratio.

2. ratio.

¶ Votum continentie non potest eum aliter obligare quam iuxta intentionem vouentis, sed illius qui vouit continentiam hec est intentio: vt extra matrimonium continentiam seruet, ergo in matrimonio coniunctus ad ipsam continentiam non tenetur. Quod si ad ipsam non tenetur, ergo non peccat exigendo. Nam vel continentiam vouit matrimonium ducendo, et hoc votum non potest stare, quando in matrimonio non sic castitas, seu continentia seruari potest. Vel vouit extra matrimonium, vt notum est hanc esse intentionem omnium simpliciter vouentium, et sic non obligat eum extra matrimonium.

3. ratio.

¶ Si peccaret quoties exigeret debitum: esset, quia ad illam partem voti quam potest seruare saluo coniugio teneretur, sed non tenetur ad partem, quando non obligatur ad totum cuius erat pars. Quia qui vouit religionem, in qua includuntur ista tria
 Caic. 22. q. 3. obedientia, paupertas, et continentia: si non recipiatur in religione non tenetur ad alia duo, que potest extra religionem seruare. Quia non tenetur ad continentiam. Similiter neque ad paupertatem, supposito sui voti intentio fuit religiosum fieri solum, ergo a simili, qui continentiam vouit, si ipsam seruare non potest, iam coniugatus cum teneatur reddere debitum, non tenebitur ad hoc quod ipse non exigit, tanquam iam liberatus ab obligatione voti. Et certe videtur consequentia bona, et antecedens est mihi verisimile
 valde

valde, sicut elegantissimè Caie. in comentarijs probat. Et probat *Ca. vt sup.*
 ista opinio ex dictis iuriconsultorum. Hostiensis in c. Rursus qui ^{Hostiensis}
 cle, vel Volentes. Et vt Summa Angelica dicit, communiter doc ^{Angelus.}
 tores ita tenent, maximè Cardinalis in d. c. Rursus, dicens, hanc ^{Cardinalis}
 esse veriorè opinionem, q̄ postq̄ semel peccauit exigendo: non
 peccat amplius. Et q̄ talis post votum simplex etiam exigendo ^{Soto.}
 non peccet: tenet Soto in suo de iustitia lib 8. q. 2. ar. 1. & idè Na ^{Nauarro.}
 uarro in manuali confesso. c. 12. num. 47. & alij. Et vltimo pbat ^{Vltimara.}
 ista sententia. Quia vir (quandoquidem ligatus est uxori) tenet ^{1. cor. 7.}
 reddere matrimonium non onerosum, sed si nunq̄ exigeret nimis ^{Ad. Ro. 7}
 onerosum redderet, ergo tenetur exigere aliquando. Quòd si ali
 quando tenetur, cum non sit maior ratio de vna vice q̄ de alia,
 semper intra limites matrimonij posset petere. Et q̄ verè estet ^{S. Tho. 2.}
 onerosum si mulier solum peteret: est in aperto. Inmo. S. Tho. con ^{38. ar. 3. q}
 trariam sententiam tenens cum ceteris Theologis dicit in 4 sen. 2. ad. 4.
 quando nimis onerosum redderet matrimonium liceret exigere.
 Si ergo tunc liceret, non video quare non semper liceat petere.
 Quia si exigere de seratione voti peccatum est mortale, nullo
 modo potest bene fieri, vel si bñ fit: est quia deobligatus è a voto ^{Rosell. in}
 Hanc sententiam tenet summa Rosella, q̄ si votum precessit ma ^{verbo im-}
 trimonium: peccat petendo prima vice tantum. Et quia quantum ^{pedimentu}
 possibile est laquei animarum sūt tollèdi: placet hec opinio. Quia ^{4. S. 5.}
 certum est periculosissimum esse, q̄ duo sint veri coniuges, et q̄
 vir non petat debitum, sicut & mulier. Vel saltem q̄ aliquòdo non
 petat. Et tunc si petat: mortaliter peccat. Ob quod cum sit (in q̄n
 tum apparet) talis in continuo periculo peccati mortalis: foitè
 esse videretur in statu damnationis, quod non est credibile Eccle
 siam in tali posuisse statu: obhgans eum ad matrimonium, cum à
 te esset obligatus ad votum. Et sic qui istorum doctorum opinione
 sequutus fuerit sine scrupulo conscientie poterit post primam vi
 cem petere. Mitior hec videtur, & sanior, & forte verior, quam
 uis aliam propter tantorum virorum auctoritatem magnifacio.
 Sed considerata humana fragilitate: optime iuriconsulti de
 mināt

Dubium. 1
3. p. tr. 1.
cap. 22.
S. 2.
2. p. epito. c
7. S. 2.

minant. Fateor tamen argumenta pro ista opinione allata non convincere alios, nec evidenter probare q̄ intendunt, persuadent tamen piē affecto ad hanc. Sed utrum ad hoc q̄ possit exigere sine peccato possit episcopus dispensare: inferius dicemus. Et dic q̄ sic, vt aſerit Archi. florenti. Et Adria. dicit communem esse opinionem, quicquid dicat Couarrubias.

¶ Dubidatur. 2. Vtrum talis qui post votum simplex contra-
xit matrimonium, postea mortua vxore teneatur continere: &
peccet aliam. 2. ducendo. **¶ R.** secundū omnes doctores quod talis
post mortem vxoris tenetur ad votum, sicut tenebatur anteq̄
primum contraheret matrimonium. Et probatur. Quicunq̄ ali-
quid promittit tenetur illud adimplere si commode potest, sed
talis se Deo vouit, ergo tenetur adimplere si potest, sed mortua
vxore prima potest adimplere, ergo tenetur, & sic contrahen-
do peccat mortaliter, sicut quando primo contraxit. Quia ali-
as sequeretur q̄ si aliquis sit debitor, et modo non habet unde **B**
soluat, q̄ post veniens ad pinguiorem fortunam non teneretur
reddere alienum, sed hoc est falsum, nam tenetur reddere quando
potest, ergo a simili qui votum fecit Deo, & vxoratus non potuit
adimplere: adimplebit quando ab vxore liber erit.

Dubium. 3
Solutio. i

¶ Dubitatur. 3. Vtrum si sint duo alioqui legitimi ad contra-
hendum, et vterq̄ ipsorum votum fecit continentie. Vtrum matrimo-
nium contractum postea sit validum, vel non. **¶ R.** esset matrimo-
nium verum. Sic communiter tenet iuris consulti, sed tamen neuter
illorum potest absq̄ peccato exigere debitum ad consumationem
matrimonij, bene tamen reddere, et exigere iuxta superius dicta. **C**

Dubium. 4.
Solutio.
Agētes et
consentien-
tes par pe-
na costru-
git. 2. q. 1.
c. Notum.

¶ Dubitatur. 4. Si quis non habens votum simplex continen-
tie scienter contrahat cum habente. Vtrum sit matrimonium, &
peccet sic contrahendo. **¶ R.** q̄ est verē matrimonium, & pec-
cat mortaliter contrahendo cum tali scienter. Quia socius, et par-
ticeps est peccati alterius. Qui fecit votum nō potest sine morta-
li contrahere, ergo qui adiutor est huius facti similiter & pec-
cabit mortaliter.

¶ **U**lti mo dubitatur circa hoc. Si aliquis voto simplici con-
 tinentię obligatus inquirat a me: vtrum possit contrahere matri-
 monium. Vtrum debeam ei respondere quod sic. Hostiensis dicit
 quod deo respondere quod non licet. Et si iterum interroget.
 Vtrum si de facto faciat: tenebit matrimonium, dicit ipse Hostiē.
A non debet respondere, quia daret occasionem peccandi: si diceret
 quod sic. Sed melius videtur dicendum cum Siluestro q. nullo mo-
 do talis peccaret dicendo veritatem, s. tu peccabis mortaliter cō-
 trabendo, sed matrimonium tenebit, quia occasio peccandi non
 est data, sed accepta. Et tale scādalum non tenemur vitare, quia
 phariseorum est. Nam si illud dicere: peccatum mortale esset, pec-
 carēt similiter doctores, qui ista scripta nobis reliquerunt, quod
 est falsum. Sed adde supra ipsam Siluestrum vnum, quod ipse ibi
 non approbat, q. si aliquis habens votum: non seruet ipsum, quia
 incontinens est: licitē possum consulere quod ducat uxorem, con-
 dicionatē dicendo, si tu non abstines a mulieribus: nube, melius
 enim est nubere q̄ vri. Nec ob hoc ego do occasionem peccandi,
 vt ipse Silvester dicit. Quia ego nollem aliquid istorum faceret;
 cum vtrunq̄ peccatum sit, sed parato maius malum facere: con-
 sulere minus est bonum, vt nos in expositione epistolæ ad Roma.
 c. 3. latē exposuimus. Et ne videar fingere hoc, ex scripturis ea-
 piam exemplum, quæ ad nostram doctrinam scripta esse constat.
 Dicitur enī i Gene. q. Lotb Sodomitis volentibus contra naturā
 cognoscere viros, qui in domo sua erant, obtulerit filias dicens,
 Nolite fratres hoc malum facere, habeo duas filias, necdum cog-
 nouerunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis
 placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis. Istud factum
 laudat. S. Ambros vt habetur 32. q. 7. c. Offerebat. Vbi dicitur.
 Offerebat. S. Lotb filiarum pudorem, nam si & illa quoq̄ flagitio
 sa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, q̄
 aduersus naturam delinquere. Hęc ibi. Ecce sanctus: Lotb dicitur
 in hoc facto, laudatur ex zelo quem habuit, minus malum con-
 suleri do illis, qui parati erant maius facere. Item habes exemplū
 quando

5. dubium

Hostien.
Abule. nu-
me. 30. q.
63.Silvester.
matri. 7.
S. 5.

Math. 15.

Paulus. 1.
co. 7.Consulere
minus ma-
lum ad vi-
tandū ma-
ius: licet.
Gene. 19.

Ambros.

Gene. 37

quando fratres Ioseph volebant eum interficere, & Iudas dixit melius est vt venundetur Hismaclitis, & manus nostre non polluatur. Certum ē doctores omnes Iudam nō dānarent: si ipse consulendo minus malum ad venditionem non operatus esset, ergo non peccauit in consilio, sicut doctores fatentur, sed peccauit quia fuit criminis particeps vendendo. Item babes & 3. exemplum Iudi

Iudicū, 19 cum, vbi quibusdam volentibus vti contra naturam, quidam probatus senex dixit. Nolite fratres: nolite facere malum hoc, ceſſate ab hac stultitia, habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem complectam, tantum obsecro ne scelus hoc contra naturā operemini in virum. Ecce quomodo iste consulebat minus malum ad maius vitandum, nec peccauit in illo, sed sanctē fecit.

Hiere, 41. ¶ Exemplū habes. 4. ex Hieremia, quando quidam viri volebant interficere alios, & tales dixerunt. Nolite interficere nos, quia habemus thesauros in agro, frumenti, & olei, & hordei, & mellis, & non interfecerunt eos. Certum est q̄ isti consuluerunt minus malum. s. rapere alienum, vt maius vitarent: mortem. s. Prop̄ ista, & similia que contingere possunt: mibi videtur dicendum: q̄ illis qui votum continentię non seruant: sanctē consulitur vt vxorem ducant, & sanctē ad hoc maius malum paratum monco, &

Ad Ro, 3. consulto minus malū. Nec hoc cōtra Paulū dicēre. Nō sunt faciēda mala, vt indē eutniant bona. Quia nec venialiter

Adri. quoli est peccādū p̄ vita hoīs, nec pro vita omnīū hoīnū

1. ad. 1. seruanda. Placet tamen cōsiliū B. Antonij quod

Ano. 3. p. in his oportet prudēter nos habere, & elu-

ri. 1. c. 16. dere tales q̄rētes: vt docet Origines, &

S. 1. habet dis. 43. in c In mādatis. Vult

Orige. ibidē dicere Origines: q̄ talibus q̄i ē

tibus ista, vel similia: non o-

portet nos tacere,

ne affectu so-

lutiōis id eē suspicet, et audiētibz noceat. Ob id prudēt respōdēdū

¶ Arti

PARTICVLVS. 16.

De sponsalibus.



Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio. *Quid spon-*
salia. Si ergo quis promissit alicui nuptias de futuro: *salia.*
 alio consentiente: non potest aliam ducere, sed te-
 netur seruare promissum. Si tamen de presenti cō-
 trahat: tenet matrimonium, & soluuntur sponsa-
 lia, vt patet extra de sponsalibus. c. Si inter virum. Et c. 1. de spō-
 sa duorum.

Queritur circa hoc. Vtrum talis post sponsalia de futuro
 cum alia contrahens de presenti: peccet mortaliter. **R**esponde-
 tur q̄ sic. Omnes doctores sic fatentur, q̄ si potest p̄missum adim- *Conclusio.*
 plere, & non adimplet, contrahendo cum alia: peccat mortalit̄.
 Ratio est in manifesto. Quia facit iniuriam, & graue damnū *Ratio.*
 non dando promissum illi cui promissit, sed graue damnū, & in-
 iuria non est sine peccato mortali. Hoc tamen intelligendum est
 diuimodō non sit aliqua iūsta causa eum excusans. De quo infra.

Oportet tamen notare: q̄ propriē sponsalia illa dicuntur: *Nota.*
 que sunt per verba de futuro. Et de istis intendimus nos loqui. Sic *S. Tho. 4.*
 S. Tho. dicit sponsalia propriē trahi a sponsione coniūctionis ma- *d. 27. q. 2.*
 trimonialis: per verba de futuro, quia sunt tales promissiones ve-
 lut quedam sacramentalia matrimonij, sicut exor̄zismus baptis-
 mi. Largē tamen capiēdo: sponsalia dicuntur illorum, qui per
 verba de presenti contrahunt.

Primo. Sponsalia possunt contrahi a primo septenio, & nō *De tempo-*
 ante De spō. impub. li. 6. ca. Si infantes. Ante istam etatem si non e contra-
 sint nimis propinqui ad eam non contrahuntur sponsalia, etiam *endi spon-*
 si parentes inter se fidem dederint pro filijs non. valēt, nisi ipsi sa *h. li.*
 post septenium ratum babeant. Idem in. 6. Et licet tales per ver *Vigue. c.*
 ba de presenti sponsentur: semper tenent vim verborum de futu *16. S. 7.*
 ro, quia sunt spōsalia: Extra de spōsa. impub. c. si licet p̄m̄ū septemū *ver. 7.*
 sit requisitum ad sponsalia. in facina, et in viro ad matrimo-
 nium.

nium contrahendum, tamen non equaliter in vtroq̄, quia in viro. 14 annus requiritur, et in femina. 12, vel propé. Quia quod parum distat quasi nihil distare videtur. Huius ratione dat. S. Th. Quia in sponsalibus requiritur vsus rationis, qui simul incipit in vtroq̄, sed in contractu matrimoniali requiritur dispositio ex parte corporis, vt sit tempus generationi aptum, quod in puella est in. 12. anno, et in masculino in sine. 14. secundum Aristot. Hęc. S. Thbo.

Aris.
S. Tho. d.
27. arti. 2
Aris. q. d
animalib.
Exodus.
Xenophō.
Licurgus.
Dubium. 1

¶ Dubitatur. Si ante istam etatem perfectam consument matrimonium: sit iudicandum pro matrimonio. Dicendum q̄ sic, vt bene. S. Th. ibidem affirmat. Quia tunc malitia supplet etate. De quo infra dicemus.

¶ Dubium est secundum. Quot modis sponsalia contrahi possunt. Dico quod multis modis contrahi possunt. Per verba de futuro. 2. de presenti inter impuberes, que habeant vim de futuro. 3. contingit per anuli subarrationem. 27. q. 2. Si quis desponsauerit. 4. per arrarum dationem, puta iocalium, aut pecuniarum. Tamen circa ista duo est notandum, vt notat Panor. in c. fi de spon. in pub. quod ista possent dici matrimonium, sicut sponsalia, vt in ca. femina. 30. q. 5.

Panor.

Nota.

¶ Pro cuius clara intelligentia oportet notare que preceserunt verba. Nam si de presenti, et post sequuta est subarratio: est matrimonium, sed si de futuro: sunt sponsalia. Et si nulla verba preceserunt: tunc oportet stare consuetudini. Nam si fuerit consuetudo q̄ sine verbis precedentibus huiusmodi donis sponsalia solebant fieri, vel matrimonium de presenti, sicut apud Mexicanos est solitum fieri apud quosdam. tunc sic subarratio deberet capi secundum consuetudinem, quia sic illi exprimere solebant huiusmodi sponsa. Si vero non sit aliqua consuetudo: sola ipsa dona non probant sponsalia eo quod talia signa non sunt determinata ad vnam rem solum significandam, sed ad plura possunt applicari.

3. dubium

¶ Dubitatur. 3. Si solum vnus verba preceserunt: vtrum in missione anulli, et receptione arrarum denotet consensu alterius

rius expressum, licet taceat verbis, sed arras recipiat. ¶ R. q. sic. *Solutio.*

Nam quando verba preceserunt, & subarratio, et receptio, habetur pro consensu expresso. Sic notat glo. super ca. pen. de spon-
A salibus. Hoc oportet notare pro declaratione dubij supra positi. *Glo.*

Utrum vno exprimente consensum, alio non contradicente sed consentiente in copulam: sit matrimonium. Ibi diximus q. sic, si non
 sit actus contrarius in animo. Sic contingebat apud incolas huius orbis, quod vnus solus verba consensus exprimeret, & alius taceret, & deinde simul manerent in vnum, tanq. coniuges. Nam solitum erat apud eos, vt vnus diceret: ego accipiam te in mean, & tunc alter respondebat, accipies me, & non amplius. *sup. ar. 5.*

¶ Dubium. 4. Utrum fieri possint per procuratorē. ¶ R. quod
 possunt sponsalia contrahi per procuratorem. Sicut & matrimo- *4. dubitat*
Solutio.

nium de presenti, sic & per litteras absentes possunt sponsari: vel contrahere. ff. de sponsalibus. l. sufficiet. Et q. possit per absen-
B tes, & per procuratores fieri. ex scriptura exemplum sumitur, quā
 Isaac contraxit cum Rebeca per nunciū. 32. q. 2. c. Non ois mulier *Gen. 24.*

¶ Sed utrum sufficiat ad hoc q. sit missus ad sponsalia, *Dub. 5.*

vel matrimonium contrahendum. ¶ R. q. est necessarium procura-
 tor de hoc habeat specialissimum mandatum, & exprimat per
 sona cum qua debent sponsalia, vel matrimonium contrahi, vt in
 l. generali. ff. de ritu nuptiarum. Nec talis potest alium substituere
 nisi de hoc habeat speciale mandatum.

¶ Dubitatur adhuc. Utrum si postq. commissum est procura- *Dubi. 6.*

tori vt contrahat cum aliqua, vel aliquo, & interim dum vadit
C exequi mandatum, qui missit eum ductus poenitentia reuocat mā-
 datum anteq. procurator contrahat, tamen ipso ignorante pro-
 curatore, & persona cum qua sit contractus contrahunt de fac-
 to. Vtrū teneat. ¶ R. q. non tenet, siue ignorauerint siue scuerint *Solutio.*

Sic est determinatum. c. Procurator, de procuratoribus libro. 6.

Et ratio ad id hec est. Quia matrimonium essentialiter dependet *Ratio.*
 a legitimo consensu. ita vt ipso deficiente nullum sit. Cū ergo tem-
 pore contractus ipse defuit ex parte illius qui procuratorem mi-

sit

§

- Hofstien.* ff. eo q̄ reuocauit anteq̄ contractus fieret, ergo dato alia pars consentiat: nihil fiet. Sic Hofstien tenet in c. supra dicto.
- 4. dubium.** ¶ Sed magis dubium est. Si quis consentiat in absentem p̄ verba de presenti, postea mittat procuratorem ad illam, & antequam alia persona consentiat, ille qui prius consensit in absentem dissentit. Vtrum sit matrimonium ipsa consentiente, putans quod semper durauerit in primo consensu. Et videtur q̄ tale sit matrimonium. **A** Quia precessit legitimus consensus vnus, & post sequutus est alterius, ergo exit matrimonium. Quia postq̄ quis consensus in aliquem habuit actum voluntatis transferendi potestatem in alium, & sic post alio acceptante tenebit: quantumcunq̄ postea reuocauerit. Hoc
- 1. Solutio.** nō obstante. **R.** ¶ Quod si anteq̄ illa consentiat reuocatio consensus veniat ad procuratorem nihil actum est. Quia consensus deficit. Sed si peruenit postq̄ iam illa consenserat, & potest Ecclesie fieri fides, quod ante alius dissentit: non tenebit. Quia nec vere, nec interpretatiue concurrat consensus. Si tamen non constaret de dissensu priuato, cogere per Ecclesiam vir eam ducere. Quia iudicans de exterioribus solum: non constat ei de dissensu. Si tamen de dissensu constaret Ecclesie: anteq̄ alia consenserit, licet ipsa ignorans consentiat: non est matrimonium, dato reuocatio ad procuratorem non peruenierit. Et hoc est speciale in matrimonio: vt dicit Innocentius in c. Iuuenis de spon. Et de procurato. in. 6. ca. fi.
- Inno.**
- Aliud dubium.** ¶ Sed dubitatur. Vtrum quantum ad Deum in foro conscientie teneant sponsalia, vel matrimonium, quando quis consentit in absentem, & mittit procuratorem, & post reuocat anteq̄ alia consentiat, & talis reuocatio est solum interior. **R.** non valere. Quia dato ita sit: q̄ talis consenserit, talis consensus solum non facit matrimonium, nec sponsalia, nisi adueniente consensu alterius. Nam a duabus causis ex equo dependet. Et vna existente solum non est verus contractus. Quia quando vnus effectus a duabus causis dependet simul, & equaliter, vna solum concurrere: non fit. **C** Sic ergo cum solum ad sit consensus vnus, quia alterius non est:
- non.

non erit matrimonium, nec contractus sponsalium. Nec obstat qđ
superius adducebamus. Quia iam talis per primum consensum vi
detur transulisse potestatem sui corporis in illum cui consensit. **1. cor. 7.**

Ista enim translatio depēdebat ex alterius cōsensu, si acceptaret
Sequitur ergo qđ effectū nō habuit ante cōsensum alterius, sed tūc
quando alter consentit; iam primus non manet, quia reuocatus ē,
A ergo nullo modo tenet in conscientia. Et adhuc probatur. Si quis
in presentia fœminæ diceret: accipio te in meā, & ipsa non statim
responderet, sed remoraretur parum, & anteq̄ ipsa responderet,
ille rursus diceret: nolo te accipere in meā: certum est nullum esset
matrimonium, neq̄ sponsalia. Ergo a simili, quando misso nuncio
contradicit, anteq̄ alter consensum adhibeat. Et hoc patet. **27. Simile.**
q. 2. c. Sufficiat.

¶ Aliud dubium. Sed qđ si primo cōsēsit, & nuncium misit **6. dubium**
& post nunq̄ dissentit, nec assentit, sed distractus ad alia non ad
uertit. Vtrum alio consentiente sit matrimonium. Dicendum in so
uo conscientie, & Ecclesię tenere. In conscientia, patet. **Solutio.**
re vera fuit assensus, et non reperitur dissensus, ergo tenet. Sicut **Ratio.**

B si quis voluit consecrare, & postea ad alia distractus non aduer
tit, nec rānen habet nolutionem, verē consecrat. Ergo similiter in **Simile.**
proposito. Idem probatur de baptismo. Si quis voluit recipere **S. Tho. 3.**
baptismum, et post non cogitat, neq̄ habet actum contrarium, **p. q. 64. ar.**
est baptizatus, in. c. Maio. de Baptismo, et eius effectū. Et in foro **ti 8. & do**
in. **4. Theo.**

Ecclesię standum est p̄ matrimonio in fauorē ipsius. Extra de re
iudicata. c. Duobus. Et in dicto. c. idem. **Raymun**
interius, vel exterius facta reuocatio primi consensu, etiam si **Raymun**
non aduertat, post adueniente ex pressso consensu alterius partis
est matrimonium verum in vtroq̄ foro, si sit per verba de presen
C ti factum, & si de futuro: erunt vera, et legitima spōsalia, si aliud
non obstat.

¶ Sed de modo quo matrimonium contrahi potest per nunci-
os per litteras est aliud dubium. Vtrum si aliquis misit in lit
teris consensum suum, dicens. Ego te accipio in meam. Et ipsa le

gat,
8 ij

- Solutio*, gat, et consentiat. Vtrum sit matrimonium, supposito q̄ cōsensū nulli explicet, sed solū interius habeat. ¶ *Re* q̄ tale non erit matrimonium. Probatur. Si presentibus duobus: vnus diceret alteri.
- Ratio. 1.* Ego te accipio in meam, et illa nihil responderet, sed interius confētit, tamen postea ambo diuenterent, et non simul manerent, nec in vnum conuenirent: nullum esset matrimonium, neq̄ in foro Eccle
- Supra, ar. 5.* siq̄, nec conscientie. vt supra de consensu loquentes determinauimus, ergo dato per litteras promittat quis, & alter consentiat: nō erit m̄rimoniū. Quia ad hoc ē requisita expressio cōsensūs vtriusq̄ verus, vel vnus verus, et alterius interpretatiuus, vt ibidē p̄batū ē.
- Ratio. 2.* ¶ *2.* Patet. Quia per solū interiorem consensum (de quo viro non potest constare) non potest licitē vxore vti tanq̄ sua, sed pec
- Raymun.* caret. Hanc sententiam tenet Ray. & dicit: quōd tunc solum erit matrimonium, quando exprimat consensum, vel illi a quo missę sunt litterę, vel alteri. Et facit p̄ hoc. c. Cum apud, de spon salibus. Et 32. q. 2. c. Honorantur. Et idem Rodem, et Asten. Ista nota pro illis que supra dicta sunt: q̄ interior consensus ambōrum nec vnus eum expressione alterius sufficit ad matrimonium. Et idem est de sponsalibus, & matrimonijs.
- S. dubitat* ¶ Sed pro complemento dubitatur. Vtrum si mittens litteras vel procuratorem: iurauit non reuocare, et post reuocet: teneat matrimonium. ¶ *Re* q̄ non, sed est periurus. Sic dicit. dicitur Floriū. Et hoc potest sic probari: Quia sic se habet iuramentum de non reuocando, sicut se habet iuramentum de adimplendo, sed iuramentum adhibitum in sponsalibus non impedit: quin contrabendo cū alia soluantur sponsalia, vt patet de spon. c. Sicut ex litteris. Ergo a simili. Si quis adhibuit iuramentum de non reuocando, si reuocet periurus erit, sed tamen contractus 2. tenebit.
- Ioan. Modus cōtrabendi p̄ procuratorem de futuro.* ¶ De modo contrabendi matrimonium, vel sponsalia per procuratorem dicit Ioan. An. in. c. Procurator, de procuratoribus libro. 6. q̄ si contrabantur sponsalia dicendum est sic. Promitto. tibi de mandato tui domini mei, & nomine eiusdem q̄ ipse te ducet in vxorem, et hoc in animam suam iuro. Et versa vice puella respon.

respondebit. Promitto tibi nomine domini tui recipienti, et sibi per te: q̄ ego ducam ipsam in virum, nisi steterit per ipsum. Et hoc iuro. In matrimonio verò de presenti dicitur sic. Talis dominus meus mandat tibi: q̄ ipse per me, siue mediante me, et tibi nunciante accipit te, et consentit in te tanq̄ in uxorem suam. Et e cōtrario respōdet puella. Et ego te mediante dominum tuum recipio in meum virum, cum ipse te mediante me in suam recipiat, et in eum consentio tanq̄ in dominum, et maritum. Hęc sunt verba quibus oportet vti quando sponsalia, vel matrimonium per procuratorem contrahuntur. ¶ An sit sacramentum quando per procuratorem contrahitur. Aliqui dubitant vt Caie. et alij, quicquid Catharinus. li. 5. contra Caie. dicat. De quo Cobarru. Modus cōtrahendi p̄ procuratorem de p̄senti Caie. Catharin⁹ Cobarru. 2. p̄. epito. c. 1. et. c. 4.

ARTICVLVS. 17.

De verbis quibus spōsalia contrahūtur.

Circa verba quibus sponsalia contrahuntur queritur. Vtrum istis verbis: ego volo te accipere in meam: cōtrahantur sponsalia, vel matrimonium. Et quidem in prouincia Michuacanensi sic habet frequens vsus.

¶ Pro solutione dubij notandum est: q̄ per istud verbum: volo: potest solum denotari: velle desiderij inefficax. Vel potest dicere: velle eligentis efficax, quod est actu ponere rem antè desideratam, et conceptam. Notan. 1.

¶ Oportet aduertere etiam q̄ sint illa que precesserūt verba contractus matrimonij, tanq̄ quid de presenti fiendum. Vel si solum de futuro fuerunt illa que de matrimonio tractata sūt. 2. aduertē
His suppositis ad dubium.

¶ Si aliquis profferat ista verba: ego te volo accipere in meam, et constat de intentione: in foro conscientie standum est intentioni. Quia ista verba secundum se possunt referri ad desiderij, quod Ratio concludit. 1. concla.

fferri
§ iij

fferri ad executionem facti. Sequitur ergo q̄ si ipsa equiuocē ad vtrunq̄ referri possunt, et d̄ intentione cōstat. q̄ in foro conscientie stādū ē intentioni. Sic q̄ si p̄ illa verba de presenti voluit illam sumere: sit matrimoniū, et si in futurū erunt spon̄ alia solū.

Conclu. 2. ¶ Si non constat de intentione. per illa verba secundum se: volo te accipere in meam. non est iudicandum pro matrimonio, nisi per alia verba accipiatur. Hoc probatur. Quia ipsa verba non dicunt certō actum executiuum, sed solum desiderium. Et ob id solū videntur habere sponsalium vim, et non matrimonij. Sic tenet do. de Palude.

Ratio.
Palude in 4. d. 2. 7. q̄ solū videntur habere sponsalium vim, et non matrimonij. Sic tenet do. de Palude.

Conclu. 3. ¶ Licet verba ista secundum se non explicent consensum de presenti: magis q̄ desiderium de futuro, ex precedentibus tamen potest presumi pro matrimonio, vel pro sponsalibus. Nam si preceperunt verba de matrimonio de presenti, et ista fuerunt subsequita: presumi potest pro matrimonio. Si tamen verba de sponsalibus: pro sponsalibus presumendum. Et ratio ad hoc non potest alia dari: q̄ arbitrium boni viri. Quia si de intentione non cōstat presumendum est q̄ vbi contractus de presenti precessit: q̄ per ista verba voluit profferens ea executionem manifestare. Istā

Adria. in 4. sen. sententiam tenet do. Adrianus limitans dictū domini de Palude. Et quidem placet ista presumptio: vbi non esset aliud obstaculū.

Dubium. 1. ¶ Sed est dubium. Vtrum istis verbis: volo te esse uxorem meam, et illa respondente: volo te esse maritum meum: contrahatur matrimonium, vel sponsalia. Aliqui sunt dicentes non esse matrimonium simpliciter. Verum melius videtur distinguendum.

Solutio. Quomodo vtantur illo verbo: volo. Vel explicat appetitum, seu desiderij quodam, quod est velle inefficax. Et isto modo illis verbis nec contrahitur matrimonium, neq̄ contrahuntur sponsalia. Si verō illo verbo: volo: explicetur velle eligentis, seu velle efficax, quod est actu velle, tunc est matrimonium. Quod prebari potest. Verum matrimonium est: quando est consensus expressus de presenti mutuus inter personas legitimas, sed istis verbis: in isto sensu dicto: verē explicatur consensus de presenti, ergo est matrimonium.

monium. Quod verè explicetur: patet. Quia dicens: volo te esse v- Adria. in -
 uxorem meam. nihil aliud est dicere, q̄ capio te i uxorem meã, sed 4. de spon
 istis verbis verè explicatur consensus de presenti, ergo & alijs salibus.
 equiualentibus. Hanc sententiam affirmat do. Adrianus.

Dubium. 2

¶ Restat inquirendum. Quid agendum est quando non cõstat
 de intentione. Ad hoc respondet dominus de Palude: q̄ in hoc, &

Dillutio.

A in omnibus verbis dubijs an faciant matrimonium, vel sponsalia:
 attendendum est de quo inter partes actum fuerat. An de sponsa-
 libus tantum contrahendis, vel de matrimonio. Quia secundum in-
 tentionem iudicandum est pro sponsalibus tantum, vel pro matri-

Palu. 4. d.
 27. q. 2. ar
 4. con. 5.

monio. Intelligentia enim dictorum (secundum Hilarium) ex cau-
 sis est assumenda dicendi: quia non res sermoni, sed rei sermo sub-
 iectus est, extra de verbo. significatione. c. Intelligentia. Si dubi-

Hilarius.
 13. de. Tri.

um sit de quo agebatur, tunc si ille qui primo locutus est dixit ver-
 ba, de quibus constat: cui determinatè deseruiunt, vel sponsalib⁹
 vel matrimonio: secundum intellectum illorum debet intelligi ver-
 ba sequentis, qui videtur ad interrogata respondere. Hec sic affir-
 mat do. Adrianus. Verum hoc dictum est sanè intelligendum, quã

Adri. in. 4
 q. vltima.

B do verba sunt equiuoca, & possunt intelligi pro matrimonio, vel
 pro sponsalibus. Quia si verba essent determinata pro sponsali-
 bus: vno loquente de presenti, & alio respondente de futuro: non
 debent intelligi pro presenti.

3. dubium

¶ Sed an istis verbis: contrabo tecum, vel do tibi fidem si vis,
 & altero respondente eodem modo: contrahantur sponsalia, vel
 matrimonium. ¶ Pro solutione est notandum, quia hec conditio: si

Nota.

vis: potest facere duplicem sensum. Vel do tibi fidem, & contra-
 bo tecum si vis. i. si tu vis vt cõtrabam, vel si tu vis vt dem tibi fi-
 dem. Secundo modo potest intelligi: contrabo tecũ si vis. i. si tu si-
 militer vis mecum contrahere.

Solutio.

¶ Re. quod primo modo intelligendo: est contractus conditio-
 natus, & existente conditione: stat matrimonium, & ea non exi-
 stentes: non stat. Quia contractus emptionis, & venditionis colla-
 tus in euentis, vel vendentis voluntatem: non tenet, nisi in euentu

Ratio.

condi

3. iiii

cōditionis, vt patet in l. Vendentis. C. de cōtrahen. emp. Ergo a si
mili in presentiarum. Si ego dicam Marię: contrabo tecum si tu
vellis vt contraham: non erit matrimonium, etiam si ipsa respon-
deat: contrabo tecum si tu vellis, nisi ipsa Maria habeat actum
quo vellit ipsum contrahere. Et probatur clarius. Nam matri-
monium, vel sponsalia sub conditione honesta, & possibili contra-
cta: non habent vim obligandi, nisi in aduentu conditionis, sed is-
te contractus sic est conditionatus, ergo non obligat nisi cōditōe

Alia rō.

Adria. in
4. q. penul-
tima.

adueniente. Istam sententiam tenet. do. Adrianus. Si tamen illa
conditio si vellis: capiatur in secundo sensu. s. contrabo tecum si
vellis, vel si tu mecum vellis contrahere: dicit q. ipsa aduertente
& respondente: contrabo tecum, si per verba de presentie est ma-
trimonium, si per verba de futuro: sunt sponsalia. Hoc n. foro ex-
teriori, quia tunc iudicaretur conditio tanq̄ adimpleta. Patet ff.
de fide in tr. l. Cum de lanionis §. A sinam. Sed tamen in foro con-
scientię standum est intentioni contrahentium. Si enim ipsi intē-
debant se obligare mutuo. s. q. Ioannes volebat se obligare Marię
Maria ipsi volente, & Maria se obligauit: erit verus contrac-
tus. Istam intentionem solent communiter habere qui huiusmodi
verbis loquuntur. Et sic dum aliud de intentione non constet: in
viro p̄ foro iudicandum ē pro matrimonio.

Adri. ubi
supra.

Dubiū. 4.

¶ Adhuc est dubium Vtrum istis verbis. habeo te in vxorē.
Et muliere respōdente. habeo te in virum, sit matrimonium, vel
spōsalia solū.

Nota.

¶ Pro cuius explicatione oportet notare. Vtrum istis verbis
add. Aliqd. determinatū, vel nō. Si addit: vt si diceret. habeo te in
vxorē ab isto instanti p̄ eternū. Vel solū absolute p̄fert verba ipsa.

1. conclu.

¶ Si istis verbis de futuro habeo te in vxorem meam: addi-
tur ista particula: ab isto tempore, vel ab isto instanti: est verum
matrimonium, & non sponsalia. Nam l. ceter ipsa verba de futu-
ro exprimentur, & secundū se sponsalia denotent cum tali con-
ditione: iam videtur quod contentiant de presenti in matrimoni-
um. Hoc est expresse determinatū in. c. Ex parte, de sponsa. Quia
ibi

ibi iudicatur pro matrimonio. Vir enim iuravit quod ab eo tempore eam pro coniuge teneret, et sicut uxori fidem servaret, et illa similiter. Sic omnes iurisperiti tenent ibidem matrimonium esse. Ratione sic probatur. In illo qui talia verba proffert cum intentione. explicatur consensus de presenti, ergo verum est matrimonium. Ratio ad
conclusionē.

Amonium. Quia explicatur ab isto tempore: habebō, ergo ab isto tempore iam capio, ergo verē capit. Et est idem ac si diceret: accipio te in meam, sed istis verbis fit matrimonium de presenti, ergo et simili modo alijs verbis, posita clausula: ab isto instanti, vel deinceps.

Illis verbis. habebō te in uxorem, et ipsa respondente: habebō te in virum: olim contrahuntur sponsalia: secundum se, et non matrimonium, sicut in foro iudiciali, et conscientie iudicantur. Probatur. Verba que denotant executionem matrimonij in futuro: quamvis inducant obligationem ad statim: non tamen pro tempore prolationis, sed pro futuro. Alias idem esset dictum: habebō te pro uxore, et habeo te pro uxore, ergo ex hoc quod statim contrahitur per illa verba obligatio non habetur quod eo ipso, et per illa verba contrahitur matrimonium. Consequentia tenet. Quia satisfacit utriusque obligationi si immediate post hoc incipiat consentire, et sic eā habere pro uxore. 2. conclusio.

Deadem penitus significant ista duo alio futuro tempore habebote pro uxore, et habent te pro uxore, sed sub prima forma non contrahitur matrimonium, ergo nec sub secunda. 1. ratio.

Per verba executiva in presenti concepta non contrahitur matrimonium, sicut nec per executionem facto subsequentam, nisi inter partes agatur de matrimonio contrahendo; et tunc non refert quibus verbis exprimant suum consensum de presenti: quamvis alias sit inepta. Patet. Cum quis contraxit cum serva, quam 2. ratio.

pitavit liberam, deinde donata est libertate; quantumcumque 3.
etiam post libertatem tractat: cognoscit, et habet pro uxore, sine Nota.
notio, nisi detecta fuerit mutatio status, vel constiterit alijs de ani-

mo: q̄ de nouo contrahere vellit, vbi matrimonium non fu erit rec-
tē contractum. Quia intelligitur omnia facere ex primo consen-
su, quem habuit contrahendo cum ea: dum ipsa erat serua, per c.
primum de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulte-
rium, Et per. c. 2. de coniugio seruorum. Immo si moueatur vxor
ri questio status si vir cognoscat eam, et tractat vt vxorem ex
mandato Ecclesie, quo vsq̄lis decissa fuerit: non facit sibi pre-
iudicium: vt de nouo dicatur contraxisse matrimonium, vt dicit

Hosti. cum Hostien. Et est cōmunis opinio iuristarum. A simili ergo in propo-
cōmuni o- sito. Si ex hoc q̄ tunc non fuit matrimonium: dato postea tractet
pinione. eam vt vxorem nō est matrimonium. Sic dato illis verbi postea
Nota. obligetur. ad contrahendum: cū tempore prolationis non obli-
Magi. sen. gatur: sequitur q̄ non est matrimonium. Hęc est opinio Magistri
4. d. 27. sen. et Pauli. ibidem dicentū: q̄ predictis verbis habebō te in vxorē
Palu. ibi. q̄ rem: solum contrahuntur sponsalia, etiam si iuramento firmentur.
2. ar. 4. Et est cōmunis Theologorū. Immo inter iuristas tenet eā Hugo.
Hugo. Laure. 20. d. & plures alij. Et Archi. in. c. Ex parte, de sponsa. Et
Lauren. tenet dominus Adrianus. Et vt refert ibidē idem Doctor: Ange-
Archi. lus de Vualdio Perusinus ait. Si quis in Ecclesia, vel alioloco sa-
Adri. in 4 cra tangens eloquia iurauit se in vxorem aliquam habiturum, et
de sponsa. eam in domum traduxit: vxor legitima efficitur, quam de domo
Nota. expellere sine iusta causa ei non licet. Consentit ergo q̄ per ver-
ba: habebō te vxorem &c. sub iuramento prolato solum sunt spō-
salia, et tradūctione presumitur matrimonium.

Dubium. 5 ¶ Vtrum: non capiam aliam in vxorem nisi te. Vel non habe-
bo aliam nisi te: sit matrimonium.

Solutio. ¶ Respondetur: q̄ istis verbis: nō contraham cum aliqua quā
tecum. Et istis: non habebō aliam in vxorem nisi te. Et istis: non con-
traham cum aliqua alia muliere a te, Et non contraham cum ali-
1. ratio. qua alia muliere nisi tecum: non ex verborum vi contrahuntur
sponsalia. Quia si essent sponsalia: sequitur q̄ ex hoc obligaretur
eam dicere aliquando, sed hoc non, vt patet ff. de act. emp. & v̄
l. Si sterilis. §. Si tibi fūdum. Est casus ibi: si tibi fundum vendide-

ro cum pacto, vt nulli alij venderes q̄ mibi: actio eo nomine etiã venditio est si alij vendideris, sed secundum omnes non obligaris mibi vendere.

Item. Si quis diceret: promitto nihil aliud dare ex bonis meis, q̄ vineam, vel oliuetum: non obligatur dare oliuetum. Sequitur ergo a simili q̄ istis verbis: nõ habebõ aliam nisi te solam. Vel non accipiam aliam nisi te solam: q̄ non contrahit obligatio aliqua. Probatur. Quia sicut propositio negatiua nihil ponit in esse, ita promittēs factum negatiuũ: non obligat se ad aliquid positiuẽ faciendum. Vnde Palud. deducit: sponsalia solum contra bi propositione affirmatiua, non autẽ negatiua. Quia si dicat: promitto tibi quod nunq̄ ducam aliam a te: non tenetur eam ducere si vellit continere, sed si vellit contrahere. non licet aliam ducere, sicut cum alicui prohibetur alienare seruum extra familiam, non tenetur alienare, sed si alienet: tenetur in familia. Hęc aserit do. Adria. 2. ratio.
Palude. d.
27. 4. q.
1. ar. 1.
Adri. in
4. de spõsa

ARTICVLVS 18.

BE De contractu sub conditione impossibili.

Veritur. Vtrum contractus matrimonij teneat si fiat sub conditione impossibili, vel turpi. Vtrum vitietur. Pro cuius solutione oportet primo notare: q̄ impossibile capitur dupliciter. Vno modo. Impossibile quod per nullam potentiam fieri potest, nec ponitur in conditione tanq̄ faciendum. Aliud est impossibile quod idem est q̄ difficile. Vt est illud. Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorũ i. difficile: Sicut dicere solemus. Impossibile est q̄ ego sim summus Pontifex, quia difficulter sic erit.

Nota 1.

Ex Arist.

1. Celi tex.

co. 111. 11

4. 115

Math. 19.

Notandum etiam: quod conditio turpis que apponi potest contractui: est duplex. Vel turpis, que est cõtra bona matrimonij. Vel turpis que non est directe contra illa, sed preter illa.

Notandum. 3. Contractum esse irritum, vel validum. Et at duplici.

dupliciter. Vno modo in foro conscientie. Alio modo in foro exteriori, Et ite dupliciter. Vno modo stando in iure naturali. Alio modo stando in iure positivo. His suppositis fit prima conclusio.

Conclu. 1.
Supplemē
tum, d. 28
42.

¶ Contractus matrimonij, seu sponsalium sub conditione impossibili, quod impossibile non est factibile: non est validus in foro conscientie, nec stando in iure naturali. Vt si quis contrahat sub ista conditione impossibili: ego accipio te in meam: si Deus non est, vel si solem pugno clauseris. Tunc si tales verè voluerunt contrahere existente conditione: stabit, et non stante: nullum est matrimonium in foro conscientie, nec in iure naturali stando. Nam matrimonium de essentia sua requirit consensum liberum, extra de spon. c. Tue frater, sed in tali contractu deficit consensus, ergo nullum est matrimonium. Patet ex hoc quod consensus fertur stante conditione, ergo ipsa non stante: non est talis consensus.

1. ratio.
Sup ar. 2.
Docto. d.
27.

2. ¶ Si aliquis diceret: ego vendo tibi hanc domum: si Deus non est: nullus dicet hunc contractum esse venditionis, ergo a fortiori cum ad matrimonium magis requiratur non erit contractus matrimonij sub tali conditione impossibili.

3. ¶ Si quis contrahat hac conditione: si pater consenserit. Stante conditione est verus contractus, et non stante: non stat, ergo etiam si quis contrahat cum hac conditione: si Deus non est: non stante conditione non tenebit secundum se. Probat. Quia non maior consensus est in vno, quam in alio contractu, quia totum ex euentu conditionis pendet, ergo quomodocumque conditio apponatur: ipsa non stante: non erit matrimonium.

4. ¶ Cum impossibilis conditio dicitur obligationi: nihil valet stipulatio, ut est text. in situ. de iuri. stipu. §. Si impossibilis. Idem l. impossibilis de verborum significatione. Et l. in possibilium ff. de regulis iur. dicitur: quod impossibile non est obligatio, ergo sequitur quod nec in proposito.

2. conclu

¶ Contractus sponsalium, seu matrimonij sub conditione impossibili faciendi quod non est possibile ex natura rei: stando in foro conscientie, et in iure naturali: stat stante conditione, et non stante ante:

stante: nõ stat. Vt si aliq̄s cõtrabat sic: ego cõtrabo tecũ si dederis
 mihi regnum, vel si filio meo dederis episcopatum. Si cõsensus talis
 cõtractus feratur in aduentum cõditionis: stante ipsa stabit, et nõ
 stãte nõ. Patet ex supradictis. Quia ad matrimoniuẽ requisitus cõ
 sensus, talis deficit non stante conditione, ergo nullo modo tenet.

Ratio.

A ¶ In foro Ecclesie nullo modo est presumptum matrimonium
 contractum sub conditione impossibili ex natura rei, si contrahẽ
 tes expriment nolle obligari nisi in euentu cõditionis. Quia Eccle-
 sia non facit quod non est matrimonium: esse matrimonium, ergo
 cum ille contractus non sit matrimonium: non facit eum esse. Sed
 tamen potest presumere, quia iudicat de exterioribus, ergo debet
 ex ipsis contrahentibus iudicare pro matrimonio: tanq̄. presu-
 mens q̄. liberẽ se voluerunt obligare: sine euentu conditionis, &
 quod iocose apposuerunt eam; sed hoc non potest quando const-
 tat conditionem serio positam, & noluisse obligari nisi conditioẽ
 stante, ergo non est matrimonium presumptum tunc. Hanc deter-
 minationem singularem tenet. do Adrianus, vbi ait secũdũ com-
 mune doctõrum sententiam. Constito quod animus vtriusq̄, vel
 alterius contrahentium: non fuit contrahere nisi sub existẽtia cõ-
 ditionis: non esset in foro iudicali pro matrimonio iudicandum,
 vt si expriment, & nisi conditio euenerit: nolimus inuicem esse
 obligatos. Vt si diceret, Si est possibile stellã liq̄scere, & sic ruere
 in terram: non laqueatur matrimonio propter conditionis impos-
 sibilis adiectiõne n. Hęc Adrianus. De quo vide ibi.

3: conclusi.

Probano.

Ecclesiã iu-

dicat d' ex-

terioribus

solum.

Adria. in

4: d' spõsa.

Adria.

C ¶ Et probatur adhuc. Quia adijciens conditionem non obli-
 gat se nisi in conditionis euentu. Contractus enim ex conuentione
 legem accipiunt. c. Contractus, de regulis. in li. 6. Ergo cum euen-
 tus conditionis sit impossibilis: non est vnde in iure presumatur
 pro matrimonio. Hanc sententiam ponit quidam doctõr Step-
 hanus in sacramentali neopolitano: dicens. Si adijciens conditionem
 simpliciter impossibile: addat quod aliter contrahere non inten-
 dit, quia mens certa est: non est locus coniecturis. Et sic i neutro fo-
 ro iudicãdũ esset pro matrimonio. Istum doctõ. allegat do. Adria.

2.

Stephanus

¶ Ma.

4. conclu. ¶ Matrimonium contractum sub conditione impossibili faciēda: Ecclesia reputat, & presumit esse verum, etiam sine conditionis euentu. Quia reputat pro non adiecta. Vt si aliquis contrabat sic. Contrabo tecum si regnum mihi dederis, est hęc conditio impossibilis tanq̃ faciēda: Ecclesia habet tanq̃ non adiecta, q̃a presumit q̃ consensus ex tali non dependeat conditionis euentu. Item ¶ Quia non vult istum obligari ad talem conditionem ponendam, sed approbat consensum tanq̃ si absolutē esset datum. Sicut & in conditione turpi facit, quia non vult Ecclesia istum obligari ad talem ponendam conditionem. Nec tunc Ecclesia facit matrimonium, quod non erat matrimonium, sed illud quod erat matrimonium: stante conditione facit: q̃ etiam si non adueniat: sit tanq̃ si euenisset. Qui non credit omnino velle obligare alium ad tantū onus subeundum. Hoc patet ex c. ultimo, de condi. apposi. vbi determinatur: quod impossibilis, & turpis conditio habētur p̃ non adiectis, & non inuoluntant matrimonium, sed in fauorem ipsius hoc factum est. Et hoc patet ex hoc quod pro eodem reputatur: q̃ sit contractus sub cōditione turpi non cōtraria bonis matrimoni, vel impossibilis, ergo loquitur de impossibili isto modo. ¶ Secūda Ratio est. Quia Ecclesia non vult obligare ad hoc impossibile.

5. conclu. ¶ Si tamē Ecclesie cōstat de vtroq̃ cōtrahētū, vel ipsorū altero q̃ cōsensum suum in cōditione posuerint: q̃ ipsa stāte esset matrimonium, et ipa nō stāte: nullo mō presumeret p̃ matrimonio, sed potius e cōtra. Probatur ea ratiōe quā sup̃ius in. 3. diximus de cōtra. Et factu sub conditione impossibili: secundum naturam rei. Quia tunc quando constat de voluntate contrahentium: non habet pro non adiecta conditione impossibili. A simili ergo nec quādo illud fit sub conditione. Quia vtrobiq̃ par videtur ratio. Hoc expref-

Ratio.

Caieta. in se affirmat do. Caiet. respondens ad textum illum vlti. de conditionibus apposis sic. Ad rationes ante oppositum respondeo vnica responsione. Q̃ō in foro iudiciali ob fauorem matrimoni presumitur contrahens omnem conditionem turpem non contrariam substantię matrimoni, vel impossibilem habere pro non adiecta, sicut

sicut in testamentis, seu ultimis voluntatibus: nisi colligi possit, et doceri contrahentium animos, vel eorum alterius animum fuisse non contrahere: nisi sub conditionis euentu, et aliter non. In alijs autem contractibus non est talis fauor inducens ad hoc presumentum. Et sic procedunt textus ante oppositum inducti. Ecce sententiam istius doctoris, quod quomodocumque constet Ecclesie de intentione contrahentium sub conditione impossibili. scilicet seclusa illa voluerint contrahere: nec est matrimonium in foro conscientie, nec in foro iudiciali est iudicandum pro tali.

Sic Adria. in. 4. Palu. d. 27 q. 2 co. 5. Et medina de contra. ti. q. 23. 6. conclu.

¶ Sponsalia, vel matrimonium contractum sub conditione turpi, et non contra substantiam matrimonij: tenet ante aduentum conditionis. Vt si aliquis dicat: ego contraham tecum si furtum committas, sunt sponsalia sine aduentu conditionis. Hoc probatur ex c. vltimo de conditio. apposi. vbi Ecclesia determinat verum, et absolutum contractum. Quia talem conditionem habet tanquam si non esset adiecta. Ratio est. Quia illa conditio licet de facto sit factibilis, non tamen de iure, quia nulli licet furari, et sic qui sub tali conditione contrahit: videtur absolute contrahere, quia non potest aliquem ad peccatum obligare, sicque Ecclesia habet illam tanquam si adiecta non esset, quia tanquam impossibilem reputat.

Ratio.

¶ Sponsalium, vel matrimonij contractus sub conditione turpi: contra bona matrimonij: est nullus, vt si quis dicat: contraham tecum si venena sterilitatis percures, vel si generatiōne plures euites, vel vsque dum aliam te ditiorē, vel pulchriorē inueniā. Hec conclusio est expressa determinatio. c. supra allegati. Et ratio est. Quia si contractui apponatur conditio, cuius conditio est talis: quod posita ipsa: contractus tollitur: non habet talis contractus vigorem, vt si diceret aliquis: vado tibi hanc rem: sub conditione quod non sit tua: non valet contractus, quia conditionis positio repugnat essentiae contractus. Ergo a simili, ponere: contraham tecum si plures euites: non tenet, quia matrimonij contractus hoc in se necessario includit quod ad prolem, vel propter prolem sit. Et similiter de alijs bonis:

Conclu. 7. Cōditio eō tra. bona matrimonij appositā vniatcō tractum.

¶ Si conditio contra bona matrimonij appositā sit per modum assertionis, et non per modum obligationis sub tali conditione: contractus

8. conclu.

Ratio. tractus tenet. Quia habetur pro non adiecta. Vt si dicat aliquis: contrabo tecum si generationem prolis euitabis, sic vt conditio apponatur: vt ipsa stante sit obligatio, et ipsa non stante: non sit, sed additur in modum assertionis. Huius ratio est. Quia talis conditio cum sit turpis: habetur pro non adiecta: quando non fuit posita: tanquam ex ipsa dependeret obligatio, sed fuit addita. Si ergo turpis est, et non contra bona matrimonij: erit matrimonium talibus verbis contractum. Sic textus interpretari debet, quod quando apponitur conditio contra bona matrimonij: non valet contractus, intelligitur quando apponitur conditio per viam obligationis obligantis ad illud. Si tamen ponatur in modum assertionis: tunc valebit matrimonium. Quia conditio turpis, que non est contra essentiam matrimonij: habetur pro non adiecta. Hanc propositionem ponit *Adria.* vbi supra.

Adrian.

Ioã. andre. limitatio. Circa tamen textum illum quando apponitur conditio contraria bonis matrimonij est notanda limitatio *Ioã. And.* in dicto. c. quod. si intelligitur c. illud: quando vterque contrahentium consensit, quia tunc contractus est nullus, Vt si aliquis dicat: contrabo tecum si prolis generationem euites. Si enim vterque consentiat: non est matrimonium. 32. q. 2. c. Aliquando. Si enim vnus dicat: contrabo tecum si generationem euites, vel donec aliam ducere inueniam, si alius contradicat: est matrimonium, vt in. 1. c. Idem si taceat, quia presumitur quod contradicat in fauorem matrimonij: vt supra dictum est. Idem *Hosťiensis.* Et tandem circa conditiones appositae diligens esto,

Hosťixn.

Epiloga - no contra-ctuum sub condicione Quia vel conditio est possibilis, vel impossibilis. Si possibilis, aut ex natura rei. Et tunc nullum est matrimonium, nec ratum, nec presumptum. Si vero sit conditio impossibilis facienda, et non constat de intentione contrahentis: habetur pro non adiecta. tanquam turpis propter auctoritatem Ecclesie irritantis, ac si ex natura rei esset irrita. Si vero est possibilis. Aut est necessaria. Et sic semper contrahitur. Aut est contingens. Et sic si est turpis, et non contra bonum matrimonij: nihilominus tenet matrimonium, quia habetur tanquam

nō adiecta. Si autem est honesta. Aut est de futuro. Aut de presē
 ti. Si de presentī: tenet matrimonium ea stānte. Si de futuro: habe
 tur vice sponsalium. Volotamen noteiur q̄ Angelus in verbo
 matrimonium impedi. 3. §. 2. dicit: contrabo tecum si te ad adul- *Angelus.*
 terandum prostituēris: licet canonistę communiter teneant q̄ nō
 est matrimonium, tu tamen dic q̄ sic, et conditio recipitur, quia
 A non est contra essentialia matrimonij. Iste doctor nō aduertit tex-
 tum expressē dicentem contrarium. De condi. ap. c. finali.

ARTICVLVS. 19.
 De conditionibus appositis.



Trum si aliquis dixit hec verba: capiā te in vxō-
 rem si patri placuerit, et pater primo dissentit, de
 inde consenti. Vtrum sint sponsalia.

R: q̄posito semel contradixit: verē sponsali *Solutio.*
 a sunt soluta, et amplius non tenetur. Hoc patet

B ex. c. Per tuas, eodem ti. Vbi ex copula carnali non iudicatur p̄
 matrimonio: si probatur patrem aliquando contradixisse ante
 copulam carnalem, vt patet ex fine. c. Aliās oporteret sic contra
 hentem spectare ad totam vitam patris: priusq̄ extinguerentur
 sponsalia. Vndē sicut copula carnalis nō facit vinculum matri-
 monij: si inuenit extincta sponsalia sic in proposito, super venien-
 te consensu patris non erunt sponsalia, si primo dissentit, dato
 postea consentiat. Hoc oportet notare propter publicam honesta *Ex spōsali
 bus oritur
 publica ho*
 tem q̄ ex sponsalibus oritur.

Sed postq̄ semel pater dissentit, et post consentit: vtrū ma- *Dubium.*
 nentibus ipsis in prima p̄missione, et voluntate priori sint sponsa-
 lia Et si iungātur carnaliter: sit matrimonij. **Ad hoc do. Car. Car.**
 in. c. Super eo, despon. dicit tenere matrimonium, vel sponsalia, si
 partes manserint in eodem proposito, vt refert Angelus. Tamen *Ang.*
 hoc est sane intelligendum. i. si habeant animum se obligandi, vt
 prius obligati sunt. Nam si solum sint in proposito perficiendi id

- ad quod obligabantur ex primo contractu: non sunt sponsalia, neque matrimonium, cum illud primum iam inualidum fuit per dissensum patris. Nec potest validari nisi per nouum consensum, Cuius similitudo est: si quis per errorem conditionis contraxit sponsalia, vel matrimonium cum serua, et eo manente eiusdem proposito: sit libera: non est matrimonium, etiam si tractet eam ut uxorem, et eam vocet uxorem, si de nouo non consentiat, quia ex publico contractu nulla obligatio orta est, et de nouo non potest oriri, nisi ad sit nouus consensus interior, vel exterior. Sic quidem sufficeret inter quando precesserunt uerba exteriora. Quod probatur p. c. primum, de eo qui dux. in ma. eam, quam pol. per adulterium Et c. 2. De coniugio seruorum. Et singulariter Panor. c. vlti. de condicio. appo. Et tene mente hanc determinationem, quia inuabit multum ad iudicandum de isto casu. De quo infra. ¶ **U**trum si quis contraxit cum consanguinea intra quartum gradum, et post dispensatum est a Papa, et mutuo habitant ex primo consensu, et post contrahunt cum alijs: debeant redire ad primam. Ex ista enim determinatione, respondendum est quod non est dissonus, quia primus nunquam fuit verus contractus, ex quo a principio non valuit, De quo infra.
- Dubium.** ¶ Sed quid si pater, neque dissentit, neque consentit?
- R.** Quicquid dicat Angelus: quod sicut dicit Hostiensis, et de Cardina. in c. Super eo. esse matrimonium, et quod hoc est speciale in matrimonio in fauorem ipsius. Et sic probatur. Vbi in conditione non fit specificatio ad consensum expressum, vel uerbis insinuate: videtur sufficere pro conditionis impletionem tacitus consensus, sed quando pater non contradicit: est tacitus consensus, ergo ipse videtur sufficere. Quod probatur, in c. unico, de sponsa. impub. in .6. Unde in casu quo parentes contrahunt filio presente, et non contradicente, est verum matrimonium, vel vera sponsalia, iuxta modum contrahendi. Ergo a simili in proposito. Si aliquis contrahat sub conditione: si pater consentiat, et ipse nihil loquatur nec consentiat, neque dissentiat in fauorem matrimonij: est pro matrimonio iudicandum.
- Sicque

Sicq̄ patre testificāte tūc interius cōsēnsisse iudicādū ē p̄ matris mōio, licet exprāse nō cōsēserit exterius. Sic do. *Adria. vbi sup. 4 de spon salibus.*

¶ Quid de isto contractu. Capiō te in vxorem: si es virgo. *sup. 1. dubium. 1. argu.* posito q̄ non sit virgo. An sponsalia contrahantur. Et videtur q̄ sic. Quia conditiones impossibiles adiecte contractibus, & legatis habentur pro non adiectis. l. Obtinuit. ff. de condi. Et de mo. & pre

A cipuē in fauorem matrimonij, vt patet in c. fina. de condi. appo. sed impossibile est corruptam esse virginem. Postq̄ semel corrupta est (vt dicit Hieronymus). Ob hoc dicit *Hofstien. q. si quis tali conditione contrahat: erit matrimonium, etiam si non inueniat virgo, sed corrupta. ar. ff. de contrahen. emp. l. Alioqui. Et. 29. q. 2. §. 1.* Sed tamen melius dicitur: q̄ talis contractus non existente conditione non tenet: Et si nō inueniatur virgo non valet. Quod probatur. Iura enim disponētia q̄ conditiones impossibiles in legatis habentur pro non adiectis: loquuntur de impossibilibus de per se, & ex natura rei, hoc autem impossibile: q̄ virgo sit: iā corrupta: est impossibile de per accidens. Propter hoc tenet contra

Hierony. Hofstien. Dillutio. Dubij. 1. ratio.

Etus adueniente tali cond. tione. Defficiente verō, minimē. Sic *Siluef. in per se, & ex natura rei, hoc autem impossibile: q̄ virgo sit: iā corrupta: est impossibile de per accidens. Propter hoc tenet contra 3. q. 8.*

B uester, & Couarrubias

Couarru. 2. p. epitbo ca. 8.

¶ Preterea. Si cum aliqua contraham sub hac cōditione: ego contrabo tecum si es nobilis, talis, vel talis generis, sic q̄ nō habeo consensum nisi adueniente conditione, certum est q̄ si conditio de sit, non erit matrimonium, dato quis absolute ignoret eam esse ignobilem, sed existimet nobilem: tenet. Tamen si sub cōditione id faciat: non tenet. Impossibile est enim hanc esse nobilem: cum ignobilis sit.

¶ Item Si ego lego Berte. 10. si ante mortem meam fornicata non fuerit, si fornicata est: legatum non tenet, & tamen conditio est impossibilis. s. q̄ non sit fornicata: cum fuerit, quia ad prætium nō est petētia. Sequitur ergo in appposito: q̄ nō stante conditione: non erit obligatio contractus. Hanc tuctur Petrus de Palude, & do. Adrianus. in. 4. qui citat pro ea Stephanum de Caienta in sacramentali Neapolitano addentem: q̄ si adiciens conditio

3 ratio. Arif. 6. ethi. c. 2. S. ibo. p. p. q. 25. ar. 4. et cōmuniter docto. in. p. sen. 4. 22.

tionem
b ij

Palu. in. A. d. 36. q. 2. ar. 5.
Adri. in. 4. Pisa. ma- tri. 6.
 tione simpliciter impossibilem: addat q̄ aliter contrabere non intendit, quia mens certa est: non est locus coniecturis, & sic in nullo foro pro matrimonio iudicandum. esset secundum eum.

Adri. in. 4. Pisa. ma- tri. 6.
 ¶ Ad motiua Hostiensis responder. do. Adria. vbi supra, quia q̄ plurima vitiant coniecturā in modum conditionis, seu ratione erroris. Idem finaliter tenet summa Pisana.

2. dubium.
 ¶ Quòd si queras. Vtrum istis verbis. contrabot tecum si Papa dispensat: sint sponsalia Papa dispensante.

Inno. Abbas. Cardi. S. Tho. 4. d. 29. ar. 3. Maio. 4. d. 28. q. 4. Nauarro in manu. conse. 22. nume. 87 Boernus de ci. 264. Cōtra. Pre po. Calde. & Anto.
 ¶ Respondetur q̄ non. Nullum enim vinculum ex contractu oritur: qui fuit nullus. Sic Innocen. Abbas. Cardi. c. Super eo. Ita vt adueniente dispensatione sit requisitus nouus consensus, vt ait S. Tho. & Maio. & Adria. Quāuis Calderinus, & Anto. & Prepo. in dicto c. Super eo teneant contrarium. Existimant enim q̄ adueniente conditione non requiritur nouus consensus. De regulis iuris. De quo in 3. p. huius operis latius, & diffusius agemus Deo dante.

¶ Dubitatur. 3. Vtrum sponsalia sint istis verbis vno dicente: ego accipiam te in vxorem, & alio respondete: fortē ego accipiā te in virum. Vel parentibus loquētibus filio sic: duc istam in vxorem; ipso respondente: fortē capiam, et alia absente dicente: capi am. Hoc dubium peto non sine causa, eo quòd apud Michuacanē ses sit in vsu iste modus, si quidem vno absente loquente: alius respondere solet per verbum (notero) quod significat: fortē, vel lingua vernacula (por ventura) & contingebat eos statim iungi.

1. conclu.
 ¶ Prima conclusio ad dubium. Per ista verba dubitatiua secundum sensum quem videntur facere dubitantis non est presumendum matrimonium, nec sponsalia. Quia ad sponsalia requiritur promissio certa de futuro, sicut ad matrimonium consensus de presentis; sed vbi sunt talia verba dubitatiua non est talis promissio, nec consensus, ergo nullus est contractus.

2.
 ¶ Ex sponsalibus oritur obligatio ad matrimonium sub peccato, sed talis qui per verba dubitatiua responder: nō tenetur ad ducendum talem: cui illa verba dixit, ergo nulla fuerunt sponsalia.

falia.

¶ Ista verba cum alijs absolute prolatis si statim sequatur tra-
ductio in domum, et copula nisi aliud obstet: matrimonium verū
A faciunt. Matrimonium enim stat per mutuum consensum ex pre-
sum verbis, vel signis, sed si post illa verba sit traductio, et copu-
la: est talis consensus, ergo est matrimonium. Patet. Quia vno p-
nunciante expressē: alio dicente: forte ita erit, & tunc de factō,
qui protulit verba traducit, et consumat: videtur alter in factū
consensisse, et ex virtute consensus alterius p-cessisse ad opus, ergo
est matrimonium. Dico nisi aliud obstet. Quia si tunc interius non
haberet talem consensum consumandi matrimonii: in foro cōsci
entie non esset.

¶ Et probatur ad hoc. Si vnus loquatur per verba de presen-
ti exprimens consensum, et alius interius non contradicat, & nec
exteriori dissentiat: si permittat se tractari sicut vxor: est verē
B vxor, et si consumat matrimonium: in vtroq; foro presumitur
pro matrimonio, iuxta supius dicta, secundū se ergo et in casu
isto quando ille qui per verba dubitativa respondit si consumet:
erit iudicandū pro matrimonio.

¶ Si traductio ista in domum, et copule consumatio non fiat
statim post verba illa expressa vnus, et dubitativa alterius, sed
longum tempus, vel saltim aliquod tempus interueniat: vt est mē-
sis, vel annus non presumitur pro matrimonio, nec in foro consci-
entie, neq; exteriori: ex virtute verborum que precesserūt. Quia
cum illa secundum se non habeāt vim sponsalium: nisi aduenien-
te aliquo exteriori signo: sequitur q, postq; non fuit statim sequu-
tum: vt est traductio in domum, vel copula: q; dato post sequatur
non presumetur pro matrimonio in virtute verborum precedē-
tium. Patet. c. Per tuas, de con. appo. Vbi per copulam carnalē
non iudicatur matrimonium, vbi sponsalia extincta sunt. Si tamē
de nouo tunc consenserunt interius, virtute illorum verborū pre-
cedentium: licēt multum temporis transierit: poterit iudicari tā
verum matrimonium. Et hoc oportet notare propter incolas

buius

b iij

2. conclu

1. ratio.

Supra. ar-
ti. 3.

Nota.

3. conclu.

Quō nō pre-
sumitur p-
matrimo.

Ratio.

Nota.

huius orbis, inter quos contingebat post prolationem vnius. ego accipiam te, & alio respondente: forte capiã te, vel forte capies me (quia his duobus modis fiebat aliquando) statim iungi, & consu mare matrimonium. Ob quod suspicatus sum q̄ illa verba: que dubitatiua videntur: ibidem non capiantur, sed tanq̄ affirmatiua. **A**
Tamen oportet cautè in istis procedere, & ex adiunctis tollere ambiguitatem, & aliquando de ipsis iudicare velut dubitatiuè dicta, aliquando velut affirmatiuè.

Dubiu. 4. ¶ Quid de istis verbis: quando tu morieris sepeliam te. An contrahantur sponsalia? Istud dubium petimus. propterea quia aliqui ex Michiacanensibus solent istis verbis contrahere.

Solutio. ¶ **R.** Absq̄ dubio illa esse sponsalia, & cum carnali copula fieri matrimonium. Quia vt nouimus: illi per talia verba volunt explicare mutuam cohabitationem futuram inter eos vsq̄ ad mortem, ac si vellet dicere sic: volo te capere, & quando morieris ego te sepeliam, quia simul erimus. Et similiter si ego moriar: prius motu me sepelies, quia simul cohabitabimus in vnum.

Nota.

CARTICVLVS .20.

Vtrum sponsalia de futuro per consumationem copule transeant in matrimonium de presenti, vel per traductionem in domum, vel per aliquid simile.

Nota.



Pro solutione notandum est: q̄ vel loquimur in foro conscientie, vel in presumptione Ecclesie. Secundo oportet notare, q̄a vel querimus vtrū per solam traductionem, vel per solam copulã sine nouo consensu fiat matrimonium. Vel vtrū interiori consensu cum istis fiat matrimonium ex sponsalibus. His consideratis respondetur.

14. conclu. ¶ Sponsalia de futuro mente, & verbis: non transeunt in matrimonium de presenti per cohabitationem, nec per traductionem ad domum, nec per oscula, nisi ad sit nouus consensus. Probatur.

Sola.

Sola cohabitatio, nec in domum tractio, nec oscula sunt suffi-^{1.} ratio, cō-
scientia ad matrimonium: ut patet, ergo nec ipsa si sequantur, post
sponsalia de futuro sunt sufficientia ad matrimonium secundum
se. Quia ad matrimonium verum requiritur consensus de presen-^{Sup. ar. 4.}
ti, sed per illa verba solum fuit de futuro, ergo si non adueniat no-
uus consensus: non probatur matrimonium in foro conscientie.

A ¶ Si aliquis consentiat de presenti in aliquam cum qua est le-^{2.}
gitimum impedimentum, et maneat post simul, ablato impedi-
mento nullum est matrimonium, nisi adsit nouus cōsensus, ut affir-^{Panor. &}
mat Panor. c. Super eo, de condi. appo. Et Adrianus, et alij. Et nō Inno. & a-
ob aliud: nisi quia a principio non fuerunt posita necessaria ad^{lij. & asse-}
matrimonium, post quicquid fiat si nouus consensus non sit, qui ne-^{rit esse cō-}
cessarius est: non tenet. Sequitur ergo q̄ cum sponsalia de se ma-^{Loazes in}
rimonium non faciant ob defectum consensus: q̄ quantuncunq̄ tractatu d̄
sequatur tractio, simul & oscula: nullum erit matrimonium in^{matrimo.}
foro conscientie. Hoc doctores iuriste in. c. 1. de matrimonio con-^{12. dubio.}
tracto contra interdi. Ecclesie. Expressē Panor. c. fi. de sponsa.
Panor.

B ¶ Si post sponsalia de futuro sequatur tractio in domum,^{2. Conclu}
& oscula: est matrimonium presumptum ab Ecclesia Probatur. Ratio.
ex determinatione expressa. Extra de restitutiōe spoliatorum. c.
Ex parte, vbi dicitur. Per solam traductionem quam non preces-
serunt sponsalia, vel consensus legitimus, nec etiam fuerunt subse-
quuta; nullū inter eos est obligatorium vinculum, ergo ex textu
a contrario sensu: si traductionem in domum: sponsalia precesse-
runt: faciunt matrimonium quantum ad Ecclesie presumptionē,
que iudicat istum traducere istam ut suam affectu maritali. Of-
cula enim, et alios similes tactus honestos solum inter coniuges iu-
dicat solitos fieri.

C ¶ Post sponsalia de futuro verbis, et intentione, copula subse-^{3. conclu.}
quuta: non interueniente alio consensu: non facit in foro cons-^{1. p. pbatur}
cientie matrimonium, in foro tamen Ecclesie facit presumptum.
Prima pars probatur ex supra dictis. Quia si consensus ad ma-
rimonium necessarius non precesit, et de se copula talem non

facit

facit: nullo modo est matrimonium, aliòquin copula sola etiam seclusis sponsalibus esset sufficiens ad matrimonium.

¶ 2. Probatur, Quia iste actus cõmixtionis, nec ex natura rei, nec ex lege diuina est forma sacramentalis, nec matrimonij, vt constat, sequitur ergo q̄ ipsa copula per se etiam si præceperint sponsalia non facit in foro conscientie matrimonium. Et sic Sco-

Sto. d. 28. tus tenet istam primam partem conclusionis tanq̄ verã, & The-
S. Tho. in. ologi omnes, inter quos, S. Tho. ponit istam conclusionem, & pro
d. 28. ar. 2. bat eam sic. Carnalis copula in foro conscientie, vbi solum spon-
quolib. 5. salia præceperunt, non facit matrimonium. Quia etiam verba de
art. 15. præsentij vbi consensus mentalis deficit non faciunt, ergo nec de
Nicholaus futuro. Et adducit Nicholaũ Papã dicentẽ. Si consensus in nup-
Papa. rijs defuerit: etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. De quo
Ioa. Arbo. in sua theo- latẽ supra. ar. 5. Et doctẽ valde probat. Ioa. ar. boreus.
foli. 11. ca. 15.

¶ Ex quo sequitur q̄ si consensum interiore non habeãt con-
Corolla. sumandi matrimonium, vel solum habeãt persistendi in sponsali-
bus: non est matrimonium in foro conscientie.

¶ 2. Pars probatur. Extra de sponsalibus. c. Is q̄ fidem: deter-
2. p. pba. minatur: q̄ si post sponsalia fuerit copula subsequuta, & non cõ-
stat de dissensu: q̄ presumendum est matrimonium consumasse,
contra Hostien. qui dicit non presumi pro matrimonio. Cuius ra-
tio est. Quia cum Ecclesia iudicet de exterioribus, & iudicet in
bonam partem, presumit talem accedere tanq̄ ad suam, eũ m̄ p̄su-

mit eum non velle peccare. Et ob id stante tali presumptione iu-
dicat matrimonijũ consumasse. Quia ita est: q̄ si tale qđ presumi-
Salues. in verbo ma-
tri. 2. §. 15. tur in veritate sit: est matrimonium, cum sit consensus verus de p̄-
Maio. d. senti. Sed tamen cessante tali presumptione: quia constat de con-
28. q. pri. trario: nõ presumet Ecclesia pro matrimonio. Quod (vt docet
Adrianus. Adrianus) ex cir cunstatijs cognosci possit: vtrum ex animo cõsu-
mandi conuenerint tales, nec ne.

¶ Ex quo patet: q̄ si de consensu non constat: in foro consciẽ-
Corolla. tie non iudicandum pro matrimonio solum ex copula.

¶ Sed quid si coniuges dubitant, vcl ignorant quem habuerũt
Dubium. 2. consen-

consensum quando matrimoniū consumauerunt. ¶ Videtur dicē
dum: q̄ si non habuerunt expresse intentionem non consumandi;
vel actum cōtrariū sed solum sine actū aliquo formali accesserūt
in vtroq̄ foro esse pro matrimonio presumendum. Quia du
bia sunt interpretanda in meliorem partem. Et sic cum talis ac

Dilutio:
De regulis
iuris, c. 5.
Tho. 22, q̄
60, ar. 4.
Et ibi, do.
Caic.

Accessit: probabile est accessisse tanq̄ ad suam, quia non creditur pe
ccare voluisse. Item. Quia omnia que fecit post circa sponsam: ex
quo non reuocauit intentionem: videtur egisse in virtute primæ i
tentionis, & promissionis. Et ob id in dubio pro matrimonio præ
sumendum est: quando copula sequuta est: si ignoret: vtrū habue
rit, vel non habuerit. Quia si certō scit nullum habuisse consensum
non est in foro conscientie matrimonium, vel si habuit actū non
consumandi. Est consideratione dignum quod dicit Albertus ma

Nota pne
ophitis.

¶ Et potentiam coeundi puto: q̄ esset matrimonium: nisi dissen
sus ab vtroq̄, vel altero exprimat. Hęc Albertus. Que notan
da pro istis neophitis:

Albertus
magnus. d
28, ar. 2.

¶ Sponsalia verbis, & mente de presenti: sed secundum iuris
interpretationem de futuro propter etatem minorem vtriusq̄,
vel alterius: post legitimam etatem transeunt in matrimonium d
presenti per amplexus, vel oscula, vel iocalia, vel similia. Proba
tur hoc. Quia fuerunt antē de presenti, & solum fuit deffectus ex
etate, ergo postq̄ peruenerunt ad etatem; & se tractant vt con
iuges: in vtroq̄ foro est matrimonium: nisi interior dissensus ad
sit. Hanc conclu. ponit Panor in c. vlti. de sponsa. Et est determi
natio in c. Si infantes, de spon. impub. lib. 6.

4. conclusio.

Ratio.

Panor.

¶ Dico secundum iuris interpretationem: Quia possēt
esse: q̄ post legitimam etatem esset dissensus
interior, etiam si essent amplexus, &
oscula, & similia. Et tunc
non esset matrimo
nium ve
rum.

¶ Arti:

PARTICVLVS. 21.

Queritur quot modis sponsalia
dissolui possunt.

Alber. ma.
in. 4. d. 26
arti. 16.
Ex pfe-
sione. 1.



Sponsalia legitima dissolui possunt. 12. modis.

- ¶ 1.** Quando alter ipsorum religionem ingre- **A**
ditur cum effectu, vt. est quãdo religionẽ de appro-
batis aliquam profitetur. Extra de conuersio. con-
ju. c. Verum, & c. Ex publico.
- 2** ratione. **¶ 2.** Quando contraxit cum alia per verba de presenti. Quia
matri, minus vinculum soluitur per maius. Extra de sponsa. c. Si inter
Immo etiam si sint sponsalia de futuro, et subsequuta fuerit copu-
la. dissolunt sponsalia, quę precesserunt, vbi non interuenit copu-
la, cum in sponsalibus solum sit promissio, sed in istis. duobus cas-
bus est datio, vel exhibitio.
- 3.** qñ ad lo- **¶ 3.** Quando alter sponsus transiit se ad loca longinqua
ca longinq̃ ante carnalem copulam, et conuenienti tempore spectatus, et de
se transiu. bito modo requisitõ nõ reuertitur. Extra d̃ sponsa. c. Ex illis. Ra-
tio huius est. Quia tunc virtualiter non vult recipere promissũ
quandogidem non vult venire in patriã, vbi recepturus erat
promissum.
- 4.** ob gra- **¶ 4.** Quando alter ipsorũ incurrit grauem morbum, vt para-
uẽ morbũ. lypsin, aut lepram, aut aliam enormen lesionem, quę ipsum nimis
debilitant. Extra de iure. iurã. c. Quemadmodũ. S. Quod si. Et in
glo. vbi innuitur: q̃ etiam si iurasset ducere: non tenetur ducere,
sed tamẽ ductam iam non posset dimittere, etiam si infirmaretur.
- 5.** ob forn. **¶ 5.** Quando alter ipsorum fornicatur carnaliter, eo q̃ talis
habetur suspensus de non seruãda fide, quę est vnum ex tribus bo-
nis matrimonij. Et quia tunc iam ductam propter fornicationem
liceret quantum ad thorum dimittere, ergo a fortiori si nondum
factum est: soluitur promissio, et sponsalia non manent in suo vi-
gore.
- 6.** ob affi. **¶ 6.** Quando superuenit affinitas, vt si cognouit consanguineam

neam sponse, vel sponsa consanguineam sponsi. Quia tunc propter illam affinitatem superuenientem sponsalia tolluntur, nec tales possunt de cetero coniungi. Extra de consan. et affi. c. Super eo. Est enim impedimentum adimplendi promissum, vt si quis promiserit alicui dare certam pecuniam, et post lege precipiatur. **A**ne talis fiat datio: de obligat ur a solutione.

¶ 7. Quando alter alterum absoluit, ne deterius contingat vt ducat illam q̄ odio habet, sicut solet accidere: q̄ duo facile spondent, facile promittunt: adinuicem, sed tamen post penitentiam facti, & odio habent se, tunc ista sponsalia per mutuum ipsorum voluntatem dissoluantur. Extra de sponsa. c. Preterea. **¶** Si autē Nec ob id peccant. Quicquid alij dicant, vt docet celaia. **7. q̄a mutuo se absolunt.**
¶ Celaia in. 4. d. 27. q̄

¶ 8. Quando impuberes contrahunt sponsalia, et post ad legitimitatem peruenientes non consentiunt reclamantes, quia hoc concepsum est eis propter defectum etatis: vt possint sponsalia contrahere, et post adultam etatem reclamare. Liberum est enim eis tunc acceptare, vel reclamare. **3. q̄ in eta te legitima reclama. tur.**

¶ 9. Si fama sit: q̄ inter eos sit aliquod impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, etiam si non sit certum tale esse impedimentum, sed aliquod est scandalum de huiusmodi coniunctione: tunc ad tollendum istud scandalum, etiam si non constet de impedimento: dissoluitur sponsalia. Extra de sponsa. Cum in tua. Et de consan. et affini. c. 2. **9. ob famā de impēdi memo.**

¶ 10. Quando quis promissit contrahere intra certum tempus vt infra vnum annum, nec stetit per eum quin illo tempore adimpleset promissum, tunc ipso facto tempore transacto soluitur sponsalia, quia promissio solum facta est in tali tempore signato. Extra de sponsa. c. Sicut. **10. q̄n non stat condi.**

¶ 11. Quando superuenit cognatio spiritualis, vel legalis, puta adoptio. Extra de cognatione spiri. c. Veniens. **11. ob cognationem spiritualē.**

¶ 12. Vt ait Ricardus, & communiter docto. si sponsalibus superuenit simplex votum continentie. Nam sicut votum solenitatum in religione soluit matrimonium ratum non consumatum: **12. ob votum simplex.**

ita votum continentiae soluit sponsalia.

¶ Preter istos sunt alij casus in quibus sponsalia dissolui possunt, & sit.

- Hostien.**
13. ob ini-
micitia ca-
pitalem.
14. ob con-
tractu spō-
sa, ante an-
nos puber-
Panor.
- ¶ **13.** Si superueniat capitalis inimicitia inter sponfos, quia aliter potest petere separationem secundum sententiam Hostien. in summa, per rationem c. 2. Et c. Requiruit de sponsalibus. Melius est enim tunc dissolui quod quod iungantur, qui odio habent se mutuo.
- ¶ **14.** Si Sponsalia fuerunt contracta ante annos pubertatis & alter post pubertatem petit absolui ante tacitum consensum: ut determinatur in. 6. de sponsa in pub. ca. De illis. Et c. A nobis. Hoc est verum etiam si nulla causa sit resiliendi: ut bene notat Panor. in c. De illis. Secus tamen est: si pubes contraxit cum impube re, quia ipse pubes resilire non potest, similiter neque impubis ante pubertatem.
- 15. Ob seui-**
tiam.
Panor.
- ¶ **15.** Propter seuitiam sponsi. Nam tunc merito sunt soluenda sponsalia: quando timet sibi sponsa de damno futuro. Neque tenet promissum adimplere cum tali iactura: ut bene notat Panor. in c. Veniens, qui cle. vel vouen.
- 16. Ob qu-**
cunq; cau-
sam rōna-
bilem.
Dubium.
- ¶ **16.** & ultimo. Possunt dissolui propter quancunq; aliam causam rationabilem superuenientem, quae si a principio fuisset excogitata: impedimentum praestasset.
- ¶ Verum pro ampliori elucidatione est inuestigandum circa 7. modum. Vtrum sponsi sola sua voluntate possint legitima contracta sponsalia dissolueri, liberè ad inuicem remittendo. Et suppono ipsa esse iuramento firmata ut dubium sit maius. Et videtur quod non. Quia Ecclesia nudum pactum compellit observare. Extra de pactis. c. 1. ergo matrimonij pactum iuramento firmatum non potest rescindi voluntate contrahentium.
- 1. conclu.**
1. d.
27. 13.
- ¶ Sponsalia legitime contracta de futuro dissolui possunt per solam voluntatem ipsorum contrahentium sine alia causa. Quia in sponsalibus solum est promissio de aliquo faciendo, neque est aliqua exhibitio, ergo si non est exhibitio: adhuc manet in potestate, & iure promittentis quod promissum est. Si ergo manet: poterit voluntate

voluntate alterius cui debetur sibi retinere.

¶ Promissio facta alicui: dependet ex voluntate ipsius cui sit ad hoc q̄ transferatur dominii. Nam si alius non a cceptet: nō transfertur. sequitur ergo q̄ si vir promissionem fœminæ non a cceptet: ad huc fœmina potest alteri suum corpus dare, & similit̄ si fœmina viri promissionem. Istam sententiam tenent inter iuristas. Ray. Gof. spec. & Panor. Et inter Theo. S. Tho. Petrus de Palude.

Alber. ma. d. 2. G. arti. 16. Ratio 2. Spec. Panor. S. Tho. d. 27. Palu. ibi. 2. conclu. Ratio con clu.

A.

¶ Sponsalia de futuro legitimè contracta etiam iuramento firmata solvuntur per solam voluntatem contrahentium remittentium sibi promissionem. Quia quamvis quis in aliquo promisso iuret se adimpleturum, dependet adimpletio ex voluntate ipsius cui fit, ergo ipso remittente non tenet tale promissum: etiam si fuerit iuramentum adhibitum.

¶ Item: In alijs contractibus ita est: q̄ siue societas, vel quid simile fuerit iuramento firmatū per voluntatem contrahentium dissolvitur, non obstante iuramento, ergo etiam in presentiarum non obstante iuramento per solam voluntatem contrahentium sponsalia poterunt dissolvi. Istam sententiam tenet Specula. in ti. de legatis. §. Nunc ostendendum. Et Panor. in c. Prætera, eod. ti. Qui dicit banc opini. esse communem. Et idem tenet Innocen.

Spen. Panor. Inno. Nota.

B.

¶ Notandum propter hoc: q̄ inter istos neophitos quàm facilis est promissio nuptiarum. Est etiam libera ad invicem remissio ut eos non damnes de mortali: si solum fuit simplex promissio de futuro. Hoc est speciale in matrimonio; ut. s. non compellat promissionem de futuro servare alio remittente, ut sit liberum matrimonium. Arg. c. Requisiuit, de spon. & Innocen i c. Veniens de iureiuran.

Inno.

C.

¶ Sed adhuc est dubium. Vtrum ipso facto existente aliquo casuum supra positorum dissolvatur sponsalia, vel iudicio Ecclesie sint solvenda. ¶ Re. Primo: q̄ quādo quis contrahit cum alio de presenti: ipso facto solvuntur. Item per ingressum religionis. Item si alter fornicatur, et est notoriū. Et idem de quacunq̄ alia causa.

2. dubium Solutio. 1

go non affert ad dissoluendum contractum, et vix affert aliquod impedimentum causat. Sic Panor dicit: impedimentum contrahendi non impedit contrahendum, sed non dirimit contractum. Panor.

¶ Sed tamen expressius determinatum est in 6. de cognatio. spirituali c. per cathexismum, cuius verba sunt hęc. Per cathexismum qui precedit baptismum sacramentorum fundamentum, et ianuam reliquorum: cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur: vt ex predecessoris nostri Clementis Pape 3 decretali colligitur euidenter, dicendo eni quod talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret: velle videtur q. afferat. Nam q. vix fit: fieri tamen dubium non existit. Per illam tamen cognationem matrimonium post eam contractum minimè separatur. Hęc in textu. Ibi iuncta glossa. Ex quo apparet esse impedimentum, vt impediatur contrahendum, et non dirimat contractum. Hanc sententiam tenet omnes Theologi communiter. Et huius. S. Tho. rationem assignat. Quia in cathexismo fit professio futuri baptismi. Ob quod oritur impedimentum aliquod, sicut ex sola promissione nuptiarum sine aliquo alio etiam insurgit impedimentum: quod dicitur publica honestas (de quo infra) sic suo modo per solam promissionem que fit in cathexismo oritur ista cognatio spiritualis, que impedit contrahendum, sed non dirimit contractum.

Glossa.

d. 42.
S. Tho. in
4. d. 42.

¶ Sed circa hoc mouetur aliq. dubia. Primū. Vtrum ista cognatio spiritualis sic contracta impediatur, vt etiam contractum dirimat.

1. dubium.

¶ 2. est. Vtrum contrahatur verè secluso baptismo, vt si fiat (verbi gratia) post baptismum.

2. dubium

¶ 3. est. Si contrahitur solum per cathexismum, i. per resurrectionem de credendis. Vel etiam per omnia alia, que baptismum precedunt: vt est salis impositio, et saluę, et aliorum.

3. dubium.

¶ Et de primo videtur esse determinatio expressa. 3. o. q. 1. c. Peruenit. Vbi decretū ē q. tantum sit in cathexismo impedimentum contractum: vt etiam dissoluatur matrimonium post contrahendum.

Ad 1. pro affirmatiua parte.

Etum.

Etum, ex hoc quod ibidem dicitur: q. tales separentur post matrimonium contractum, & q. a primo pabulo salis vsq. ad confirmacionem per cbrisma oritur tale impedimentum. Videtur ergo de terminasse q. in cathechismo est tale impedimentum: vt etiam dissoluat iam contractu. ¶ Sed tamen ad dubium dicendum: q. licet sit impedimentum in cathechismo, tamen solum est de illis que impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum. Et ad textum dupliciter respondendum. Vel q. intelligit tale impedimentum q. etiam contractum matrimonium dissoluat ibi ortum, non ex solo cathechismo, sed ex baptismo. Hoc enī ē verum, quia per cognationem spirituales venientem propter baptismum impedimentum oritur, quod non solum impedit contrahendum, sed dirimit etiam contractum, vt infra. Non tamen ibi summus Pontifex intelligit q. solum ex cathechismo oriatur, sed ex omnibus illis. 7 ibidem numeratis.

Responsio

Intelligentia textus.

2. solutio.

¶ 2. Dici potest, & fortē melius: q. supposito intelligat impedimentum ortum ex cathechismo, & alijs que baptismū precedunt & q. tales separentur, non intelligitur q. fiat separatio quantum ad vinculum matrimonij, quia solum impedit contrahendum, sed intelligit q. separentur quantum ad thorum, vel quantum ad exactionem debiti, cum talis qui tenuit in cathechismo puerum nō possit debitum exigere a matre filij, etiam si sit vxor propria. Et iste est modus loquendi sanctorum patrum. Sic etiam determinatur, q. si quis auxit vnam, & posthabuit incestum cū sorore vxoris: q. nullam habeat. Certum est: q. post contractum per incestum superuenientem non soluitur matrimonium primum legitime contractum. Tamen dicitur: q. nullam habeat. Intelligit quantum ad exactionem debiti, quia exigere non poterit absq. dispensatione, Et sic manet verum q. per cathechismum, oritur impedimentum, quod impedit contrahendum, sed non dirimit contractum.

ad 34.

Ad secundū dubium
1. ratio contra
vera verita.

¶ Ad 2. dubium. Vtrum per solum cathechismum contrahatur istud impedimentum. Et videtur quod non. Quia huiusmodi impedimentum est compaternitas quedam, sed hec non est nisi vbi est

regeneratio, in solo autem catechismo nõ est talis regeneratio, ne
 q̄ in aliquo alio sacramentali, ergo in ipso non contrahitur huius
 modi impedimentum, nisi sit simul cum baptismo.

In contrarium tamen sunt textus allegati, in quibus expressè In contra-
 sè determinatur: q̄ per catechismum, qui est ante baptismum con- rui è veri,
 trahitur tale impedimentum.

Ad dubium respondet Albertus magnus, & dicit: q̄ cate- *Solutio ex*
 bismus non completur nisi in baptismo, ob id non impedit nisi cū *Alberto*
 baptismo existens, & sic eo solo non contrahitur impedimentum *magno. d.*
 Sed tamen opinio communis est & verior, q̄ per catechismum *42. arti. 5.*
 solum impedimentum contrahitur, tamen debile, eò q̄ impedit cõ *ad. 6.*
 trabendum, non dirimens contractum. Sicq̄ intelligendi sunt qui *Op. com-*
 id videntur negare, vt illi qui concedunt dispositiuè solum oriri *nu. d. 42.*
 impedimentum ex catechismo. Quia aliõqui expressè dicerent cõ
 tra textũ sup̄ allegatũ. Et idem Albertus magnus fortè sic posset
 intelligi, eo q̄ non impedimentum præstat, sic vt etiã contractũ
 dirimat.

Ad. 3. dubium. Vtrum contrahatur huiusmodi impedimẽ ad. 3. dubiũ
 tum per solum catechismum. Vel vtrum etiã per alia quę præ-
 cedunt ipsum. Respondetur vnica cõclusionẽ.

Per solum catechismum, & non per alia quę ipsum præce- *Conclusio.*
 dunt insurgit istud impedimentum. Quia secundum regulam iu- *Ratio con.*
 ris. Fauores sunt ampliandi, & odia restringenda, ergo tantũdẽ
 erit impediẽti, quod est odiosum, quantum in iure est expressũ
 sed in iure solũ exprimitur q̄ per catechismum contrahitur, er-
 go non insurget per aliud, quod non est catechismus, sed vt cõstat
 ex ipso nomine: salis pabulum, & saluę appositio, & olei perunc *Quid cate-*
 tio, & his similia: non sunt catechismus, sed potius exorcismus, er- *chismus.*
 go non contrahitur in ipsis, vel si contrahitur per aliquod illorũ,
 & per quolibet. Et sic tot insurgent impediẽta, quot ceremo-
 nialia præcedunt ipsum baptismum. Et quidem per catechismum
 ego intelligo instructionem illam quę præcedit baptismum, per quã *Palude. 4.*
 solam contrahitur hoc impedimentum. Et licet do. de Palu. dicat *d. 42.*

etiam

Et. S. tho. etiam per exorcismum. Melius intelligit. S. Tho. & Durandus ea quolibet dem. Dis De quo nos dicemus inferius de cognatione spirituali.

12. ar. 19. ¶ Sed contra istam conclusionem est argumentum. 30. q. 1. c.

Duran. d. Peruenit. Vbi summus Pontifex determinat contrarium dicens.

42. Obiectio. Scitis q. quomodo sunt. 7. dona spiritus sancti, ita sunt. 7. dona baptis-
mi. A primo ergo pabulo sacra-
ti salis, & ingressu Ecclesie vsq. ad confirmationem per chrisma, hoc est a primo vsq. ad. 7. nullus christianus suam comatrem in coniugium suscipere debet. Hec sunt verba textus, que videntur contraria conclusioni. s. q. contrabatur per omnia que precedunt, que sunt. Primū. Salis collatio. 2. Aurium & narium linitio cum spūto. 3. In pectore, & i fronte facta signatio. 4. Olei sacra-
ti perunctio. 5. Baptismi ablu-
tio. 6. In vertice chris-
matis perunctio. 7. In fronte signatio.

Solutio. ¶ Respondetur q. textus hic non est contra conclusionem po-
sitā. Pro cuius solutione maximē oportet notare, vt intelligamus quid summus Pontifex, seu Ecclesia vellent diffinire in suis deter-
minationibus. Que nā fuit questio mota. Quia illud quod motū fuit in. Q. illud voluit determinare. Cetera quidē que iunguntur, appo-
nuntur tanq. quedam proba-
lia vera, non tanq. determinatio-
nes Ecclesie, nisi ibi exprimātur. Exempli gratia. In. c. maiores de
baptismo, et eius effectu determinatur: q. in baptismo confertur
gratia, et conferuntur virtutes. Et clarius in. clemē. vnica. De sū-
ma Tri. et fide catho. Nō tamen est fide tenendum tanq. Ecclesie
determinatio quōd in baptismo simul omnes infundantur virtu-
tes, neq. hereticus esset dicendus qui negaret. fortitudinem infun-
des, neq. hereticus esset dicendus qui negaret. gratiam infundi, quia id de-
terminatum est ibi. Et similiter qui nunc negaret aliquid infundi

3. Sco. in. d. 26. di. (que est habitus) puero baptizato, sicut videtur dubitare. Sco.

Duran. d. 23. q. 6. Tamen esset hereticus qui negaret gratiam infundi, quia id de-
terminatum est ibi. Et similiter qui nunc negaret aliquid infundi
& nobis inherere, & formaliter in nobis esse: esse anathema, vt C.

Conci. Tri. patet ex cōcilio Tridentino sub Paulo. 3. celebrato. Hec dicimus
den. Sej. 5. non ob aliud, nisi quia questio ibidem mota fuit. Vtrum gratia
cano. 11. infunderetur in baptismo. Et respondet summus Pontifex quōd
sic, et virtutes. Istud q. virtutes: apponit tanq. verum, non tanq.
determi.

determinatē verum, q̄ non liceat contrarium opinari. Sed tamē
 primum detreminat vt verum, quia illud fuit quæsitum. Sic
 (et benè) Picus Mirandulanus ibeorematè. S. de fide. Ita in pro
 posito. In. c. Peruenit fuit relatum summo Pontifici q̄ quidā viri *Mirādola:*
 et mulieres, ex magno concursu in sabbato sancto proprios filios
 susceperunt ex lauacro sancto, et consulitur Papa quid facien-
 dum, et respon. q̄ separentur, quantum ad thorum, et concludit:
 A quia a primo pabulo salis, vsq̄ ad chrisma nullus recipiat coma
 trem in matrimonium. Per ista verba solum determinatur q̄
 propositum erat in questione, sed in questione solum fuit de illis
 qui proprios filios de sacro fonte leuarunt, et hoc determinat sū
 mus Pontifex: q̄ fuit ortum impedimentū. Et hoc ē verum: quod
 in baptismo oritur, et in catechismo, non tamen sequitur q̄ sit de
 terminatum q̄ in pabulo salis solum tale impedimentum oriatur
 sed q̄ incipiat ibi, et perficiatur perfecto catechismo, et baptis- *Duran. d.*
 mo. Hec est sententia Durandi. *4. l. 9. 1.*

¶ Sed adhuc dubitat̄ circa hoc impedimentum. Vtrum ori
 atur quoties matres, vel patres tenent proprios filios apud istos *A. dubium*
 B neophitos propter multitudinem puerorum baptizandorum, et
 quia aliter commodè fieri non potest. Sic tamen tenent quando
 fiunt istę ceremonię: vt ipse in catethizatione non respondeant,
 sed illi qui sunt patrini constituti totius multitudinis, nec etiam
 parentes de sacro fonte leuant puerum, sed solum illi patrini. Ta
 men contingit q̄ i p̄s matribus tenentibus proprios filios: minis-
 ter apponat sal, et saliuam, et oleum, et cętera alia omnia. Vel cō
 tingit q̄ non apponat nisi solum duobus, vel tribus pro omnibus,
 et istos non tenent matres, sed tales destinati patrini. Multum
 iuuat pro scrupulosis ista scire. Contingit enim magna confusio
 C aliquando, et ob id non contemnendus scrupulus. Ad hoc respō.
 per duas conclusiones.

¶ Viri, vel fœminę proprios tenentes filios in pabulo salis, *1. conclu.*
 in appositione sp̄uti, et crucis signo, immo et in appositione olei, non *Matres te*
 contrahunt impedimentum, hęc siue scienter, siue ignorant̄ *nentes in*
 exorxisimis

Primara. faciant. Præbatur. Si hoc oriretur impedimentum: esset propter Ecclesię determinationem, sed non est talis determinatio, ergo nec tale impedimentum. Quia si esset: ob hoc esset q̄ dicitur: q̄ propter catechismum, sed nullum istorum est catechismus, ut constat ex nomine, ergo non ob id contrahitur. ¶ 2. Vel esset per decretum. c. Peruenit. 30. q. 1. iam allegatum, in quo dicitur q̄ a primo pabulo salis. Sed non ob hoc ut diximus, Quia ibi solum de terminatur iuxta dubium propositum de illis qui tenuerunt in fōte baptismatis, ergo verè ex Ecclesię determinatione non habet

Confirma. q̄ tales proprios filios tenentes cōtrahant impedimentū. ¶ Et cōfirmatur ex superius dictis. Quia odia restringenda sunt, & fauores ampliandi, neq̄ oportet fingere impedimentum vbi non est expressum in iure.

2. conclu. ¶ Viri, vel foemine proprios filios tenentes in catechizatione quando exigitur ab eis fides: ipsis solum tenentibus, sed illis qui parentes in trini sunt respondentibus pro illis, non contrahunt tale impedimentum, sed solum patri ni respondentes in catechiza. Probatur. Istud respondēt impedimentum contrahitur in catechismo per hoc quod est quædam promissio baptismi suscipiendi: ut dicit. S. Tho. Et est quedam regeneratio per fidem, quam protestatur patrinus pro paruulo, ergo cum illo erit impedimentum contractum, qui promittit baptismum suscipere, qui & fidem protestatur, sed hoc non facit pater tenens filium, sed patrinus (ut supponimus) sequitur quod cum illis non contrahitur aliquod impedimentum.

Confirma. ¶ Nam sicut in baptismo solum contrahitur quia tangit leuandō de fo. te, & non quia assistit leuanti, sic in catechismo, quia promittit, & fidem protestatur, & non quia proprijs manibus tenet. Sequitur ergo quod cum in baptismo impedimentum non oritur inter astantes: nisi tangant, quod etiam non oritur in catechismo inter tenentes: nisi fidem profiteantur pro paruulo, & baptismi responsionem faciant. Et sic est sublatus scrupulus, qui cruciat nonnullos in istis partibus, putantes tale oriri impedimentum si solum habeant matres filios proprios, ipsis tamen matribus non respon

respondentibus, q̄a si nō respondeant in catēbizatione: perindē ē
ac si in terra paruuli iacerent, vel quōd alię mulieres haberent, q̄a
nec sic cum illis (si non respondeant) tale vinculum contrahitur,
sed solum cum patrinis profitentibus fidem, per quam est: quodā- *Ad hebre.*
modo quēdā spiritualis regeneratio, quia iustus ex fide uiuit, sine *11.*
qua impossibile est placere Deo. *Ad Roma*

¶ Existis patet quōd a fortiore nullum erit impedimentum p *nos. 1.*
A hoc quōd proprios habeant filios, & c̄remonie omnes fiant cum *Dispensa-*
duobus, vel tribus pro oib̄s, sicut fit ob Pauli. 3. dispensationem. *tio Pau. 3.*

¶ARTICVLVS 23.

De impedimento incestus.



Consequenter agendam de incestu. Pro cuius decla-
ratione aduertendum est: q̄ incestus dupliciter cō-
mittitur. Primo cū consanguineis proprijs. **¶** 2. p̄o
test committi cū affinibus, qui sunt cōsanguinei
pprie vxoris, vel viri. Tāta est hec differētia in

Bcestus: vt secundum iura vnum impedimentum sit, & aliud non.
Pro cuius recta intelligentia sit *1.* cōclusio.

¶ Incestus cōmissus cum consanguineis proprijs non est im- *1. conclu.*
pedimentum quominus talis incestuosus possit matrimonium con-
trahere. Probat̄. Si esset impedimētū, vel esset ex iure nature, vel *Ratio.*
ex iure diuino positio, vel ex iure humano, sed ex nullo istorum,

ergo nullum est impedimentum. Primo. Non ex iure nature, vt ē
apertissimum. Nec ex diuino iure, quia in Leuitico solum prohibetur *Leuiti. 18.*
matrimonium cū affinibus, & consanguineis, nec tamen

Cibi determinatum est quōd incestuosus non possit aliam ducere.

Nec est impedimentum ex iure positio. Probat̄. Quia. c. Trāf-
miss̄, & ca. Ex litteris, de eo qui cog. cōsan. vxor. sue solum poni-
tur impedimentum de incestuoso cum affinibus. Et item. 32. q. 7.

in pluribus capitulis solum ponitur de affinibus. Sequitur ergo *Caic. 22.*
q̄ cum non sit in iure expressum tale impedimentum: q̄ nullo mō *q. 154. ar-*
est *ticu. 9.*

- S. Tho. d. est asserendum. Hec. S. Tho. & Ricardus, & Archiepiscopus, & communis omnium Theologorum, licet contrarium. Palu. in 4. d. 34. Ricard. d. q. 1. & Angelus in sua summa in verbo Incestus. §. 5.
34. **¶** Sed contra istam conclusionem sunt valida argumenta ex de terminationibus sacrorum canonum. In primis est illud ex concilio Agathensi. 35. q. 3. c. De incestis, ubi dicitur. Incestuosos verè nullo coniugij nomine deputandos, et nominat qui sint tales de cens. Siquis consobrina, sobrina & se sociauerit. Et subdit. Aut qui ex propria consanguinitate aliquam habuerit, vel concubitu polluerit. Sequitur ergo ex huius concilij determinatione qd probabitur sit matrimonium generaliter omnibus incestuosis.
4. & contra abba. c. **¶** Ad hoc dicendum ex ipso textu, in cuius calce subditur. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur habebunt ineundi melioris coniugij libertatem. Hec ibi. Aperte textus insinuat qd non interdicitur coniugium omnibus incestuosis, sed qd interdicitur ex incestu cum affinibus.
2. obiectio. **¶** 2. Argumentum est ex alio textu. 35. q. 6. c. Si duo viri, ex quo ibi dicitur, quod tales incestuosi cum proprijs consanguineis si iuuenes fuerint, possint alia inire coniugia. Videtur ergo quod sit ibi dispensatio cum iuuenibus, et sic saltim quod senes non poterunt contrahere sine dispensatione: si incestum commiserunt cum consanguineis proprijs.
- Solutio. **¶** R. Quod ex isto textu colligitur solutio expressa. Nam dicitur quod iuuenibus liceat matrimonio iungi: non interdicit senibus. Sicut si quis diceret, iuuenes non ieiunent, non dicit quod senes ieiunent.
3. conclusio. **¶** 2. Conclusio. Incestus commissus cum consanguineis uxoris, vel si femina sit cum consanguineis viri: est impedimentum: sic ut altero decedente qui incestum commisit: non possit alteri matrimonio coniungi. Ista conclusio est expressa determinatio Ecclesie. Extra de eo qui cognouit consan. vxor. c. Transmisit. et. 32. q. 7. per multa capitula. Sed tamen contractum tenet, contra glo. c. 2. de penitentia. et remissa. et regia. l. 14. & 13. tit. 2. part. 4. Ratio diuersa est

tis istarum conclusionum hæc potest esse, quia dato peccatū grauius sit commissum cum propria consanguinea: q̄ commissum cum consanguinea vxoris, proprie tamen per incestum cum consanguinea vxoris matrimonio amplius contrariatur. Et quia talis incestus ex sua ratiōe habet q̄ impediatur exactionem debiti a proprio coniuge, quia per incestum factus est affinis. Et hæc conclusio non solum tenet quando cognouit consanguineam vxoris, sed etiam si cognouit illam cum qua habet publicę honestatis iustitię impedimentum. c. Duo pueri, de sp̄sa. impuberum, vt notat Couarr. rru. in. 2. p. Epithome. c. 6.

¶ Sed circa istud impedimentum dubitatur. Vtrum dato sit impedimentum hoc in iure, liceat sic incestuoso nubere absq̄ dispensatione. Et quis est qui cum eo dispensare possit. Dubium. 1

¶ Incestuosus cum affinibus sciens impedimentum: contrahens matrimonium absq̄ expressa, vel interpretatiua dispensatione peccat mortaliter. Quia hoc est in iure prohibitum, vt patet ex allegatis, ergo contra faciens sciens: peccat, & non venialiter solum. cum sit res grauis, ergo mortaliter. Ex hoc enim maxime cognoscitur contrauenire præcepto Ecclesię: vt iur sit mortale, aut veniale. Dixi sciens, quia si ignoranter id faciat nesciens tale impedimentum expressū in iure: contrahens non peccat. Quia ignorantia inuincibilis eum excusat, quam puto inuincibilem in illis qui nunq̄ audiuit tale esse impedimentum. Hęc est sententia Petri de Palude in. 4. S. Tho. 12. q. 76. ar. 3. Palu. d. 34 q. 1.

¶ Dixi etiam sine dispensatione, quia vbi interuenit dispensatio, tunc nullum est peccatum. Nam qui sic contrahit, nõ contrauenit alicui præcepto. Quia iã cum eo dispensatum ẽ. Dixi etiam expressa, vel interpretatiua. Quia si ille qui potest dispensare videat incestuosos communiter contrahere, neq̄ prohibet: videtur tacite dispensasse. Et sic vbi talis esset consuetudo: nullum esset peccatum contrahere, vt patet a simili in alijs Ecclesię præceptis, vbi ex hoc solum q̄ Episcopus permittit aliquid in quo potest ipse dispensare: videtur dispensasse, vt est q̄ sacerdotes ad in. 4. d. 17

uicem

i iij

- uicē se absoluant, quod est contra expressum ius, sed tamen quia ipse videt, et consentit: videtur dispensasse. Sic in presentiarum S. Tho. Hoc idem Petrus de Palude, et Archiepiscopus florē. Et est Theologorum communis opinio. Et qui talem incestum commisit: non potest exigere debitum, licet possit reddere. Sed tamen Episcopus potest dispensare: vt infra dicitur. Oportet tamen q̄ scienter cognoscat consanguineam vxoris. Nam si ignoranter, et potest exigere.
- 2. conclu.** ¶ In huiusmodi impedimento q̄ incestuosus cum affinibus possit contrahere: potest Episcopus dispensare. Probat. Est sententia cōmunis omnium doctorū tā Theologorū, q̄ iurisperitorum. Immo et secundum Veruecēm sufficit proprijsa cerdotis licentia. Et idē Monal. et Roden. Immo et Io. An. in c. In adolescentia. 33. q. 2. ait: quod iuuenis incestuosus potest contrahere sine dispensatione, sed non senex. Et ita tenet summa Angelica. Huius ratio est Quia est periculum incontinentiē in iuvene. Ob id iuueni absq̄ dispensatione cōceditur: quod negatur seni, vbi nullum inminet periculum. Et expressē q̄ episcopus possit dispensare vide in Palude. et Couarru. in epitome. p. 2. ca. 7. nu. 6. et idem Nauarro in manuali. confes. c. 22. nu. 86.
- Monal.**
Ioan.
Angelus.
S. anto. 3. p.
n. 1. ca. 16.
S. 4.
Palu. dist.
42. q. 1. et
d. 34. q. 1
3. cōclu.
- ¶ Huius orbis incolę incestuosi contrahentes absq̄ dispensatione nullum peccatum (saltim mortale) committunt. Probat. Ignorantia inuincibilis exēusat actum a toto: qui alias seclusa ignorantia esset peccatum, vt apertē constat in facto Iacob cognoscente Lyam, et in multis alijs, sed isti naturales incestuosi: sic contrahentes inuincibiliter ignorant, ergo dato esset mortale seclusa ignorantia, cum ipsa adsit: non committunt mortale. Maior est nota. Et probatur minor. Quia ille dicitur inuincibiliter ignorare: qui faciēdo quod in se ē ad huc ignorat, sed isti faciunt quod in se est, et audiunt predicatorēs, nec tamen eis ad huc est declaratum, ergo semper ignorant inuincibiliter.
- Gene. 24.**
S. tho. 12. q.
70. art. 3.
Doc. m. 2.
d. 22.
2. ratio.
- ¶ Probat. 2. Iuuenes qui timent de incontinentia non peccat mortaliter: licet sint incestuosi contrahendo sine dispensatione.

ne, sed apud istos nocibitos timetur incontinentia, etiam si sint
grandem, ergo licebit eis sic contrahere etiam sine dispensatione.
Maior probatur ex c. In adolescentia. 33. q. 2. ubi dicitur: q̄ so-
lemniter pœnitens si timens incontinentiã iuuenilem. copulã vxor-
is elegerit, videtur rem fecisse venialem. Ex isto sic probatur.
Solemnis pœnitentia est impedimentum sicut incestus, sed tali i-
pedimento non obstante. quando timetur de incontinentia non est
mortale contrahere, ergo nec incestuoso similiter etiam sine dis-
pensatione.

¶ Confirmatur ex c. Antiqui, ubi dicitur. Si continere non po-
test: redeat ad coniugium. 33. q. 2. Immo hoc expressè determinat
doctores iuriste supra allegati. Minor est clarissima: q̄ apud
istos sit talis timor de incontinentia, cum vt in plurimum eos no-
uerimus debiles. Quia alias vitam non possunt ducere, nisi vxorẽ
habeant apud se. propriam, vel alienam.

Cõfirmat.

Infirmitas

istorũ neo

phitorum.

PARTICVLVS. 24.

De impedimento vxoricidij.

B



Si aliud impedimentum impediens quidem cõ-
trahendum, sed non dirimens contractum. Quã-
do quis interficit propriam vxorẽ. Tunc enim
in pœnam huius peccati interdicitur ei ne. 2. du-
cat vxorem. 33. q. 2. c. 1.

¶ Sed tamẽ circa hoc dubitatur. Vtrum hoc
verum sit quotiescunq̄, et quemodocunq̄ vir occidat vxorem.
Item si ita verum est si mulier occidat virum. Et vt certa ab in-
certis segregemus, est aduertendum: q̄ h̄c loquimur simpliciter
qũ vir occidit vxorem, et non qũ cum intentione ducendi adulte-
ram. Quia tunc est impedimentum non solum impediens contra-
hendum, sed dirimens contractum: cum tali quam voluit habere
vxorem, vt infra dicemus. Itaq̄ solũ loquimur quando occidit
vxorem, quia odit eam.

Nota. 1.

¶ 2.

2. ¶ Est notandum q̄ vir potest occidere uxorem. Vel quia adultera est, et in adulterio deprehensa. Vel quia alioqui molesta est viro suo.

1. conclu. ¶ Vir occidens propriam uxorem sine intentione ducendi adulteram, quam non deprehendit in adulterio peccat mortaliter contrahendo cum alia sine dispensatione expressa, vel inter A
Ratioc
clu,
pretariua. Probatur ex textu. 33. q. 2. ca. 1. Vbi interdicatur illud, ergo sequitur q̄ contra faciens peccat, et non venialiter: quia res est grauis, ergo mortaliter.

2. conclu. ¶ Vir occidens uxorem propriam deprehensam in adulte
Palade. d. rio non incurrit tale impedimentum. Patet ex d. 37. in fine. Quia
34. q. 1. leges dant auctoritatem ad hoc faciendum impune. Et non solum in foro exteriori (vt omnes fatentur) sed etiam in foro anime, quandoquidem lex est iusta, et per legem talis facultas datur, vt optime probat Soto de iustitia et iure li. 5. q. 1. ar. 3. quam
Soto de iu
stitia,
opini. sequimur, etiam si olim contrariam.

3. conclu. ¶ Uxor occidens proprium virum non incurrit talem pœnam. Probatur. Quia non est ponendum impedimentum vbi in iure
De regulis
iuris,
expressum non est, sed non est in iure expressum de muliere sicut de viro, ergo non est asserendum. Quia fauores sunt ampliandi, et odia restringenda. Et ratio diuersitatis hæc potest esse. Quia magis timetur q̄ vir occidat propriam uxorem, q̄ q̄ vxor virum propter debilitatem sexus. Hinc videtur pœnam apposuisse viro ad cohibendum iram, et non fœmings, quæ ex natura sua videtur fragilis, nec facile audaciam habet ad tantum facinus committendum.

¶ De impedimento vxoricidij, vel viricidij, quando fit ob aliud ineundum coniugium inferius ex proposito tractandum est. Quia (vt diximus) est impedimentum alterius conditionis cum matrimonium impediatur contrahendum, et dirimat contractum. At hoc impedimentum vxoricidij sic est: vt non sit viricidij, neq̄ dirimat iam contractum licet contrahendum impediatur ad sensum declaratum, vt non liceat contrahere sine dispensatione expressa, vel impratiua.

¶ Arti

ARTICVLVS 25.

De impedimento raptus.



Liud impedimentum in iure est, quod impedit cō-
trahendum, sed non dirimit contractum, & est
quando quis rapit alienam (sponsam. 27. q. 2. c.
Statutum.

A Sed circa hoc dubitatur. Vtrū hoc verū
sit de raptore et virginis nō spōsate, vel solute,
vel etiam sponsate sed non virginis. Et vtrum quomodocūq; sit
raptor virginis, licet non fuerit despōsata: possit ducere vxorē.

Item dubium est. Vtrum dato non possit ducere vxorem
illam sponsam alterius raptam, possit cum alia contrahere: Pro
solutione horum sit prima conclusio.

Raptor alienę sponse, siue sit virgo, siue corrupta: non po-
test absq; dispensatione contrahere cum ipsa, neq; cum alia sine
peccato, dummodo non ignoret inuincibiliter. Probatur ex tex-
tu illo supra allegato. Nam ibi non est determinatum, nec limita-
tum q; sit corrupta, vel sit virgo: sed q; sit sponsa alterius, ergo
sequitur q; talis raptor aliene sponse non potest eam ducere. Et
quod non possit etiam cum alia: patet In c. Statutu. 27 q. 2. vbi
dicitur, quod si quis sponsam alterius rapuerit: publica pœniten-
tia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Si ergo sine spe coniu-
gij debet manere: nullam potest ducere. Alioquin maneret cū spe
coniugij. Item sequitur & si ipsa eidem crimini consentiens non
fuerit licentia nubendi: alteri non negetur, ergo si ipsa consensse-
rit raptori: cum alio non potest matrimonio coniungi. Alias si po-
set: quorsum solum conceditur non consentienti? Et ob id cum ra-
ptor sit mali perpetrator: ex ipso textu apparet non posse absq;
peccato aliquam ducere. Dixi in conclusione absq; licentia exp̄s-
sa, vel interpretatiua ad sensum supra declaratū. Item. Nisi igno-
ret inuincibiliter tale impedimentum, qui a tunc etiam excusare-
tur a peccato. 1. conclu.
Ratio con-
clu.

S. Tho. 12
q. 77. ar-
ticu. 4.

Ra pi

2. conclu. ¶ Rapiens virginem solutam licet scdm ius ciuile non possit contrahere cum ea, potest tamen secundum ius canonicum sine aliqua dispensatione. Prima pars probatur. C. de raptoribus

1. p. pba-
tur, & 2. ¶ 2. pars patet: Extra de raptoribus c. 1. Et de adulte. c. 1. Et in. c. Placuit. Et. c. de puellis. 6. q. 2. Et qa ista penalia sunt sic intelligenda prout iacent, & sic declaranda vt verba sonant, si qdem tã ius ciuile, quã canonicum antiquum: correctum est per nouũ. A

3. conclu. ¶ Raptor corrupte solute verẽ secundum omne ius potest cũ ea contrahere absq̃ peccato. Probatur ex superius dictis. Quia nullo iure videtur interdictum matrimonium inter huiusmodi p
Ratio con
clu,
Maio. d. sonas, ergo poterunt contrahere inter se absq̃ aliquo peccato, & a fortiori cum quacunq̃ alia. Et non solum p̃o est cũ rapta post q̃ restituit, sed etiam anteq̃ eã restituat. Sic Maio. In quo Martinus de magistris deceptus est in suo de temperãtia. q. de rapru, qui opinatus est contrarium. Et conclu, tenet Couarrubias.

1. p. epi. ca.
3. S. 9.

ARTICVLVS. 26.

De impedimento cognationis spirituales per leuationem a sacro fonte.

B



Quid est impedimentum. Quando quis insidians matrimonio proprium filium leuauit in baptismo, vel in confirmatione. Sic expressum. 30. q. 1. ca. De eo

¶ Sed pro intelligentia istius impedimenti notandum est. Quia vel loqmur de illo qui tenet proprium filium nõ maliciose. Vel de illo q tenet sed in aduerteter, Et hoc dupliciter. Vel in necessitate. Vel ea seclusa. His suppositis sit 1. conclusio.

1. conclu.

¶ Maliciose tenens filium proprium in baptismo, vel in confirmatione vt si insidietur matrimonio, et ius exigendi debitum perdit, et non potest matrimonium contrahere absq̃ dispensatione. Probatur expressẽ in dicto, ca. De co. 30. q. 1. ibi dicitur. Si autem

C

autem coniuges legitimi: vnus, aut ambo ex industria fecerint: vt filium suum de fonte susci perent, si inuipi permanere voluerint, bonum est. Sin autem, grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, et simul maneant. Et si preuaricator coniugij superuixerit, accerrima pœnitentia mulctetur, et sine spe coniugij maneat. Hęc ibi. Ecce quomodo qui filium suscipit pœna bac mulctatur: vt non ducat aliam. Et q̄ non possit exigere debitum est manifestum. Quia contracta est spiritualis cognatio inter ipsum, et matrem filij, quem leuauit, quę est vxor propria, ergo stante tali compaternitate nullo modo exigere poterit.

¶ Qui proprium filiũ tenuit in baptismo, vel confirmatione seclusa necessitate: scienter, sed non vt insidietur matrimonio, licet perdat ius exigendi debitum, potest mortuo eo cum alio sine dispensatione aliqua contrahere. Probatur quo ad primam partẽ, q̄ priuẽt iure petendi debitũ. Quia verẽcõtrahit cõpaternitas inter virum, et vxorem, et per consequens talis per cuius actum impedimentum ortum est: priuatur iure exigendi. Sic affirmant doctores. S. Tho. Petrus de Palu, et Ioan. And, et Anto. S. Tho. d. 42. Palu. ibi. Ioan. And. Gof.

B in c. Si vir De cog. spi. et Hosti. et Gofe.

¶ Et generaliter ponitur regula, q̄ regulariter omne impedimentum quod facit matrimonium esse nullum simpliciter, si illud precedat, facit etiam illud esse nullum secundum quid, ex parte eius qui est in causa, si tale impedimentum sequatur, in quantum impedit exactionem.

¶ 2. Pars conclusionis probatur q̄ non priuetur alio matrimonio. Quia i iure nõ ẽ expressum, ergo non est ponendum. Solum enim oportet ponere in illo, qui maliciose id fecit, ergo sequitur q̄ si simpliciter fecit, dato scienter: q̄ non erit tale impedimentum quominus mortua prima possit absq̄ dispensatione aliam ducere. Tamen alter coniugum qui non fuit in causa poterit vtendo iure suo exigere, quia sine culpa non debet priuari tali iure. Intelligo scienter. s. si sciat tale esse impedimentum. Nam licet sciat factum, si tñ ignorat inuincibiliter ius, potest exigere absq̄ peccato

2. conclu.

Rotio, 1. p.

S. Tho. d.

42.

Palu. ibi.

Ioan. And.

Gof.

2. p. pba.

12. q. 77. arti. 4.

peccato Ignorantia enim iuris excusat eum.

3. conclu.

¶ Tenens scienter ad baptismum, vel baptizans proprium filium, sed in necessitate, quia alias non potest sine periculo salutis paruuli providere, nec peccat, neque perdit ius petendi debitum, nec aliud impedimentum incurrit. Ista conclusio est determinata. 30. q. 1. c. Ad limina beati Petri, ubi determinatur, quod talis qui in necessitate filium baptizauit, bene fecit, et quod nullo modo debet separari. Et sic doctores intelligunt in nullo contraire matrimonio.

¶ ARTICVLVS 27.

De impedimento presbytericidij.



N. c. Presbyterium. De poenit. et remis. Et. l. 14. ti.

2. part. 4. Et de poenitente soleniter, Et de illo qui

scienter contraxit cum moniali professa. 32. q. 1

et. 27. nihil speciale videtur notatu dignum, ad

alia difficiliora properantes, intelligentes quod haec

omnia impedimenta supra dicta undecim, sunt quae impediunt

contrahendum, sed minimè dirimunt contractum. Et omnia praeter

Couarru. 2
p. epito. 4.
decre. c. 6
S. 1. nu. 5.

De omni- ter 2. quae sunt votum simplex castitatis, et sponsalium cum al-
bus impedi- tera persona. Sunt enim omnia inquam. (istis duobus exceptis) im-
mentis sup pedimenta ex statuto Ecclesiae. Et tamen ista duo videntur
diatis nota vim habere a iure nature, secundum quod seruandum est promissum,

Anto. flo. test Episcopus dispensare. Quia cum non habeant aliud robur nisi
3. p. ti. 1. c. ex iure positio, Episcopus potest in omnibus dispensare, ad hoc
16. quod sine peccato possit quis contrahere, in quibus dispensatio reser-

in. d. 34. lude in 4 absolute dicit, quod Episcopus potest dispensare in omni-
41. et. 42 bus criminibus quae impediunt, et non dirimunt. Idem tenet Naua

Nauarro. rro in manuali confesso. c. 22. nu. 86. Et credo quod idem est quod Ca
Caie, ie. dicit, quia sponsalia, et votum non sunt crimina, et ibidem di-
cit, quod non videtur ei quod possit dispensare in impedimento quod or-
ritur

ritur ex catechismo. ¶ Sed p̄ solutione, & fine istorum queritur.

¶ Vtrum sit mortale peccatum contrahere sine dispensatione in omnibus istis impedimentis. Expedit hec scire propter confessores, vt sciant cognoscere quando sit mortale. Nam dictum est q̄ absq̄ expressa dispensatione, vel interpretatiua non licet. Dubium.

A ¶ Contrahere post sponsalia cū alia, vel post votū simplex, ē peccatum mortale, nisi cum dispensatione. Quia qui promissit aliquid, si est graue: tenetur reddere ei, cui promittit sub mortali, sed sic est in voto, & in sponsalibus. Quia in voto pmissit se Deo, & in sponsalibus sp̄se, ergo tenetur reddere. Sicut q̄ tenetur aliquid reddere, & se impossibilitat ad illud, peccat mortaliter, si ē aliqd graue. Quia ponit impedimentum restitutioni. Sed qui cū alia contrahit post votum, vel post sponsalia: quantum in se ē, se impossibilitat ad implendum quod promissit, ergo peccat sic. cōtrahendo istam opinionem tenet expresse do. de Palude & Caie. in summa. 1. conclu.
Ratio.
Sup. ar. 15
Palude. d.
34. q. 1.
Caie.

¶ In omnibus alijs impedimentis: vt est Interdictum Ecclesie. B Incestus, Catechismus, Vxoriditū, Raptus alienę sponsę, pprij filij de fonte, vel ad chrisma susceptio. Insidiosa matrimoio, Prebytericidium, Solēnis pœnitentia, Matrimonium cum moniali: contrahere, sine dispensatione, absq̄ contemptu tamen, non videtur esse mortale, nisi consuetum sit petere dispensationem. Sed tamen quia non est in vsu hominum hanc petere: videtur q̄ non sit mortale. Coie. in summa, in verbo Matrimonium. 2. conclu.

¶ Ex istis sequitur, q̄ cum neophiti isti in quibus interuenire solet incestus non raro, ob occasiones quas habēt: vehementes ex modo conuiuendi, q̄ licēt contrahant cum alijs, absq̄ Episcopi dispensatione, vel curatorum, aut religiosorum, qui eorum conuersioni intendunt: non peccat mortaliter, Maxime ad eorum fragilitatem attendendo. Caie.
Corrolla.

¶ Arti

PARTICVLVS. 28.

De impedimentis impediētibz contra
bendum, et dirimentibus contractū.



Impedimenta quæ impediunt matrimonium cō-
trabendum, et dirimunt contractum sunt. 12. Pri-
mū. Error personę. De quo Theologi. d. 30. Scđm.
Conditio seruitutis. d. 36. Votum solemnē. d. 38. **A**
Cognatio carnalis. d. 40. Spūalis legalis. 42. Cri-
men. d. 35. Cultus disparitas. d. 39. Vis, vel metus. d. 29. Ordo
sacer. d. 37. Ligamen. 33. Honestas publicę iustitię. d. 41. Si sit
affinis. Ibidem. Si fortē nequit coire. d. 34.

De. 1. impedimento. s. errore personę. 1. dicēdū De quo oportet no-
tare. Quia error potest esse, vel circa personam quantum ad sub-
stantiam, vel error conditionis, vel fortunę. Vt si existimat Pe-
trum, et sit Ioannes. De. 2. vt si sit impotens, vel seruus &c. De. 3.
vt si quis contrabat cum aliqua putans q̄ sit diues, et est pauper

No. circa
omnia im-
pedimenta
q̄ dirimunt
ista impedimenta notare, quomodo sufficienter talia sint quę im-
pediant contrabendum, et dirimant contractum. Nam in matrimo-
nio quędam sunt de essentia eius, alia sunt de solemnitate, sicut **B**

Differen-
tia int̄ im-
pedimēta.
et in alijs sacramentis. Et sic sicut in alijs sacramentis remoto id
quod est de solemnitate: non tollitur quin sit verum sacramen-
tum, sicerit et in matrimonio. Et huiusmodi sunt impedimen-
ta superius allata, quę impediunt contrabēdum, sed non dirimunt
contractum. Sed tamen impedimenta quę contrariātur bis, quę
sunt de essentia matrimonij, faciunt vt non sit verum matrimo-
nium, et sic impediunt contrabendum, et dirimunt contractum, **C**
qualia sunt ista 12. assignata, quorum sufficientia, et numerus

Sufficien-
tia impedi-
mentorū
q̄ dirimunt
sic accipi potest. Matrimonium enim potest impedimentum ha-
bere, vel ex parte contractus, quia ipse non est legitimus, et deffi-
ciunt necessaria in contractu. Vel potest impedire ex parte ipso-
rum contrahentium. Potest siquidem esse q̄ ipse contractus legi-
timus

rimus sit, et tamē q̄, personę sint inhabiles ad cōtrahendum. Vt si duo religiosi inter se contractum faciant emptionis, vel venditionis, vel cōmutationis sine licentia sui superioris nō valet. Quia personę inhabiles sunt ad contrahendum. Et potest esse q̄, personę sint habiles, tamen cōtractus non valeat. Quia interfuit deceptio, vel aliquid simile.

A ¶ 1. Modo ex parte cōtractus. Cū matrimonium fiat per voluntarium consensum, si non adsit iste consensus, impeditur matrimonium, et talis voluntarius consensus tollitur, vel p̄ ignorantiam. S. Tho. 12 vel per coactionem, seu metum. Et sic ponuntur duo impedimenta. f. Error. Et violentia. ¶ 6.

¶ 2. Modo impeditur ex parte contrahentium. Et tunc sic potest aliquis impediri a matrimonio contrahendo. Vel simpliciter. Vel respectu alicuius personę. Simpliciter sic: vt cum nulla possit matrimonium contrahere. Et hoc non potest esse nisi quia impeditur a matrimoniali actu. Et hoc contingere solet. Vel quia omnino non potest. Et sic ponitur impedimentum Impotētia coeundi. Siue quia liberē non potest. Et sic ponitur Seruilis conditio. B Nā cū seruus sit aliquid domini tanq̄ peccunia, velut instrumentū. Aris. 1. p̄. to aiato potest eo vti ad libitū. Et sic liberē nō poterit exercere h. 3.

actum matrimonialē cū vxore. Vel est q̄ licet possit, non tamen licitē potest. Et hoc contingit in obligatis ad continentiam, quod euenit dupliciter. Vel quia obligatur ad continentiam ex officio suscepto. Et sic est impedimentum Ordinis. Vel ex voto emisso. Et sic impedit Vorum solemnne.

¶ Si autē quis impeditur a matrimonio non simpliciter, sed respectu alicuius personę, vel propter obligationem ad aliquam personam: sicut qui vni matrimonialiter iunctus est: non potest alteri coniungi, et est ligamen matrimonij. Vel potest impedimentum esse quia deficit proportio ad aliquam personam. Et hoc tripliciter. Vel propter magnam distantiam. Et sic ponitur Disparitas cultus. Vel p̄pter nimiam propiqtatē. Et sic ponitur Cognatio, et Publica honestas. Et 3. cōtingit non esse p̄portionē p̄p̄t̄ idebitā

con

k

coniunctionem ad ipsam factam, & sic ponitur impedimentū cri-
minis. His suppositis nunc de primo impedimento. s. errore aga-
mus. Et sit conclusio.

1. conclu. ¶ Error personę quantum ad substantiã, s. q. quis putet cõtra
bere cum Ioanne, & talis sit Petrus, annullat matrimonium. Quia
Supra de non est matrimonium, vbi defficit consensus debitus, sed vbi est
consensu. talis error personę defficit consensus, ergo non est matrimonium. A
Aris. 3. de Patet. Quia nihil volitum quia in præcognitum, sed vbi est error:
anima cõ. persona non est cognita, ergo nec volita. Et sic nec est consensus
39. sufficiens ad matrimonium. Et hoc quidem apparet verum ex
Gene. 29. facto Iacob, quando Lyam cognouit, putans Rachelem. De quo
Vigue in dicunt doctores non fuisse matrimonium per concubitum. Quia er-
suis institu. ror præcessit personę, sed fuit post p cõsensum sequutum. Et sic in
c. 16. §. 7. l. Non idcirco. C. de iuris & facti ignorantia.
2. conclu. ¶ Error qualitatis personę non euacuat matrimonium: vt si
quis contrahit cum hac, quam putat esse virginem, vel diuitem,
vel admodum nobilem, sed tamen nec est virgo, nec diues, nec q̄ no-
29. q. 1. §. bilis, tenet matrimonium. Quia error qualitatis non variat aliqd
nō omnib⁹ quod est de essentia matrimonij, ergo etiam si adsit talis error, ni-
bilominus erit matrimonium. Quia si consensus sit in istam perso-
nam, siue sit virgo, vel non, siue pauper, siue diues, potest in bilo-
minus in matrimonium consentire, & verum habere e. consensum.
Sequitur ergo q. verum erit matrimonium, cum nihil desit quod
est de necessitate matrimonij. Secus tamen est quando est error
Vigue, vbi. personę. Quia tunc deest cõsensus. Et sic si aliquis consentiret in
supra. filium regis: quia diues est, si alius apponeretur pro eo, non est ma-
trimonium. Quia interuenit error, nō quidem qualitatis, sed per-
sonę, quod pro filio regis appositus sit alius infimę sortis. Secus ta-
men est, si contraheret cum ea sub cõditione, si est nobilis. Quia si
alias non habet animum contrahendi, non existente cõditione. C
non valeret.
3. dubium. ¶ Sed circa hoc impedimentum dubitatur. Nam conclusio
proposita vera videtur de errore antecedente, quia tunc vere
euacuat.

euacuat consensum. Vt si aliquis consentiat in Mariam, & appositus sit Magdalena: eo quod tunc deficit consensus necessario requisitus ad matrimonium.

A ¶ Sed nunc quero de errore concomitante: vt si aliquis consentiat in Ioannem, & aponitur Petrus, sed tamen etiam si cognosceret eum esse Petrum, consentiret in eum: tunc est error concomitans. Vtrum esset matrimonium. Et videtur quod sic, ex eo quod tunc non est error, qui euacuare dicitur consensum. Nam si sciret Petrum vere in eum consentiret, ergo adhuc manet consensus. Item ex Aristo. 3. Ethicorum. Non est ibi inuoluntarium simpliciter, cum esset volitum: si sciret

R. Non esse matrimonium existente tali errore concomitante. Quia licet non sit simpliciter inuoluntarium, non tamen est volitum, quod requiritur ad matrimonium. Nam nihil volitum quin precognitum, sed non ibi est cognitio, ergo nec volitio.

B ¶ Ex quo sequitur, quod si quis contrahat cum ancilla, quam putat liberam, nihilominus tantum exardescit in eius amorem, quod si cognosceret ancillam adhuc consentiret in eam: non est verum matrimonium, nisi ad sit nouus consensus, postquam sciuerit eam ancillam. Et si Palu. in. 4. d. 36. q. 1. ar. 2. dicat contrarium, & Ricar. d. 36. q. 1. ar. 1.

¶ Adhuc dubitatur. Si mulier contraheret cum Ioanne, quem optime nouit, sed decepta putat eum esse primogenitum comitis Benzuentani, vel quid simile. Vtrum teneret matrimonium.

¶ Respondetur quod sic. Quia ibi non est error persone, cum optime nouerit ipsum, sed solum error conditionis, vel qualitatis, quia putat eum esse primogenitum, & non e. Hoc enim non sufficit ad euacuandum matrimonium: nisi

contractus esset
sub tali conditione

vt in conclu. 2. dictum est.

¶ Arti
k ij

2. dubium
Error concomitans euacu. ma-
rimonium
Aris. 3. e-
thi. ca. pri.
S. Tho. 12
q. 6. ar. 8.
Solutio.
Aris. 3. de
anima co.
39.

Corrolla.
Ricar.
Palu.

3. dubium
Solutio.

tur ergo q̄ si est impedimentum. non erit de iure naturali. Item 29. q. 1. §. Neq̄ est de iure diuino positio. Nulibi enim reperitur tale ius diuinum simpliciter vetans seruum contrahere. ergo sequitur q̄ solū est de iure positio humano. Quamuis Almain dicat ex iure naturali esse.

His itaq̄
10a. arbo.
li. 11. theo.
c. 15.
Viguerius

A ¶ Si tempore infidelitatis liber contraxit cum ancilla: etiam conditione ignorata, verē teneret matrimonium. Tales enim non obligantur legibus humanis. At q̄ istud impedimentum solum iure positio impedit: ita vt Ecclesia posset facere q̄ non impediret: si tolleret prohibitionem: sic Petrus de palude in. 4. vbi dicit. Aliter impedit error personę: q̄ conditionis, quia ille ex natura matrimonij. Vnde Ecclesia nō posset facere q̄ error personę nō impediret matrimonium, cūm desit consensus, sed error conditionis impedit ex statuto Ecclesię. Vnde Ecclesia posset statuere q̄ non impediret. Posset etiam statuere quod error qualitatis, vel fortunę impediret. Hęc ille. Aduertendum: vt i istis impedimentis sciat quilibet quę impediunt solum ex statuto Ecclesię, et quę ex iure naturę, vt circa istos neophitos rectum sit iudicium.

c. 16. §. 7
2. conclu.
Contra Al
mayn. d.
36.
Palud. d.
36.

B ¶ Dubitatur. Vtrū seruus contrahens cum serua, putans q̄ sit libera, verē contrahat. Videtur q̄ non. Eo q̄ sit error conditionis ¶ Rē q̄ verum esset matrimonium. Seruus enim non potest cōqueri de conditione ancillę, cūm eiusdem sint conditionis, ob id nullam patitur iniuriam. Quocirca nullum est impedimentum Nam impedimentum coerat in primo casu propter iniuriam quam patiebatur liber contrahendo ignoranter cum serua, sed seruo sic contrahente cum serua nulla fit iniuria, ergo tenet matrimonium. Sic determinant doctores. Idem si liber cum illa quam putat seruam, et est libera, quia non patitur iniuriam.

Nota.
1. Dubium
2. Dubium
Suplemē.
d. 36. q. 1.
articu. 2.
Corroll. 3.

C ¶ Dubitatur ad huc. Vtrum si liber contraxit cum ancilla ignoranter, et pōst donata libertate manet cum ea, et habet accessum ad ipsam sicut antē. Vtrum sit verum matrimonium sine consensu de nouo adueniente. ¶ Videtur q̄ sic. Eo q̄ cum cessauit impedimentum, quo stante non tenuit a principio: matrimoni-

d. 36.
2. dubium
Argu.

Confirmatur. **¶** *um erit verum, et firmū quando nihil obstat. ¶ Et confirmatur.*

¶ *Ad verum matrimoniū sufficit consensus legitimus ex vtraq̄ parte inter personas legitimas, sed talis fuit inter istos duos qui iam sunt legitime persone, ergo verum est matrimoniū ¶ In contrarium, trarium tamen est veritas. ¶ Pro quo sit. 1. conclusio.*

1. conclusio. **¶** *Quando duo contraxerunt, et a principio matrimoniū nō* **A**

Suplem. d. *tenuit, quantumcunq̄ post se tractent tāquā cōiuges, et mutuo*

36. q. p̄i. ar. 3. *coniisceantur: non erit verum: matrimonium, etiam cessante im-*

Ratio cō. *pedimento, si non adsit nouus consensus. Hoc probatur. Vbi non ē*

Supra de *consensus inter personas legitimas, non est matrimonium, etiam*

consensu. *si sit traductio, et copula, sed in casu posito non adest consensus,*

ergo copula non sufficit. Probatur. Primus consensus fuit nullus,

quia fuit inter personas illegitimas, ergo non fecit matrimonium

et sic non erit matrimonium nisi adsit de nouo. Istam conclusio-

Glossa. *nem expresse ponit gl. in ca. Ad nostram. Extra de coniugio ser-*

Ricar. d. *uorum. Hęc est determinatio Ricardi in 4. ¶ Et probatur per.*

36. q. 2. c. primum. *de eo qui duxit eam in matrem, quam polu. per adul. Et*

ar. 2. *per c. 2. de coniugio seruorum. Ita tenet doctissimus Adrianus in*

Adria. *4. de sponsalibus. Et vt iuris peritos adducamus. Hęc est sentētia* **B**

Panor. *in c. Super eo, de conditio appe. post determinationem In-*

Inno. *nocētij. Quia ex regula iuris. Ex cōtracto irrito aliās: nulla nas-*

Regula. *citur obligatio. ¶ Hęc conclusio nō maximē cōmenda memorie,*

propter dubia emergentia inter istos neophitos. Contingit enim

q̄ duo inter se contraxerunt more solito, et fuit impedimentum

vel disparitas cultus, vel quia viuebat propria vxor, vel primus

vir. Post verò ablato impedimento manent simul sine alio nouo

Nota: pro *Indis.* *consensu, non est iudicandum: matrimonium, quantumcunq̄ simul*

fuerint per multum temporis, et se tractauerint vt vir, et vxor:

si non fuerit nouus consensus.

2. conclusio. **¶** *Si tamen post ablatum impedimentum, ob quod āte. ma-* **C**

Ricar. d. *trimonium non tenuit: intus in corde de nouo consentiant: verum*

36. articu. *efficitur matrimonium, etiam nullo exprimente consensum: Pro-*

2. q. 2. *batur. Matrimonium verē contrahitur per consensum mutuū*

inter:

inter personas legitimas, sed ablato impedimento interuenit talis consensus, ergo sufficit cum expressione verborum, que prece-
 bit. Hec Ricardus in. 4. Hanc eandem sententiam tenet do. De
 Turre crema. Et est communis opinio doctorem. Cum hoc penit Tur. cra.

A sentire intus in anima. Vel si uiuente. i. coniuge contraxit, putans
 qd esset mortuus, postq̄ cōstiterit de morte eius: si interius consen-
 tiat, verum est matrimonium: si maneat in matrimonio. Hanc
 dicit esse opi. communem Loazes in tractatu de matrimonio, du Loazes.
 bio. 12. Idem Ioan. An. & Baldus. Nouelus in tractatu de dote. p. Ioa. An.
 11. Sed tñ requiritur ad hoc quod sciat persona que de nouo con- Baldus.
 sentit impedimentum ablatum, sicut Hostien. & Prepo. & alij ex Nouel.
 plicant in. c. 1. De eo qui duxit in mati. Hostien.
Panor.
Prepo.

CARTICVLVS 30.

An possit seruus contrahere matrimonium contra voluntatem
 domini. Et si cum voluntate eius: vtrum fiat liber.

B



T videtur qd non possit. Quia qd est alterius non potest
 test quis alienare inuito vero domino, sed seruus est
 aliquid domini sicut peccunia (vt ait Aristot.) ergo non potest per matrimonium alteri dare sine cō-
 sensu veri domini. Argumē.
1. poli.

In contrarium tamen est autho. B. Pauli dicentis. In Christo Ad gala. 3
 Iesu non est seruus, neq̄ liber. Ac si diceret, qd ad sacramenta sus-
 cipienda nulla impedit seruitus. Sicq̄ determinatum est. Extra
 de coniugio seruorum. c. 1.

C **S**eruus, vel ancilla: potest matrimonium contrahere inui- 1. conclu.
 to, vel ignorante, vel sciente domino. Patet. Matrimonium est Sco. d. 36.
 de iure natura: in quantum maris & fœminæ coniunctio ordina- ar. 2. q. vni
 tur ad cōseruationem speciei. Et seruitus est de iure positio, & Ad ga. 3.
 non naturali, sed non potest per ius posituum derogari ius natu- Sup. ar. 1.

Suple. d. *36. q. 1. ar. 3. n. 3.* rale, Nam sicut non potest seruitus impedire quominus seruus comodat, vel aliquid aliud ad sui conseruationem operetur. Et hoc ex eo quod est de iure nature conseruatio indiuidui. Sequitur a simili quod nec poterit ius positium tollere id quod est de iure nature

Ioa. arbo. *li. 11. theo. so. ca. 15.* ad conseruationem speciei, quale est matrimonium. Et tandem est expressa determinatio i. c. supra dicto Et 29. q. 2. c. Omnibus nobis. Et c. dictum. Et c. prudentia. De officio delegati.

2. conclu. ¶ Seruo, vel ancilla contrahente matrimonium contra voluntatem domini, non priuatur dominus debito seruitio, sed potest eo uti sicut ante matrimonium utebatur. Ista conclusio determinata est in c. 1. de coniugio seruorum. Ratio est. Quia si verus est dominus serui, vel ancille, non debet suo iusto seruitio priuari per aliquid superueniens. Ergo sequitur quod poterit eo uti quomodo ante utebatur, etiam si per hoc impediatur debitum maritale. Quia qui scienter cum tali seruo contraxit, tali conditione videtur contraxisse. Sicque non fit ei iniuria.

Ratio com. ¶ Dominus serui contra cuius voluntatem matrimonium contractum est, licet possit uti seruo suo sicut ante, ut impediatur inter dum debitum coniugale, non tamen potest licite vendere eum in regionem longinquam, vbi impediretur coniunctio maritalis. Ista conclusio probatur pro. 2. parte, quia pro prima iam patet. Nam si seruus quantum ad contrahendum, vel non contrahendum est liber, sequitur quod dominus non potest eum impedire, impediret autem si post contractum matrimonium possit vendere in longinquas terras, ergo sequitur quod non potest sic vendere. Nam alias seruus non esset liber quantum ad matrimonium. Frustra enim esset talis libertas: si non possit exequi actum matrimoniale. Ricardus. Idem videtur a serere do. de Palude. Hec conclusio est contra Scotum, et Almayn. d. 36.

3. conclu. ¶ Si dominus vellent seruum, vel ancillam contrahere, licet non eo ipso liberum efficiat, non tamen potest eum impedire a reddendo ubi supra. tione debiti, quoties exigatur ab eo. Probatur. Nam eo ipso quod consentit eum ducere vxor est, yedet dedisse licentiam alteri ut eum ducat.

Almayn. *4. conclu. Ioa. arbo. 1. corin. 7.* ¶ Si dominus vellent seruum, vel ancillam contrahere, licet non eo ipso liberum efficiat, non tamen potest eum impedire a reddendo ubi supra. tione debiti, quoties exigatur ab eo. Probatur. Nam eo ipso quod consentit eum ducere vxor est, yedet dedisse licentiam alteri ut eum ducat.

di seruo suo quoties voluerit ad illū actū, et sic videt cessisse iuri suo. Quare petenti uxori debitum, plus tenetur seruus, q̄ domino tunc aliud precipienti. Sic Ricardus in loco supra allegato.

¶ Quod tamen non fiat liber: eo q̄ dominus consentiat: est sententia omnium doctorum. Neq̄ in iure canonico contrarium habetur. Ob id tanq̄ certum tenendum. Secus tamen est si seruus ordinetur, vel religionem profiteatur domino volente, et non contradicente. Quia tunc cum ipse possit impedire ne seruus suus ordinetur, vel profiteatur, eo ipso q̄ consentiat: videtur eum manu mittere. Sed tamen quia matrimonium non potest dominus impedire, non eo q̄ consentiat iure diuino, aut canonico manu mitti, licet secundum ius civile videatur manu mittere. Hanc cōclusionem in sententia ponit Petrus de Palude in. 4.

¶ Sed est dubium circa hoc. Vtrum si dominus dat ancillam vel seruum in matrimonium alteri libero, & ipse liber ignorat conditionem seruitutis. Vtrum sit matrimonium. Et videtur q̄ non ex superius dictis Quia conditio seruitutis ignorata: ex iure iustitiano annullat matrimonium.

¶ Re. Dominus dans ancillam, vel seruum in matrimonium alteri libere conditionis, facit q̄ verē teneat matrimonium, si adest legitimus consensus contrahentium. Hęc conclusio est determinatio Panor. in c. Ad nostram, de coniugio seruorum. Et iure civili. In authenticā de nuptijs. §. Si verō, et l. 1. ti. 5. parti. 4. Et sic in l. 5. ti. 22. Cuius ratio est. Quia in pœnam illius fraudis lege statutum est: q̄ ipso facto sit libera illa serua. Idem si fuerit seruus, & dominus tradat alicui libere. Et sufficit ad hoc determinatio iuris civilis. Potest namq̄ ius civile sic punire volentes defraudare liberos conditione. Si tamen ita est q̄ dominus ancillam, vel seruum tradit matrimonialiter libero, & manifestat seruitutem: nō ob hoc facit eam liberam, vt supra dictū ē. Quod bene probat Couarrubias in epithome.

¶ Dubitatur. Vtrum ad hoc q̄ dominus ancillę incurrat hęc pœnam sufficiat q̄ dominus taceat, & nolit impedire matrimonium.

Ricar.

Ioa. arbo.
& Vigue.
vbi supra.Palu. d. 36.
q. 2. cō. 5.
Dubium. 1.

Argu.

Solutio.

Panor.

Couarru. 2.
p. c. 3. §.
7.
2. dubium.

um cum possit. Vel vtrum requiratur q̄ ipse actu det ipsam libe-
 Solutio du ro in matrimonium.

Suple. d. **¶ R.** Ad hoc q̄ dominus incurrat hanc pœnam iuris non suf-
 63. q. 1. ar. ficit q̄ taceat, vel non probibeat cum probibere potest, sed requi-
 3. con. 2. ritur q̄ actu eam traddat libero in matrimonium, quicquid dicat
 Panor. Quia taciturnitas eius cuius non requiritur consensus, nō **A**

Ratio. 1. debet reputari consensus, sed non requiritur consensus domini ad
 contrahendum matrimonium, ergo eius taciturnitas non debet
 2. ratio. reputari consensus. Item. Quia fauores ampliandi sunt, & odia
 restringenda, ex re zulsiuris, sed hoc est maximè odiosum, ergo
 non ampliandum est, sed restringendum, sed solum dicit de domi-
 nis traddentibus ancillas suas liberis, ergo de illis solum intelligi
 debet, & non de alijs tacentibus, & non contradicentibus. Istam
 Palud. conclusiōnē tenet dominus de Palude in loco supra allegato. Sed
 tamen probabile est quod sufficiat quod sit ipso presente, & non

Couarru. **¶** Sed quid erit dicendum si dñs præcipit clerico, vel religi-
 Dubium. 3. cōtradicēte. Quod probat Couarru. in suo epitome. 2. p. c. 3 §. 7

Solutio. **¶ R.** q̄ si dominus conditionem non manifestet illi cui præci-
 pit, vel illi cui vult traddere (eadem enim est ratio vtrobiq̄) pe-
 rindē est ac si ipse faceret. Et sic maneret seruus liber, & verum
 esset matrimonium. **B**

ARTICVLVS 31

De voto solemnī.



Via propositum nostrum est de matrimonio loq̄
 præcipuē quantum spectat ad incolas huius noui
 orbis, sub breuitate illa que nō admodū ad eos at-
 tinēt transcurremus, quale hoc est impedimentū
 de voto solemnī, quod quidem impedit matrimo-
 nium contrahere, & contractū dirimit, d. 27. c. Presbyteris. Itē.
 Qui clerici, vel vouentes c. Insinuante. Nec de hoc aliquod dubiū
 est

est apud catholicos. Cuius ratio est. Quia qui alteri est obligatus, et non habet in sua potestate, nulli potest alteri dare, sed huiusmodi est qui votum solemne fecit, quia iam obligatur, et datus est in possessionem illi, cui se vouit profitendo, ergo non potest absolute dare alteri se ipsum in matrimonium.

A. ¶ Sed circa hoc est dubium non contemnendum. Vtrum hoc sit iure diuino, vel naturali. Vel vtrum solū sit preceptū Ecclesie.

¶ Quod votum solemne matrimonium impediatur contrahendum, et contractum dirimat: solum habetur iure positiuo Ecclesie astico, et non diuino, vel naturali. Probat. Quia si ex natura rei votū solēne dirimeret iam contractum, eodē modo votū simplex dirimeret, sed nō dirimit iā contractū, licet impediatur contra hēdū (vt supradictū est) ergo neq̄ solēne sic dirimeret. Qd̄ tamē sit idē quo ad Deū: patet ex eo: q̄ illa ceremonia, et modus solēni r̄di solū est qd̄ de iure positiuo introductū. Sequitur ergo q̄ cū pri mū nō impediatur de iure diuino, neq̄ naturali quominus matrimo niū cōtractū sit validū, sic etiā de voto solēni dicēdū. Sicq̄ habes

B. solū istum impedimentum voti esse de iure positiuo, eo q̄ iam videtur transulisse corpus suum in manus prelati: ita vt nullo modo possit alteri dare quod non habet in possessione. Istam sententiam tenet docto. sub in. 4. Idem Caie. Plura alia dici possent de voto, que doctores in. 4. tractant, de quibus quia non ad propositum tacendum censui.

¶ Non tamen est negandum probabilem esse opinionem illā, que tenet votum solēne matrimonium dirimere iure diuino. Quia mutatio est status inferiores in superiorem. Et quidem in voto solemni est traditio. Et dato solemnitas ipsa sit iure positiuo, ratione traditionis factę habet quod non possit matrimonium contrahere. Sicut eleganter nunc magister Soto in suo preclaro opere de iustitia, et iure pbat esse a doct. S. A quo tamē cum aliis eius angelicam potius q̄ humanam sequamur doctrinam, in p̄ sententia licet a digressionem momentaneam facere, quāuis ab eo in scriptis nō fiat recessus. De quo sup̄, q̄ d. voto simplici agebam

¶ Arti

Ratio qua
re votum
solem. im
pe. et diri.

Conclu.

Ratio cō.
Voto solē-
ex iure po-
sitiuo impe-
dit.

Scot. d. 38.
q. unica.
Caie. 22. q.
80.
d. 38. 4.

Soto de ius-
titia et ius-
ti. 8. q. 2. ar-
ti. 5.
Viguer. ca.
16. §. 7.
verbo. 9.
Docto. in.
4. d. 38.

PARTICVLVS 32.

De disparitate cultus.

Nota. 1.

Hugo in
 somma sē.
 tracta. 7.
 ca. 8.



St nunc differendum de impedimento dispari-
 tatis cultus. Vtrum ita sit q̄ impediatur contra-
 hendum, et dirimat contractum. At vt exactē
 hoc tractemus notandum est: q̄ hic loqui possu-
 mus de isto impedimento. Vtrum sit impedimē-
 tum stando in iure naturali. Vel vtrum per le-
 gem scriptam diuinam. An solum per legem positiuam humanā?

2.

¶ 2. Notandum: q̄ aliud est loqui de infidelitate in genere.
 Aliud de infidelitate vt dicit priuationem sacramēti fidei. s. bap-
 tismatis.

3.

¶ 3. Etiam notandum: q̄ non est idem querere. Vtrum fidelis
 possit contrahere cum infideli. Et querere. Vtrum illi qui dispa-
 ris sunt cultus possint contrahere. Potest enim esse q̄ nullus sit fi-
 delis, et tamen q̄ sint disparis cultus.

1. conclu.

Cont. Vi-
 gueriū in
 suis insti-
 t. theo. c. 16.
 §. 7. ver.
 9.

¶ Tempore legis naturalis ante legem scriptam licebat fide-
 li contrahere cum infideli. Liceret quidem tunc fidei Abrae cō-
 trahere cum infideli. i. cum illa que non protestabatur fidem ven-
 turi aliquo signo, vel aliquo sacrificio. Quia vbi nulla est probi-
 bitio personarum manet matrimonium in iure naturali, sed in iu-
 re naturali non videtur talis prohibitio, quominus possent fidelis
 et infidelis iungi.

2. conclu.

S. Tho. in.
 4. d. 39.
 Ri. ibi. q. 1.
 Palu. ibi.
 Exo. 23.
 Daute. 7
 lo. arbo.
 lib. 11. theo
 so. ca. 11.

¶ Post legem scriptam datam populo Israeli non licuit fide-
 li coniungi in matrimonio alicui ex cananeis, benē tamen cum
 alijs infidelibus licuit. Quia sic lege preceptum ē in exo. Et expre-
 se ī Deutero. Immo q̄ omnes interficerentur Et ratio huius erat.
 Quia nimium timebatur de euersione fidelis per infidelem. Et ob-
 id nisi conuerteretur Cananeus; nullo modo licebat inire fœdus
 matrimonij.

¶ 2. Pars conclusionis probatur. Quia nullibi in lege precep-
 tum est: q̄ non liceret ex alijs infidelibus capere in matrimonij.

Immo

Immò cōstat id Sanctos fecisse. Sic Ioseph, Moyses, et Hester cū infidelibus contraxerunt. Quia non erat timor de auersione a vera fide. Hęc dicta sint contra Viguierium Granatenssen, qui in suis institutiōibus Theologicis. c. 16 §. 7. verbo. 9. dicit iure diuino esse nullum matrimonium inter fidelem, et infidelem contractum. Et in hęc sententiā videtur declinare Ioa. Arboreus. lib. 11.

Gene. 41

Hester. 2

Viguierius

Theosophibę. c. 15. Quis nō dicat aptē. Quā ex Paulo nititur p̄bare.

Ioa. arbo-

reus. li. 11.

theo. ca. 15

3. conclu.

A ¶ Fidelis cum infideli cuiuscunq̄ ritus sit, dummodo non sit baptizatus: non potest contrahere matrimonium. Et si contrahat, iure humano positio est nullum matrimonium. Probatur. 28.

Cipria, ser.

de lapsis.

Ambro, et

in episto.

Theophi. 1

corin. 4.

Tarama. d

39.

Reynerius

li. 2. de ma-

trimo. c. 21

Palu.

Scotus.

q. 1. Sic enim. Et ibidem in c. Caue. Quę sunt verba. B. Ambrosij.

in li. 1. de patriarcha Abraham. ca. 9. Cuius ratio potest esse, quā assignat Ricardus ibidem. Quia non deceeret Christianum contrahere matrimonium in quo non esset ratio sacramenti, sed in-

ter fidelem, et infidelem non esset ratio sacramenti. Quia non posset habere rationem sacramenti, ex parte coniugis non bapti-

zati, ergo non potest inter eos esse verum sacramentum matrimonij. Sic canoniste in ca. 1. desponsa. Et ē cōclusio Theologo. in

B 4. d. 39. Ibi Palu. q. 1. Et Sco Et Ioa. Echius Home. 71. De sacramentis Et quidem videtur fuisse a tempore Apostolo

rum hęc prohibitio. 1. Cor. 6. Nelli coniungicum infidelibus. Et. 2

Cor. 6. Idem. Et in concilio Toletano. 3. ca. 14. et 4. ca. 61.

¶ Licet in iure non habeatur expressa determinatio, vel con-

cilij, vel Pontificis: q̄ fidelis non possit contrahere cum infide-

li, habet tamen ista prohibitio vim iuris positivi expressi. Proba-

tur primo q̄ non habeatur expressē talis determinatio. Quia so-

C lum reperitur auctoritas. B. Ambro. supra allegata li. 1. de patri-

archa Abraham. c. 9. Et Augustini, et Hieronymi li. 1. aduersus Iouenianum. Et Cypria. li. 3. aduersus Iudeos. c. 62. Nam dato in concilio Toletano. 3. et 4. ibi tamen solum de Iudeis est sermo.

Augu. de

adulle, con-

ium. c. 25.

Idem d̄ si,

et opibus

c. 19.

¶ Secunda pars manifesta: quod habeat vim legis expressę. Quia vel olim fuit determinatum, et perijt talis determinatio. Et tunc non est dubium quin modo vim teneat sicut si scripta esset.

gis vbi cessat ratio consuetudinis, & ibi obligatio consuetudinis cessabit. Vt si sit lex, q̄ propter pericula nocturna nullus portet arma noctu. Cessat ista ratio, cessante scandalo, & sic cessat inconscientia legis obligatio. Ita a fortiori de consuetudine. Ratio istius consuetudinis esset timor; q̄ vir fidelis subuertetur ab infideli, sed inter istos hoc cessat, cum experientia constet eos sic cō uiuere, quorum alter fidelis, alter infidelis, & q̄ nunq̄ fidelis dicat infidelis vt conuertatur, nec e contrario, infidelis fideli vt fidē neget, vel quid simile in contrarium fidei agat. Sequitur ergo q̄ probabiliter posset dici, si non est determinatio iuris, sed solū consuetudo: quod esset matrimonium inter tales.

¶ Item. 2. Quia consuetudo solum obligat illos qui eam receperunt, sed isti nunq̄ receperunt, neq̄ aliquid audierunt de illa ergo videtur quod excusentur. 2. ratio.

¶ Sed tamen quicquid sit de hoc, non oportet sapere plus quā oportet sapere, sed teneo cū omnibus de floribus catholicis: quod Ecclesia irritat, & annullat tale matrimonium, & fidelem facit personam illegitimam ad contrahendum cum infideli non baptizato, etiam si sit cathecuminus. Et sic si contrahant quātuncunq̄ ignorauerint ius, licet excusentur a peccato in contrahendo, & simul manendo, quando tamen cōstiterit de impedimento: separandi sunt, nisi alter iam ad fidem conuersus sit, & de nouo contrahant. Et facit ad hāc iustam prohibitionem, quod iure civili cautum est, Christianum contrahentem matrimonium cum Iudeo, vel Iudeum cum Christiano: p̄na adulterij mulctari, quę erat mortis in. l. Ne quis, C. De Iudeis, & ibi. Salicetus.

¶ Infideles inter se quantuncunq̄ sint dispares cultu, et religione: possunt contrahere matrimonium, nisi suis legibus prohibitū fuerit. Quia cum sint infideles extra Ecclesiam, non adestat legibus humanis, nec diuinis posituis veteris testamenti. Quia illis solum tenebantur Iudei, qui eam legem receperunt, ergo si legem tenentur: erit naturalis, sed lege naturali non est prohibitum intergentes diuersorū ritūū inire fedus matrimonij, vt sup̄ p̄batū est.

Secun.

Adrian.
quolib. 6.

Medina.

2. ratio.

Eccl. 7. et
ad. Ro. 12.

Salice.

S. conclu.

Ratio cō.

Ratio. 2. p. ¶ 2. Pars q̄ intelligitur nisi suis legibus aliter fuerit prouissū probatur. Quia potest dominus infidelium leges, et edicta ponere (quandoquidem verus est dominus) pertinentia ad suam rem publicam, et bonum communitatis, sed tale edictū. q̄ infideles nō iungantur alijs alterius ritus: potest pertinere ad bonū suorū ciuitatū, ergo poterit legē ferre de illo. Et tunc silex sit lata: tenētur oēs illā seruare. Et sic cōtra faciēs nihil facit. Segitur ergo q̄ si legibus suis fuisset prouissū, non possent infideles diuersi ritus, et cultus contrabere, sicut nec et modo fidelis potest cū infideli non baptizata, vel cathecumina ex lege, vel consuetudine approbata Ecclesie. Et sic videtur q̄ maximē circa matrimonium possent domini infideles has conderē leges. Quia est quidam contractus necessarius, sine quo est impossibile rem publicam posse constare. Quod videtur asserere post. S. Tho. B. Antoni dicens.

S. Tho. d. 39. ar. 1. Possunt infideles vnus ritus contrabere cum infidelibus alterius ritus, ut à Sarraceni cū Tartaris, nisi per aliquod ius positium prohibeantur. Idem allegat Siluester. Certum est: q̄ non loquitur de iure positiuo Ecclesiastico. Quia non subduntur tales legibus Ecclesie, sed loquitur de iure positiuo humano regali, cui subduntur etiam infideles.

Dubium. ¶ Sed nunc circa hoc queritur Vtrum dato ita sit: q̄ matrimonium sic contractum inter fidelem, et infidelem non baptizatum sit nullum. Vtrum si post conuersionē infidelis ad fidem maneat simul: verum sit matrimonium sine alio nouo consensu, sed solum ex communi cobitatione. Hoc est vnum dubium dignum profectu scitu, propter neophitos huius orbis. Et quidem in parte in præcedentibus discussū est, sed tamen opere præteritum censeo in isto impedimento diffinire.

Nota. ¶ Pro solutione dubij prius oportet distinguere Quia potest esse q̄ tales post conuersionem infidelis cobabitent, sicut antē, ignorantes ius, et impedimentū quod fuit a principio. Vel quod scienter. Et adhuc dupliciter. Si scienter. Vel ignoranter Vel de nouo exprimendo consensum verbis, vel signis, vel interius consentiendo,

A cōsentiēdo, vel merē priuatiuē se habēdo, neq̄ consentiēdo, neq̄
dissentiēdo. Quibus p̄libatis resp̄cēdētur.

¶ Si fidelis contraxit cum infideli ignorans ius, et post cen- **1. conclu.**
uersionem infidelis cohabitēt, et exigat debitum, non de nouo cō
sentiēdo, sed eadem fide sicut prius: nullum est matrimonium,
vsq̄dum adsit nouus consensus. Nam ad matrimonium requiri- **Supra ar.**
tur consensus mutuus inter legitimas personas: ita q̄ altero isto **2. & per**
rum deficiente: non est matrimonium, sed sic est q̄ quando affuit **omnia de**
consensus a principio: non fuit inter legitimas personas, ergo nō **consensu.**
fuit matrimonium tunc, nec modō est. Quia modō solū sunt per
sonę legitime post conuersionem infidelis, sed non adest consen-
sus, qui est ad hoc necessarius. Sequitur ergo q̄ non est matrimo-
nium.

¶ **2.** Si esset matrimonium, per solam cohabitationem proba **2.**
retur esse tale, sed non sufficit sola cohabitatio, imō neq̄ traduc- **Supra ar**
tio sponse in domum, vt determinatum est Extra de restitu. spo **ticu. 3.**
B lia. c. Ex pte Sic Panor in. ca. Super eo, de conditi. apposi. Et eā **Panor.**
dem tenet do Adri. Et est singularis determinatio glo in. 6. de sp̄ō **Adria.**
impu. ca. vnico, dicentis. Solo temporis cursu non firmatur q̄ a **Adria.**
principio non valebat, sed nouo subsequenti consensu, interdū **Adria.**
tacito, vt supra adduximus. Idem Ricar. Nam vbi semper est iu **Ricar. vt**
ris ignorantia, et facti, semper videntur conuenisse ex illo priori **supra.**
consensu, qui non fuit sufficiens propter personas illegitimas. Sic
q̄ quandoquidem a principio suum nō est sortitus effectum, neq̄
pōst poterit, nisi adsit de nouo. Alioqui sequeretur q̄ si quis ducit
aliquam de presenti, et ipsa non consentit, vel est impedimentum
q̄ si post successu temporis iungantur sine alio nouo consensu ex
teriori, vel interiori. est et verum matrimonium, quod est falsum.
Si enim conuenirent inde ad decimum annum deberet iudicari p̄
matrimonio, quod tamen nullus audebit dicere. Ratio huius est.
Tunc enim a principio ille consensus viri nullum habuit effectū.
Et ad hoc quōd pōst sortiatur effectum: est necessarium q̄ adsit
de nouo. Et hoc in. ca. Veniens. Extra d̄ eo q̄ dux. in ma. eam quam

- Sco. d. 35. po. per adul. Hoc idem tenet docto. sub. in. 4. Immo est expressus A
 q. vnica. textus de sponsa. impub. in. 6 c. vnico, ybi dicitur: q. si impuberes
 ipsi, vel parentes pro eis sponsalia contrahunt: si post etatem cō-
 pletam ipsi iuuenes non consentiant verbo, vel facto: propter mu-
 tuam cobitationem simul solum non est validum, quod ante nō
 Glossa. fuit validum. Et sic ibidem glo. dicit, quomodo solum per cursū
 temporis non fit validum, quod ante fuit inualidum. Et idem de
 Aulen. 1. terminatur de matrimonio ibidem, ybi fuit contractum iter mi-
 regum. 8 nores. 14. annorum.
 9. 140.
 2. conclu. ¶ Si post conuersionem infidelis: fidelis consentiat interius ac-
 tu directo in matrimonium, vel exterius exprimendo, etiam i. g. o
 Ratio cō. rando ius: est verum matrimonium. Probatur. Quia ad verum
 matrimonium requiritur consensus inter legitimas personas, sed
 Sup. ar. 2. ista concurrunt in casu, dato sit ignorantia iuris de facto iam p̄
 torito, ergo verum erit matrimonium. Nam ad matrimonium nō
 requiritur q. contrahentes sciant se. posse contrahere, sed satis est B
 constet eis non posse non contrahere, quod potest facile cognosci.
 Im mo dato opinentur se non posse, sed decipiuntur. Et tamen de
 facto si contrahunt: verum est matrimonium, licet ipsi peccēt cō-
 trahentes. Quia sunt ibi omnia. necessaria, & sufficientia ad ve-
 rum matrimonium.
3. conclu. ¶ Si post conuersionem infidelis constet fideli de impedimēto
 quod p̄cessit, & habitent, & commisceantur, consentiendo inte-
 Ratio. rius est verum matrimonium. Probatur. Quia est verum, etiam
 si ignorēt impedimentum, yt in proximo articulo probauimus, er-
 go a fortiori erit verum matrimonium, si post detectam conditi-
 onem simul cobabitent interiori. consensu. Quia nihil deficit ad.
 rationem matrimonij. Sic. affirmant doctores citati, cum quibus.
- Ricar. & Ricar.
4. conclu. ¶ Si fidelis post conuersionem infidelis cobabitet, & debitum
 exigat, cognoscens impedimentum p̄teritum, sed tamen neq. cō-
 sentiens, neq. dissentiens, sed indifferenter se habens: non est verū
 matrimonium quantum ad Deum in foro conscientie. Quia ad
 matri

A matrimonium requiritur expressus consensus inter personas legi Sup. ar. 2
timas, sed in casu non est talis consensus, quia meré priuatiuè se
habet, ergo non est matrimonium.

¶ Cōfirmatur. Quia si ad aliquam accederet non consideran- *Confir.*
do, neq̄ promittendo, neq̄ exterius consentiendo, nec interius, non
esset verum matrimonium quo ad Deum, ergo neq̄ in proposito
quoniam nullus est consensus post legitimationem personarum.

¶ Si fidelis post conuersionem infidelis sciens impedimentum *§, conclu.*
cobabitet sicut antè, etiam si non exprimat consensum exterius,
vel interius, licet quantum ad Deum non iudicetur verum matri-

monium, est tamen verum secundum Ecclesie presumptionem.
Quia Ecclesia presumit in bonam partem hunc sic scient em im- *Ratio.*
pedimentum precedens nolle peccasse, et sic accessisse ad uxorem
tanq̄ ad veram, et consensisse interius. Hoc videtur expressè de
terminatum in c. Ad id. Extra de sponsa. Vbi determinatur: q̄

puella que ante etatem legitimam coactè duxit virum, si post eta-
tem completam non reclamauerit statim, licet post dicat se non cō-
sensisse, non est credendum ei, sed simul debet cobabitare. Quia

eo quò potuit contradicere, et non cōtradixit statim: videtur cō-
sensisse. Sic q̄ presumit Ecclesia quòd ipsa non voluerit peccare
que tamen peccasset si coniungeretur viro non consentiendo in eū
matrimonialiter. Sic in proposito. Ex quo fidelis nouit impedimē-
tum preteritum, et non diuertit, sed adhuc manet sicut prius, est

matrimonium presumptum, et si non sit nouus consensus. Quia
Ecclesia presumit eum non voluisse peccare. Pro hoc verò notan-
dum q̄ do. Abulen. dicit quòd non solent de nouo consentire: qui

matrimonialiter coniucti sunt, quando fuit impedimentum: nisi *Abu. 1. rē*
constet postea eis de impedimento quod precessit. Ex quo patet: *8. q. 38.*

q̄ ad presumptionem matrimonij in foro Ecclesie inter illos qui
non poterant coniungi non sufficit impedimentum cesset, sed req̄-
ritur scientia, quòd a principio precessit.

¶ Posset etiam circa hoc impedimentum hic adduci qualiter
per conuersionem vnius ad fidem dissoluatur matrimonium, alio
non

non valente conuerti. At quia specialis occasio se se offeret cum i
 2. p. huius speculi agendum erit, tibi reseruabimus. Tractabimus
 nãq̄ de m̄rimonio infidelium. Et ob id lectore illic mitte dũ duxim⁹

ARTICVLVS 33.

De impedimento criminis.



S. Anto. 3
 p. u. i. c. 5.

Tria cri-
 minainis
 to impedi-
 mento.

Viguerius
 cap. 16.
 §. 7.

1. conclu.
 Ang. i. ver.
 mati. 3.
 impedi. 9
 Balso. in
 4. d. 34.
 ar. 2.

Equitur nunc de alio impedimento. scilicet criminis, quod
 quidem impedit contrahendum, & dirimit contra-
 ctum. Hoc impedimentum est expressum in iure,
 per totum titulum. Extra de eo qui duxit in ma-
 trimonium eam quam poluit per adulterium.

¶ Et quidem tria sunt crimina. scilicet Homicidium in facto. 2. est
 Ad alterum cum promissione. 3. Contrabere de facto cum. 2. vi-
 uente prima. At ut debite, & clare procedamus, vñ quod q̄ isto-
 rum seorsum tractandum statui. Et. 1. De homicidio illud autem
 sic intelligimus esse. Vt si quis vir occidat virum alterius, ut ha-
 beat eius uxorem in matrimonium.

¶ Et pro intelligentia huius impedimenti omnia dubia sa-
 mul proponamus. Vtrum sufficiat ad hoc impedimentum machi-
 natio solum mortis sine effectu. i. q̄ non sequatur mors. Item si suf-
 ficit precepisse homicidium fieri. Preterea. Si casu factum est ho-
 micidium. Vtrum impediatur. Itẽ. Si alius interfecit, sed qui duxit
 uxorem ratum habuit. Et vtrum sic similiter intelligatur impe-
 dimentum ex parte foeminae, ut si machinata est ipsa in mortem
 uxoris illius quem vult in virum, vel si machinata est ipsa in mor-
 tẽ proprij viri. His suppositis ad dubium respondetur.

¶ Vir qui machinatus in mortem verẽ occidit, vel propriam
 uxorem, ut aliam ducat, vel virum alterius, ut uxorem ducat
 in matrimonium, post tale homicidium non poterit talem foemi-
 nam ducere. Et si duxerit, sunt separandi. Ista conclusio habetur.
 in titulo supra allegato. c. Significasti. Et 31. q. 1. c. Si quis viuen-
 te. Dixi, si verẽ occidat. Quia quicquid dicant aliqui: si verẽ non
 sequa.

sequatur homicidium, non est impedimentum. Sic tenet inter iuristas Vgutius. Quæ est communis opinio Theologorum quos contra Vgutius. gigit videre. Dixi præterea in conclusione: si interficiat animo ducendi uxorem illius. Quia si non ipso animo faciat, sed odio, vel in bello, nullum est impedimentum: ut patet Extra de conuer. in fi. in. c. Laudabilem, ubi determinatum est. quod illi qui in bello interfecerunt viros proprios quarundam mulierum, non animo ducendi uxores: quod possit eas matrimonialiter sibi copulare. Ad hoc enim crimen incurrendum requiritur actualis occisio, & similiter actualis intentio ducendi adulteram: ita quod si id non intendat, non erit impedimentum. 30. q. 1. c. Si quis viuente.

Nota hec.

¶ Vir non occidens uxorem propriam, vel virum alterius, sed tamen precipiens occidere, ut adulteram ducat: non poterit post mortem proprie uxoris, vel alterius viri eam habere in matrimonio. Quia quod consilio, & mandato eius factum est: ei imputatur secundum iura, ita quod est impedimentum ad contrahendum, & dirimitur contractum.

2 conclusio

S. Anto. 3. p. ti. 1. c. S. S. vnico.

¶ Confirmatur. Quia in textu dicitur. Si quis fuerit machinatus in mortem viri, sed talis cuius consilio fit machinatus est.

Confirma.

¶ Vir ratum habens homicidium viri ab alio perpetratum non suo consilio, aut fauore, poterit ducere eius uxorem in matrimonio. Quia cum hoc sit odiosum, non debet extendi amplius quam verba textus sonant. De regulis iuris li. 6. At, solum dicitur in tex. quando est machinatus &c. Sed qui ratum habet factum in nullo est machinatus, ergo sequitur quod non est tale impedimentum. Hec est communis opinio, et Iuris consultorum, et Theologorum. Sic et domini de Turre cremata.

3. conclusio

Turre ere ma. 30. q. 1. ca. Si quis

S. Anto. vbi supra. Conclu. 4

¶ In casu posito in. 1. et. 3. conclusione vir non poterit ducere in uxorem cuius virum interfecit, etiam si non commiserit adulterium cum ea. Ista conclusio. 4. posita est propter Ricardum, qui videtur texere: quod hoc impedimentum debeat intelligi: si interueniat ad alterum, et alias non. Sed proba conclusionem. Nam hoc impedimentum habet ortum, et vim ex iure positivo. sic diffi-

Centra, Ricardum. d. 35.

Ratio conclud.

niente, sed in textibus allegatis solum fit mentio de homicidio, et non de adulte: id, ergo si interueniat homicidium, etiam si non sit adulterium erit impedimētum. Sic Inno. Hostien. et Archiep flor. Verum tamen est q̄ docto. tenentes contrarium, vt est 'o. An. et Panor et Ricardus intelligunt iura, quando vterq̄ machinati sunt in mortem viri, vel vxoris. Tunc enim nō est necessariū inueniat adulter iū. Attam. q̄ alter tantum machinatus est, tunc requiritur adulterium. Secundum eos hoc habet apparentiā. Sed dicendum videtur nullo mō requiri adulterium, sed sufficere mortem S. Th. tñ vtrumq̄ recitat requiri.

Inno.
Hostien.
S. Ant. 3. p.
ti. 1. c. 5.
Ioa. And.
Panor.
Ricar.
D. 3. c. in ex
po. li. 1. c. 5.
5. conclu.

6. conclu.

Ratio con
tra conclu.

Palu. d. 34
q. 1. cō. 2.

¶ **F**œmina que machinata est in mortem vxoris adulteri, vt eum habeat in matrimonio, post non poterit eum nubere. Ista conclusio est determinata in ti. supra allegato. c. Super hoc; vbi dicitur: q̄ si mulier fuerit machinata in mortem vxoris adulteri non poterit eum nubere. Et in. ca. Significasti eodem titulo.

¶ **M**ulier que viri proprii mortem cum effectu est machinata, vt adulterum nubat, non poterit post mortem proprii viri adulterum nubere. Hęc conclusio ponitur propter quedam magistrum doctissimū virum, qui reputat non idem esse de viro qui machinatur in mortem vxoris, et de vxore que machinatur in mortem viri. Ratio que illam mouet est. Quia non sic iure dispositum. Cōtra eam pono conclusionē. Et ni fallor non indiget probatione. Quia expressē videtur determinatum. 31. q. 1. c. Si quis viuente. Vbi est casus: q̄ quis adulterium commissit cum muliere, que habebat virum proprium, et post mortem viro proprio duxit eam in matrimonio. Et ad casum istis verbis dicitur, et respondetur ibi ex concilio: q̄ si ita est, penitentiam agat et non dissoluatur matrimonium, dummodo vir, aut mulier virum qui mortuus fuerat non occiderit. Sequitur ergo q̄ si mulier proprium virum occiderit, non poterit nubere adulterum, cum ad paria similiter obliget determinatio: virum, et fœminam. Hęc est sententia expressa Petri de Paludē in. 4. vbi dicit sic. Sunt autē tria que dirimunt matrimonium post contractum. Primum est

Cum.

Cum vxor machinatur in mortem viri, vt postea contrahat cum adultero. Vel e conuerso. Hęc ille. Ecce ergo habes de hoc primo, quomodo hoc crimen homicidij impedit matrimonium contrahendum, et dirimit iam contractum. Si tamen hac intentione fiat: vt nubat alium. Habes etiam esse impedimentum, etsi non interuenit adulterium, sed solum sit homicidium cum effectu, siue hoc sit ex parte fœminæ, quę machinata est in mortem alterius vxoris, vt suum virum habeat, siue quę machinata est in mortem proprii viri, vt alium habeat, siue si vir machinatus est in mortem viri alterius, vt habeat eius vxorem, siue in mortem proprię vxoris: vt aliam ducat, etiam si non interueniat adulterium secundum probabiliorē opinionem. Et requiritur ad hoc: q̄ sit vera vxor, vel verus vir, et non sufficit q̄ sit existimatio de vera vxore, sed quod in veritate sit.

¶ Dubitatur tamen. Si aliquis occidit vxorem propriam, vt aliam ducat, non intendens hanc, vel illam, sed solum in generali. Vtrum post mortem possit aliquā ducere. De quo sit. 7. conclusio.

Dubium.

¶ Vxorem propriam occidens, vt aliam ducat, non signatō quam, sed indifferenter aliquam, licet peccet contrahendo, tenet matrimonium. Quia cum hoc sit iuris positiuū impedimentum in tantum erit: in quantum iure expressum, sed in iure solum est expressum: quod ille qui vxorem suam odio interficit: si tamē nō id faciat intendens ducere adulteram: quod solum sit impedimentum impediens, sed non dirimens, quod stante qui contrahit peccat. Sequitur ergo q̄ cum qui simpliciter nullam signat, sed confusē vxorem occidit, vt aliam ducat: non est simpliciter inhabilis ad matrimonium, sed si contrahat: tenet. Quia est solum impedimentum quod impedit, sed non dirimit.

Conclu. 7

Ratio 7. conclusio.

¶ Si quis occidat vxorem vt aliquam ducat, in intentione signans istam, vel illam siue illę omnes sint plures, siue pauce, dummodo omnes sint specialiter, et expressē intentę, nullam poterit ipsarum ducere. Et si duxerit, dirimendum est matrimonium. Probatur. Quia est expressa determinatio, vt ille qui vxorem

Conclu. 8.

Ratio con-
conclu.

occidit

l iij

occidit intendens aliam habere, nullo modo illam possit habere quam intendit consequi, sed talis expressè intendit istam habere, siue à illa sola tunc cogitet, siue à ipsa cum alijs, ergo non poterit eam habere. Nihil enim refert quod simul alias cogitet ducere. Nam tunc intentionem actualem habet, que sufficit.

PARTICVLVS 35.

De impedimento criminis propter adulterium.



Equitur circa hoc impedimētum de crimine adulterij. s. quando quis adulterium cōmissit, et fidem dedit de matrimonio contrahendo post mortem proprię vxoris. Tunc. n. non poterit ducere ipsam, etiā post mortem proprię vxoris. Et vt clarius ista pateant: oportet notare: posse contingere quod solum sit adulterium sine fide, vel promissione de matrimonio. Item. Dato sit promissio, et adulterium, potest esse quod primo fuerit adulterium, et post promissio. Vel quod solum sit promissio, et non adulterium.

nota.

Item notandum. Vel omnia ista contingere possunt altero ignorante quod adulter habeat proprium virum. Vel utroque sciente. Vel quod a principio fuerit ignoratum, et post scitum. Et tamen quod sic eodem modo adulterentur, sicut prius. Pro solutione sint conclusiones.

2. no.

Qui viuente propria coniuge adulteratur solum sine fide, vel promissione de matrimonio; post mortem proprię coniugis poterit ducere illam, cum qua cōmissit adulterium. Sic in titulo supra allegato in ca. Significasti.

1. conclu.
Sil. verbo
matrimo-
nium, s.
9.9.
2. cclū

Qui cōmissit adulterium cum fide, vel iuramento de matrimonio contrahendo, non poterit post mortem proprię coniugis ducere cum quo adulterauit. Hęc etiam est expressè determinata in iure, in ca. Cum haberet, eodem titulo. Vbi precipitur, quod et si per decēnium cohabitauerunt, et plures filios genuerunt, separentur. Quia prius adulterium fuit cum fide, viuente legitima coniuge.

coniuge.

¶ Licet ita verum sit, q̄ dicunt duę conclusiones propositę, 3. conclu-
requiritur tamen ad hoc q̄ sit tale impedimentum, q̄ sciat vter q̄
se habere proprium coniugē. Verbi gratia. Si Ioannes habens le- S. anto. 3.
gitimam vxorem promittat alteri, et habeat accessum, et tamē P. ii. 1. c. 5.
illa cui promittit ignorat Ioannem habere veram vxorem. Vel
etiam si ipse Ioannes ignorat se habere propriam vxorem. Vel Theologi
A si Ioannes est solutus, et promittit Marię, et ignoret eam habe- d. 35.
re proprium virum, poterit post mortem viri coniugi Ioanni. Et
e contra. Hęc etiam cōclusio est expressē determinata in iure. Ibi-
dem. c. Propositum. Et sic intelligunt omnes doctores. Et ca. Ve-
niens Extra de sponsa. Et de conceß. prebē. ca. 1.

¶ Si a principio quando interuenit fides de matrimonio, et 4. conclu-
adulterium, ignorauit alter ipsorum q̄ habuerit adulter legitimū
coniugem, et postq̄ sciuit: rursus adulterium cōmiserit, etiam si S. anto. p.
non interfuerit verba de nouo, est impedimentum, et non p̄terit 3. n. 1. c. 5.
post mortem legitimi coniugis iungi ei. Probatur ex. 2. conclusi-
one. Quia quado quis cum fide adulteratur, vtroq̄ sciente, est ta-
B le impedimentum, sed tunc ita est quando p̄cisiq̄ cognouit habe- Ratio cō-
re legitimum coniugem adulteratur. Quia ibi est adulterium, et- clu.
concurrunt verba, vel p̄missio p̄cedens, in virtute cuius sem-
per iunguntur, ergo semper erit impedimentum. Hanc conclusio- S. Anto.
nē attēde, propter illa que statim dicturi sumus. Que est sententia vti supra.
Archiepiscopi.

¶ Si solum sit fides de matrimonio, et non interueniat adulte- 5. conclu-
rium, nullum tale oritur impedimentum. Probatur. In titulo alle-
gato. c. Si quis. Vbi est expressum: q̄ si quis viuēte p̄pria vxore
C re promissit alteri q̄ ducturus eset eā, non tamen cognouit eam,
post mortem p̄prie vxoris poterit eam ducere.

¶ Ad hoc q̄ tale impedimentum incurratur non sufficit pro- 6. conclu-
missio, seu fides de matrimonio contracto post mortem vxor-
ris, simul et copula carnalis, sed requiritur q̄ talis adulter verē
habeat legitimam vxorem. Vel si ipse solutus promissit habenti-
viro.

Ange, in ver. m. arri **Virum, q̄ ipsa habeat legitimū virum. Quia si non est vir legi-
timus, vel vxor legitima, non incurritur impedimentum. In. ca.**

3. impedi. **Significauit nobis, eodem titulo. Et ratio est. Quia tunc non inter-
to. 9. §. c. i** **uenit adulterium, cum non fuerit verum matrimoniū inter istos.**

7. conclu. **¶ Si promissio precedat, siue sequatur, dummodo sit promi-
sio, simul et adulterium, dato vnum istorum aliud precedat, siue **A**
sequatur, oritur hoc impedimentum. Quia iura dicunt impedi-
mentum incurri quando interuenit adulterium cum fide, et iura-
mēto de promissione. Nec tamē aliqd disponunt qđ sequatur, vel**

Archi. 3. p **illud precedat. Ergo sequitur quod siue primo commissum sit adul-
ti. 1. q. 5.** **terium, & post sequatur promissio, etiam si post promissionē non
Palu. d. 35** **amplius iungantur, erit impedimentum. do. Archie. floren. in loco
Caie in sū-** **citato. Et Caie. Et Palude in 4.**

8. conclu. **¶ Si quis verē vxoratus habens propriam vxorem. 2. duxe-
rit, ipsa ignorante, post q̄ ipsa sciuerit si mortua fuerit propria
vxor: potest (si velle) cum adultero contrahere, & ipsa volēte
Seo. in. d.** **cōpellitur stare matrimonialiter. In c. Veniēs, eodem titulo. Hoc
35. q. unica** **quidem optimē factum in pœnā fraudis, quia fraus, & dolus nul-
li debent patrocinari.**

9. conclu. **¶ Si quis viuente proprio coniuge alteri promissit matrimoni- **B**
um, simul cum adulterio, sed tamen interius dissensit, incurritur
Simancas
in insti. ca-
hoc impedimentum. Probatur. Quia Ecclesia que posuit impe-
tho. c. 42. dimentum, iudicat talem veram esse promissionem, non curās de
Almayn. d. interiori consensu. Et cum ipsa disponat illum qui fidem dedit de
17. matrimonio simul cum adulterio tale incurrere impedimentum:
S. Tho. 12 quia non iudicat de occultis, erit impedimentum, etiamsi non sit
q. 91. ar. 4 assensus interior. Idem dicendum si fœmina: viuente viro, cum
Dur. in. 4. adultero talia verba profferat, etiamsi id non habeat in animo.
d. 11. q. 8. Palu. in. 4 Quia eadem est ratio.**

d. 13. dicit **¶ Sed pro intelligentia perfecta est bonum dubium. Quid si **C**
Eccle. non interueniat solum promissio cum adulterio, & non fides, vel iura
iudicare d. mentum. Eo dubitatur, quia in tex. Significasti dicit. Quando in
Adria. quo teruenit fides, sed potest esse quod interueniat noua promissio so-
lum,**

lūm. Vt si diceret: accipiam te in meam post mortem vxoris. Ecce nuda promissio est. Vel si dicat: do tibi fidem quod accipiam te. Ecce fides data. Vel iuramento iuro. Hoc dubium mouet Ricardus in. 4. & refert quosdam dicere q̄ impediret, alijs dicentibus q̄ non, & vel nquit dubium. Et b. Anto. loco supra allegato refert eandem sententiam, & dicit q̄ in casu esset Papa consulendus, vel petenda dispensatio ad cautelam. Nec faciliter dirimendum matrimonium contractum. Hęc ille. Existimo tamen Summum Pontificem qui determinauit hoc fore impedimentum ad vitanda: adulteria, non fecisse vim in hoc q̄ cum promissione addatur fides, vel iuramentum, vel q̄ sit simplex promissio. Sed quia communiter promissio de re. tanta fide firmatur, vel iuramento: addidit illud. Tamen eius intentio fuit obuiare malis, que solent euenire propter. tales cōmixtiones, vt sic homines terrentur ab adulterio perpetrando. Videretur enim gratis dictum, q̄ vis solūm esset in hoc q̄ addit fidem promissioni, vel non. Et sic existimo per solam nudam promissionem sine fide, vel iuramento (dummodo ad sit adulterium) incurri tale impedimentum. Et q̄ per fidem de matrimonio intelligatur etiam nuda promissio: ita expressē tenet de Palude in. 4. Idem Rosela, idem Patauinus, q̄ edidit additiones Angeli.

¶ At, quia contingit sepius casus apud istos neophytos, eo q̄ antē habebant consuetudinem dimittendi proprias vxores, & ducendi alias, vel dandi fidem. dico q̄ si contingeret casus apud istos, posset quis sequi opinionem, & sententiam. B. Antonim. Et p̄ bilitatem quam affert Ricardus non reprobando: posset facilius eis dispensare, & non dirimere iam contractum. Nec peccaret sequendo hanc opinionem.

¶ Sed adhuc dubitatur circa hoc. Vtrum si aliqua coniugata pmittit se cognosci ab alio, & hac lege: q̄ ipse ducet post mortem vxoris illam quam soror eius signauerit, intendens in hęc q̄ soror designabit eam. Vtrum post possint iungi in matrimonio. Hoc dubium mouet Ricar. & B. Anto. in locis supra allegatis,

lib. 8. et Alber. p̄bigi. Eccle. bier. c. 6. et me. di. def. ceni. irac. 6. Ricardus. d. 3. ar. 3. & S. Anto. vbi supra.

Rosela impedimētū. S. q. 2. Palu. d. 34. q. 1. Pataui- nus matri moniū. S. impe. 9. S. 1.

Nota in fauorem istorum.

Ricar. d. d. 3. S. S. Anto.

Et respondent, q̄ si ipsa pretendat in conditione q̄ ipsam iubebit soror sumere in matrimonio, quod oritur tale impedimentum, et q̄ perinde est, sicut si promitteret eam ducere, et adulterium committeret. Si tamen non pretendat hoc, sed solum q̄ soror prouidebit ei de uxore, et soror casu dicat ipsi q̄ sororem capiat, tunc poterunt coniungi.

Ratio contra Ricar. S. articulo. Sed tamen bona venia istorum doctorum credideri in utroque casu nullum esse impedimentum. Probat. Si aliquod est impedimentum, hoc solum erit ex determinatione Pontificis, ergo in tantum incurritur, in quantum sonant verba textus, sed solum ibidem dicitur q̄ est impedimentum, si fidem dederit adultere, et adulterium commiserit, at in presentiarum ipse non dat fidem adultere, sed sorori, ergo non videtur q̄ incurratur impedimentum. Facilius ampliantur res, sed odia restringenda, secundum regulam iuris.

Confirmatio. Confirmatur. Si solum sit adulterium, et in mente solum promissio de matrimonio, non erit impedimentum, hoc autem non ob aliud, nisi quia non concurrunt que textus explicat scilicet promissio exterior. Ergo eodem modo licet interueniat adulterium, si promissio non fiat ei: videtur q̄ non sit impedimentum.

Et forte dicentes contrarium in fundamento ponunt, q̄ fraus et dolus nulli debet patrocinari, quod est verum. Sed tamen requiritur in odiosis q̄ seruentur que scripta sunt, prout iacent.

3. dubium. Dubitatur. 3. Si aliquis infidelis habens legitimam uxorem contrabat de facto cum aliqua fidei, adhuc vera uxore vivente. Vtrum post mortem illius primę possit contrahere cum illa cum qua adulterium commisit.

Ad dubium. Respondeo. Vel legitima uxor mortua est antequam vir baptizaretur, vel non. Si sic. Ex parte viri nullum est impedimentum. Quia cum esset infidelis, nullo modo incurrit tale impedimentum criminis. Si vero post baptismum adhuc vivente legitima uxore habebat adulteram, tunc erit impedimentum, et non poterit post mortem primę eam ducere, ut post dicemus in sequenti dubio. Veruntamen

Aruntamen dato ante baptismum prima moreretur, si ipsa cum qua contraxit viuente prima erat baptizata, et cōstabat ei illū virum (dato esset infidelis) habere legitimam vxorem, licēt nō sit impedimentum respectu viri, quia posset de nouo ducere illam adulteram, erit impedimentum respectu fœminæ. Nam cūm eſet fœmina fidelis: incurrit impedimentum criminis. Quia scienter contraxit cum adultero habente legitimam vxorem. Vnde etiā si vir baptizetur, non poterit eum nubere.

Hęc consideranda quia coniungunt frequenter.

¶ Dubium. 4. Quid si quis tempore infidelitatis viuente legitima vxore promissit adulterę matrimonium, et tunc non habuit accessum, sed post baptismum, non tamen promissit. Vtrum mortua legitima vxore possit talis ducere illam adulterā in matrimonium. Dubium est ex eo q̄ cūm hoc impedimentum non sit ex natura rei, sed solum ex iure positio humano, et infidelis non tenetur huiusmodi legibus: videtur q̄ non sit impedimentum. Quia baptizatus solum committit adulterium, neq̄ interuenit promissio et quando hoc euenit, iam diximus non esse impedimentum. His nō obstantibus respondetur.

¶ Si aliquis tempore infidelitatis promittit matrimonium, et post baptismum committit adulterium, verē insurgit impedimentum, neq̄ tales poterunt contrahere inter se, etiam mortua prima, dummodo in virtute talis promissionis iungatur adulterę post baptismum. Probat ex superius dictis. Quia quando promissio est ei, et ignorauit impedimentum, et cognita est, et postea sciuit et permisit se cognosci, sine noua promissione incurritur impedimentum, vt supra diximus. Et non ob aliud: nisi quia in virtute illorum verborum videtur iungi, et que adhuc manet in effectu, licēt tunc nullum causarunt impedimentum propter ignorantia. Ergo etiam a simili quando interuenit post baptismum adulterium etiā si promissio tunc nō sit, sed precessit tempore infidelitatis, quando nullum causauit impedimentum: quia non erat fidelis. Sequitur ergo quod impedimentum orietur Quia tunc sic habentur verba illa preterita sicut si de nouo dicerentur. Videatur quod non sit

1, conclu.

Ratio.

Scotus, d.

35.

fit potior ratio de vno, q̄ de alio. Nam si illud quod a principio **A**
non causauit impedimentū propter defectū scientiæ, post impedit
adueniente scientia. Etiam quod non impediuit propter defectū
baptismatis, incipiet impedire post baptismum susceptum. Sic q̄
erit impedimentum.

¶ Probo illam adhuc ex iure. Extra, de conuersione infideli-
um. c. vnico dicitur, q̄ infideles quidam Sarraceni interfecerūt
quosdam Christianos, & Christiani Sarracenos, & post Sarraceni
conuersi ad fidem duxerunt in matrimonium illas uxores,
quarū viros occiderāt, & similit̄ Xp̄ani duxerūt Sarracenas cō-
uersas, post. cū mulieribus constauit de morte virorum petūt
diuorciū, ad quod summus Pontifex, q̄ cū tales non procuraue-
rint mortem virorum, non debet diuorcium celebrari, sed matri-
monium tenet. Sequitur ergo q̄ si mulieres procuraſsent mortem
virorum, eſet impedimentum, sed inter eas erant Sarracene, que
post fidem susceperunt. Sequitur ergo q̄ si infidelis aliquid agat
illo tempore prohibitum iure positio, post. cōuersionem nocebit ei
tale factum, etiam si quando fecit nulla lege teneretur. Alioqui **B**
quorsam determinatur de illis: si non procuraerūt mortem? Da-
to enim procuraſsent tempore infidelitatis, nullum incurri vide-
batur impedimentum.

Obiectio. **¶** Posset aliquis dicere hoc argumentum non probare conclu-
sionē. Ibiq̄ enī videtur intelligi in textu fidelē simul coopatum
esse infideli ad mortem legitimi coniugis. Et ob id impedimentū
causatum est, sed casu nostro operatus est fidelis.

Solutio. 1. **¶** R̄ ad hoc dicendum. 1. q̄ non solum propter argumentum
probat̄ conclusio.

2. solutio. **¶** 2. Dico, quod dato in textu allegato nō dicatur quod Chri-
stiani operati sunt ad occisionem illa intentione, sed intelligamus
factum esse vt intelligunt aliqui docto. Sic similiter in casu aliq̄
operatus est fidelis: quia ponimus etiam post baptismum retinuis-
se adulteram, vel accessisse, vel promississe. Et sic manet argumē-
tum in sua firmitate. A simili ergo dicendum, quod si aliquis in-
fidelis

A fidelis fidem dedit adultere, & post conuersus maneat cum ea, vi-
uente legitimo coniuge, etiam si post fidem susceptam non det fi-
dem, sed maneat cum illa cum adulterio erit impedimentum, quo
stante non poterit post mortem veri coniugis eam habere. Et hoc
patet. Quia hoc impedimentum oritur, quando quis de facto con-
trahit cum adultera, & adulterium committit, sed qui tempore in-
fidelitatis promissit alicui, & habuit accessum, & post conuersus
semper retinet eam, ad facto talem habet, & committit adulterium,
etiam si non sit noua promissio.

¶ Et confirmatur hoc. Quia tale impedimentum non tollitur per baptismum. Nam sicut dicit, & bene Duran. in baptismo ip-
sus baptizatis remittitur omnis pena, quantum ad Deum. Et quo
ad Ecclesiam solum remittuntur ille pœne quæ sunt determinatæ
ab Ecclesia vt remittantur baptizatis. Cum ergo non sit deter-
minatum q̄ talis criminis pœna remittatur baptizatis, sequitur
quod non tollitur per baptismum, sed semper manet. Et ita videt̄
dicendum si aliquis istorum tempore infidelitatis promissit ali-
cui adultere habenti proprium virum, & post fidelis factus ante
q̄ ad alia diuertat, in virtute illius promissionis commiscetur ei, esse
impedimentum criminis, dummodò aliud non obstet. Et idem
esse si de facto aliquam tempore infidelitatis accepit in uxorem,
quæ habebat legitimum virum, & post baptismum mansit ad huc
cum illa, viuente proprio, & legitimo viro, non poterit post
mortem illius ipsam adulteram habere in uxorem. Siue hoc fiat
quando quis per propriam promissionem aliquam ducebat, siue
per hoc q̄ parentibus, vel alijs loquentibus de matrimonio secun-
dum mores suos iungebantur. Oportet hæc notari propter istos
neophitos, quibus erat vsus. Hanc sententiam tenet. do. de Pa-
lud. d. 27. Vbi loquens de bigamia, quæ non tollitur per bap-
tismum, dicit. Neq̄ obstat quod Ecclesia non iudicat de his, quæ so-
ris sunt, quod verum est, quandiu foris sunt, sed post q̄ intrauerunt
iudicat eos, etiam secundum ea quæ foris habuerunt, vt patet in
conuersione infidelium. Hæc Palud. Videtur profectò nostrã te-
nere.

Confir.

Duran. in

4. d. 4.

93.

Notandũ.

Nota pp̄

ter Neo-

phitos;

Palud. d.

27. q. 4.

Suple. d.

27. q. 3.

nere sententiam. Et quod veré nocent infideli illa que fecit tempore infidelitatis, postq̄ conuersus est, intelligendum é verú esse, quã A
do tempore infidelitatis qui contraxit cum adultera adulterium existimauit, & idem etiam post baptismum semper reputauit. Alioqui si tempore quo facta est promissio nunquã existimauit adulterium, & post baptismum quando reputauit adulterium á plius non cõmissit, in virtute primę promissionis, non erit impedimentum.

C Sed tamen pro debita, et plena intelligentia istorum oportet notare ad hoc impedimentum incurrendum: quód sicut requiritur scientia de alio legitimo cõiuge, sic etiam requirit existimatio de adulterio. Volo dicere. Si quis inter infideles duceret repudiatam, quam certo scit repudiatam, et tamen ducit eam: quia putat per repudium solutum fuisse matrimonium: quia talis erat vsus apud eos, videretur tunc dicendum, q̄ qui ante baptismum talem acciperet in vxorem, etiam viuente legitimo viro, et post baptismum adhuc maneret cum illa, q̄ non esset impedimentum quandiu perseuerasset talis existimatio, q̄ nõ esset adulterium, sed matrimonium. Ad id autem me mouet. Quia si ad impedimentum hoc requiritur q̄ vterq̄ cognouerit alium habere virum, vel aliam vxorem, et quandiu est ignorantia ex parte illius qui ignorat, nunq̄ est impedimentum. Cum ergo qui post repudium solui matrimonium credebant, & talé semper habeant ignorantiam de vero coniuge, nunq̄ erit impedimentum. Si enim sufficit ad impedimentum incurrendum q̄ quis, vel sciat certa scientia verum habere coniugé, vel q̄ sit de hoc probabilis opinio, vt patet in. ca. Inquisitioni, de sententia excommunicatio, vt docto. dicunt: sufficet etiã ad non incurrendum impedimentum, q̄ habeatur probabilis opinio, q̄ talis cum qua contrahit, non habeat virum, quia repudiata est a viro, et credit dissolui matrimonium per tale repudiũ. Et quia ista probabilis existimatio potest esse, & quando tempore infidelitatis quis ducebat repudiatam a legitimo viro, et post baptismum eam retinebat primo viuente

Existimatio requiritur de adulterio ad incurrendũ crimen.

A viuente. Et etiam potest contingere quando post baptismum aliquis sic repudiatam accipiebat in vxorē, qui idipsū existimāt, propter hoc: quia nihil audiuit de hoc, sed credit per repudiū matrimonium dissolui sicut antē. Et q̄ esset apud aliquos talis existimatio patet. Quia vt cōfessores istorū intelligunt, cōtingebat aliquem qui postq̄ repudiauerat legitimam vxorem, & aliā duxerat: si ad suam repudiatam accederet, confiteri tale peccatum cōmississe, quod nō esset: nisi quia habebat existimationem matrimonii solutum per repudium, & sic non liceret de nouo accedere ad eam. Quia non erat iam sua. Videtur idem dicendum de vtroq̄, & nunq̄ insurgere tale impedimentum, quandiu est talis opinio probabilis, seu existimatio, aut inuincibilis ignorantia q̄ illa cum qua contraxit, alium habeat virum: dato verē sit alius vir eius, quāuis non sic creditur. Quia semper quandiu est talis existimatio, videtur esse ignorantia inuincibilis, qua stante nullum est impedimentum. Videtur enim existimatio preualere veritati. Hoc apparet tenere do. Abulē. in solutione cuiusdam argumenti. Vtrum qui duxit repudiatam a legitimo viro post mortem legitimi viri possit per nouum cōsensum ducere. Et arguit q̄ non. Quia est crimen quod impedit.

Habebāt incole no ue Hispaniāe matrimonii dissolui per repudium.

Abulen. 1. regum. 8. q. 38.

¶ Respondet Abulen. non esse tale crimen. Quia nō putabatur adulterium ducere repudiatam inter gentiles, sed credebant dissolui matrimonium per repudium. Et sic preualebat existimatio veritati, & non erat tale impedimentum criminis. Hęc Abulen.

¶ Sunt notanda ista pro istis neophitis. Nam si verum est non esse impedimentum quando est existimatio contraria veritati, quando creditur non esse legitimum alium virum, dato verē sit cum frequenter contingerit apud huius noui orbis incolās: q̄ aliquis ante baptismum acciperet in vxorem repudiatam, quā credebatur repudiatam ab alio, & alium non esse suū virum, quia aliā habebat secum fœminam, licet nō esset talis vera vxor, sed cōcubina. Tamē sic erat in existimatione apud istos, vt constat nobis ex modo loquendi ipsorum, vt vxorem illam nominent, quam sibi primo

Notandū diligenter

primo duxerunt: si fuerit cum promissione, & cum ceremonijs, si
 ue sine eis, eodem modo reputatur, & intelligunt vxorem, & post
 secundam credunt, etiam si fuerit cum promissione non esse verā
 vxorem, sed concubinam, quando accepta est cum prima, quod
 tunc in tali casu qui talem repudiatam duceret (que tamen legiti
 ma vxor erat, & ipse legitimus vir) non esset impedimentū cri
 minis. Talis enim qui ducebat ipsam repudiatam, & ipsa repudia
 ta non credebat primum esse suum virum, eo q̄ primo aliam ha
 beret, etiam si non esset talis vera vxor, sed concubina. Attamē
 quia sic erat in opinione ipsorum, & idem videtur verum esse quā
 per repudium credebatur dissolui. Et sic habebant in usu statim
 aliam ducere. Immo apud istos talis erat existimatio, vt vxor ē
 illam crederet, que primo cognita est, & virū illum esse, qui vxo
 rem cognouit, etiam si nulla esset promissio, nec loquutio de matri
 monio. Existimabant etiam nunq̄ esse verum matrimonium, da
 to interueniret promissio, & copula, si non simul in vnā domū
 conuenirent, vel vir in domum vxoris, vel vxor in domum viri. **B**
 Et hac de causa decipi possunt tyrones in lingua istorum. Nam si
 solum interroget quis, que est illa quam primo accepisti in vxorē?
 non designat illam cui primo promissio facta, & quam cogno
 uit carnaliter, si simul nō cōuenerunt in vna domo. Et sic oportet
 esse cautos, & attentos. Et tandem pro dubij huius declaratione
 pleniori dico, q̄ ad sciendum inter istos neopbitos quando est ta
 le impedimentum criminis, siue quia ante baptismum contactus ē
 quis illi, que alium virum habebat, & post baptismum sic mansit,
 vel si post baptismum id factum est, non debemus attendere vtrū
 ille primus fuerit legitimus vir, vel non. Nec vtrum talis qui du
 xit repudiatam, sciuerit alium virum primo viuere. Sed oportet
 attendere. Vtrum in existimatione istius qui istam ducit repudi
 atam, fuerit alius primus vir legitimus. Nam si alium non existi
 mat verum virum esse, licet decipiatur, non incurritur impedi
 ad hoc im. mentum. Quia tunc sic est, sicut si ignorasset verum habere vi
 pedimen. rum, & sic siue ex ignorantia inuincibili, siue ex rusticitate, ille
 qui

Notandum
 quantum
 facit exi
 stimatio
 ad hoc im
 pedimen

A qui est vir legitimus non creditur legitimus, etiam si sit alioqui legitimus, nunquam erit impedimentum criminis, quandiu durat talis existimatio. Sine dubio multa dubia apud istos erunt clara, & aperta ex isto vnico, si aduertamus ad ipsorum existimationem, q̄ varia est, & non ea dem apud omnes. Nam quidam illum credunt virum legitimum, que primo cognouerunt carnaliter, etiam si nihil de matrimonio precesserit. Et sic illam legitimam vxorem, que primo cognita est. Alij autem illam dicunt vxorem esse solū, que tantum traducta est in domo, etiam si sit cognita, & facta p̄missio, si traducta non fuerit: non credunt vxorem. Et sic similiter de viro. Alij verò credebant illam esse solū vxorem, que in domo habebatur, siue fuisset affectu maritali ducta, siue non. Et idē de viro. Alij deniq̄ credebant tot esse vxores, quot habitę fuerunt in domo, siue fuerint habitę vt concubine, siue cum promissione, vel alijs ceremonijs. Itaq̄ apud istos tot modis existimatio variatur, quot capita. Cōringit aliquando sic q̄, aliquis qui habebat femina domi sine promissione aliqua, vel aliquo alio signo, sed modo concubinario: si alius accessit ad eam, dicat sibi adulterū factum. Ex quo videtur tales existimasse matrimonium coniunctionem maris & fœminę, etiam si esset sine cōsensu expresso suo, vel aliorum pro ipsis. Itaq̄ apud neophitos saltim prouintię Michu acanensis, non est alia regula certa danda, quam debita existimatio cuiuscunq̄. An non existimabat, etiam si esset vir legitimus? Tunc enim non erit impedimentum, quandiu durauit talis existimatio. At, quia vt in plurimum erat in vsu olim, & modo, etiam post baptismū, vbi non sunt religiosi facile q̄ coniuncti sunt disiungi, & tales disiecti statim ad aliud matrimonium transire, & sine scrupulo aliquo manebant, & manent, sic putantes licere, vsq̄ dum a religiosis reprehenduntur: probabile certē mihi est inter illos qui non sunt instructi sufficienter circa matrimonium: ob quod non putant adulterium si viuente legitimo coniuge aliū ducant: non esset impedimentum criminis, etiam si post baptismum fiat, sicut videmus fieri. Et hoc quandiu durat illa probabilis existimatio

Varia existimatio de vero vera vxore.

Et idem videtur apud alios vbi eadem sit existimatio.

Nota.

stimatio q̄ sit licitum hoc, et non adulterium. Præcipuè tenet ve- **A**
rum apud istos, qui neq̄ per vnum diem possunt esse absq̄ foemina
Hęc notanda ad debitè iudicandum de isto crimine, quod maxi-
mè est in vsu.

**Dubiū no-
tandum.** ¶ Sed est dubium. 5. An ita verum sit quando existimatur
legitimus vir, sed non est. Verbi gratia. Isti in multis casibus iudi-
cāt matrimonium verum, et ita credunt, sed tamen non sic est,
sed decipiuntur. Vtrum si quis ducat vxorem relictam, et credit
virum habere legitimum. Vtrum talis existimatio sufficiat ad
incurrendum hoc impedimentum. Vt si quis ducat relictam ab
alio, et sciat prius alium habuisse, et credit legitimum virum, et
tamen non est, et eam ducit. Vtrum incurratur impedimentum
criminis.

Argumē. ¶ Videtur q̄ sic. Quia eadē ratione qua existimatio, vel pro-
babilis opinio q̄ non sit verus vir sufficit ad non incurrendum
impedimentum, dato sit verus atq̄ existimatio q̄ alius sit vir legi- **B**
timus, dato non sit, sufficit ad impedimentum.

Solutio. ¶ R. Nunq̄ esse impedimentū criminis, nisi quando quis aliā
ducit viuente legitimo viro. Neq̄ sufficit existimatio, sed requi-
ritur rei veritas. Quia sic iura disponunt. Et dicimus dissimile
esse in hoc, et in primo. Nam fauores sunt ampliandi, et odia
restringenda. Ob q̄ ad non incurrendum sufficit sit existimatio
probabilis talem non esse verum virum, dato sit deceptio. Quia
hoc est favorabile. Et tamē ad incurrendum impedimentum (cū
sit odiosum valde) requiritur non solum probabilis existimatio
q̄ sit alius vir, sed q̄ ita in rei veritate sit.

**Pro neo-
pbitis con-
sideratio.** ¶ Ex hac determinatione poterimus dubia emergentia inter
istos diffinire, qui aliquando adinuicem se promittunt, et contra-
bunt, habentes existimationem, et opinionem probabilem q̄ habe-
at foemina alium virū, et ipse vir aliam vxorem, et tamen nō est
ita verus vir, sed est secundum suam existimationem, et opinio-
nē, qui credebant matrimonium esse, quod verè nō erat. Et sic cō-
perta veritate talē nō fuisse legitimū virū, non erit impedimentū.

¶ Artū

A **ARTICVLVS. 35.**

De eodem impedimento criminis quādo est dubiū an fuerit legitimus vir.



Veritur circa idem impedimentum. Quid faciē dum in dubio, quando contingit casus q̄ aliquis baptizatus copulatus est vni, quā credebat tūc habere virum legitimum, et sic semper fuerunt iuncti, et moritur primus vir, et ad huc ipsi manēt simul in vnum. Venit dubium in notitiam iudicis. Ecclesie, vel confessoris, quid faciendum? Vtrum apud istos debeat iudicari impedimentum per hoc q̄ dicat fœmina: e go habebam tunc aliū virum, et volui, et consensi. Et similiter ipse. Tamen cūm hoc dicit, nos non ad inuicem fidem dedimus, sed loquutum est de matrimonio, et sic coniuncti sumus, et post diuertimus. Vtrum debeat tunc iudicari impedimentum, quia ille fuit legitimus vir, vel non.

B Certē est dubium supposito q̄ vir sit mortuus. Nec est aliquis de quo possit plena notitia haberi.

¶ Pro solutione dubij notandum posse hoc contingere multi- ^{1. nota.}
pliciter. Primo, Quando tales qui sic viuente alio iuncti post mortem primi nihil de nouo fecerunt, neq̄ consenserūt exterius, neq̄ de nouo interius, sed sic manserunt in virtute primorum verborum. Vel potest esse q̄ statim post mortem viri primi de nouo p̄ miserunt, et consenserunt, sicut contingit apud istos non raro.

¶ 2. Etiam notandum, q̄ potest esse q̄ fœmina ipsa quę dicit ^{2. nota.}
se habuisse verum virum, et loquutam fuisse de matrimonio, dicit illum talem virum habuisse ante fœminam, quę tunc vivebat quando eam accepit, vel q̄ nullam habebat. His suppositis sit. i. conclusio.

¶ Quando duo cōiuncti sunt in matrimonio fideles, et vtroq̄ ^{1. conclu.}
sciēte alium habere coniugem viuum, si post mortē primi nullus de nouo interuenerit consensus, quādo cunq̄ venerit ad notitiā separandi sunt, si constare non potest non fuisse primum legitimū

virum

virum. Vt si fœmina dicat in illum iam mortuum consensisse, et ipse similiter quantum exterius apparuit. Item, et dicat illum virum aliam non habuisse prius uxorem: Tunc enim licet certum non sit fuisse legitimum, quia tamen probabile est, et non aduenit post mortem viri nouus consensus, non videtur fuisse matrimonium aliquando. Cùm ergo in dubijs turior pars debeat eligi, videtur tunc talibus inbibendum de nouo contrahere. Et probatur a simili. Nam ex sponsalibus contractis ad hoc quod non sit matrimonium sufficit fama leuis de impedimento, etiam si non probetur. Sequitur ergo quod ad impediendum ne de nouo tales contrahant sufficit dubium probabile tales contraxisse viuente legitimo, et vero coniuge, et fuisse inter eos ortum impedimentum criminis. Immo crediderim id etiam verum esse: etiam si post mortem primi de nouo tales contraxerint, sicut solitum erat apud istos. Ratio que me mouet ad hoc est: quia cum Ecclesia non iudicet de occultis, sed de manifestis, et ex exterioribus illud primum iudicatur verum virum (dato potuerit non sic esse) verum etiam iudicabitur primum matrimonium. Et sic impedimentum criminis interuenisse, dum modo constet Ecclesie contractum tale interuenisse, etiam si ignoret interiorem consensum. Sequitur ergo quod etiam in foro conscientie quando casus se offert, et quis dicat aliquam duxisse post baptismum, que habeat virum, et hoc scieter, et ipsa interrogata de viro proprio confitetur sic esse, et quod ipse vir nullam aliam priorem habebat, et exterius ostendisse consensum, tunc in foro conscientie etiam iudicandum impedimentum interuenisse. Alioquin si hoc non sufficeret, nullo modo posset constare hoc criminis impedimentum interuenisse, quando iam mortuus est primus vir, cuius contrarium determinatur Extra, de eo qui duxit in matrem quam polu. per adul. ca. Cum haberet. Vbi etiam postquam mortuus est legitimus vir, etiam si per decenium simul fuerint separantur. Ergo etiam in proposito idem dicendum siue in foro conscientie, siue iudiciali, cum constet eodem modo quod vterque forus requirit de viro legitimo, sic probabiliter existimat

In c. Iuue
Extra de
spōsa.
Ratio.

Ratio.
Duran. d.
11. q. 8. in
4.
Pal. d. 13.

Ato primo, etiam si non sit euidencia: impedimentum iudicandum. Neq̄ hec conclusio contrariatur dictis in proximo precedenti ar. Ibi namq̄ intelligitur, quando constat quod non fuit verus coniux, licet fuerit existimatio. Sed tamen quando existimatio est de vero coniuge, et non potest contrarium probari, oportet impedimentum recognoscere.

¶ Si duo fideles contraxerunt scienter, sic q̄ ipsa fœmina habebat priorem virum legitimum secundum mores suos, vel ipse vir uxorem aliã, et ipsa interrogata de priore, respõdet ipsam aliam tunc habuisse tempore quo ipsam accepit, eo modo quo isti neophiti loqui solent, et existimare de coniugibus. Verè non sufficit ad iudicandum pro certo verum esse matrimonium inter tales, qui sic viuenti primo cõiuacti sunt, et nullum fuisse impedimentum criminis. Supposito constet q̄ cum illa fœmina fuerit cõtractum verè secundum mores suos, et assensus fuerit aliquibus signis exterioribus probatus. Primo in foro conscientie non sufficit

B Quia constat illis qui ipsorum mores calent, uxores vocari etiã concubinas, si modo solum vna fuerit domi, etiam si sine promissione, et ceremonijs fuerit accepta. Item. Etiam constat non raro cum tam facile coniungebantur, q̄ dimittebantur, illas tales quas dicit priores habuisse, q̄ ipse alios priores habuerint viros. Ob q̄ non erat aliqua vxor legitima illius, et sic in conscientia cum cõstet cum ista fuisse verum matrimonium, per hoc q̄ talis fœmina dicit illum virum habuisse, aliàs non est credendum illegitimum matrimonium, et sic nec diffiniendum istum secundum contractum viuenti illo viro esse verum, sic q̄ non fuisse impedimentum. Eodem etiam modo in foro iudiciali. Nam cum iudici oporteat constare de modo contrahendi istorum, non potest iudicare rectè verum esse matrimonium primum, vel non esse. Quia fœmina dicat virum quem accepit alias habuisse tunc uxores. Solent eni uxores nominare illas, que concubine sunt. Vel quia non sunt accepte affectu maritali, sicut moris erat. Vel quia ipse fœminæ alios priores habebant viros. Aduertat obsecro lector ad hec. Dubi

Ratiocõ.

um

m iij

um certé frequenter reddit perplexos ministros. Et fator aliquñ **A**
 me tenuisse hñc scrupulum, sic vt vix possit veritas diffiniri, sed
 tãq̃ si detur processus in infinitum, & non possit deueniri ad legi-
 tumum virum, vel legitimam vxorem, quis sit, sed dicunt: accepi
 istam, & ipsa alium accepit. Tunc queram de illo, & aliam acce-
 pit prius. Tunc de illo, & ipsa alium accepit prius. Sicq̃ non est
 aliquando finis. Quomodo ergo poterit in similibus casibus iudi-
 cari certum matrimonium non esse hoc? quia prius ipsa fœmina
 alium habebat virum, & ipse vir aliam prius habebat vxorem,
 quando iam vir est mortuus, & ipsa alia prima vxor. Sine dubio
 non potest euidens esse, & certum iudiciũ. Pro quo sit. 3. cõclusio.

3. conclu.

In dubijs
 pro matri-
 monio iu-
 dicãdum.

In tali casu quando dubium est de priori matrimonio, & de
 isto secundo constat: cum in dubijs pro matrimonio præsumendũ
 sit, tam in foro conscientie q̃ iudiciali, tenendum tanq̃ matrimo-
 nium hoc, dum modò non sit contra aliud matrimonium, de quo
 constat. Probatur. Extra de testibus in. c. Licet, in fine, vbi dicitur.

Tutius est aliquos contra Statuta hominum dimittere copulatos,
 q̃ legitimè coniunctos contra Statuta domini separare. Et sic **B**
 est in casu, posito dubium esse: vtrum tale matrimonium con-
 tractum inter duos, quando alter habebat legitimum virum, sed
 ille vir aliam priorem tunc habebat vxorem: cum sit dubiũ vtrũ
 verum fuerit primum, vel non. Dixi si sit dubium vtrum ille ta-
 lis primus fuerit vir eius. Nam si constaret eo modo quo constare
 potest fuisse virum, non deberet secundum iudicari matrimonium.
 Quia tunc verum est q̃ in prima conclu. dictum est. Et posset tũc
 probabiliter virum iudicari priorem, quando esset notitia illas
 priores vxores non acceptas fuisse secundum mores suos affectu
 maritali, sed vt concubinas. Vel si sit notitia q̃ illè tales fœminæ
 alios habebant viros tunc, qui secundum legitimum modum fue-
 runt coniuncti. Sed tamẽ quistorum nõ potest haberi notitia, cũ m-

Notan dũ
 va. de pro-
 neopbitis.

maneat probabile illum primum non esse legitimum virum, quia
 prius dicunt habuisse vxorem; iudicandum est in dubio pro isto
 secundo matrimonio: dum modò non fiat iniuria alteri, de quo ma-

*A*gis constat. Et sic cum secundum pendeat ex primo, etiam vtrum secundum verum sit, necne, iudicare oportet pro matrimonio in vtroq; foro. Et illos quos legitime constat copulatos non oportet disiungere, existente dubio de priori matrimonio.

¶ Dixi tamen in conclusione. Dum hoc non sit contra aliud matrimonium, de quo constat, & nullum est dubium. Exempli gratia. Ioannes duxit uxorem Mariam, ipso sciente Mariam habere alium virum legitimum, sed ipsa Maria post mortem illius primi viri mansit cum illo secundo, & post ad aliquos dies contrahit cum Petro. Tunc venit in iudicium iste casus, siue in conscientia, siue in foro iudiciali. Unde Maria interrogata, Vtrum quando Ioannem accepit in virum haberet alium priorem. Fatetur quod sic, sed dicit ipsum ante habuisse uxorem. Tunc est dubium. Vtrum matrimonium tenuit cum Ioanne. Et sic si essent simul Ioannes & Maria deberet iudicari pro matrimonio, quia dubium est, & non fit iniuria alteri matrimonio de quo constat, sed tamen Maria est coniuncta Petro, de quo matrimonio constat, & nullum est dubium.

Tunc non debet iudicari matrimonium fuisse verum cum Ioanne Notandum
quia corin
git casus.
B quia fieret iniuria matrimonio contracto cum Petro, de quo constat. Nec dubium est, sed in quocumque foro standum matrimonio Petri, de quo nullum est dubium. Unde conclusio stat in veritate in dubijs presumendum pro matrimonio. Hoc autem dum non fiat iniuria alteri matrimonio, de quo non est dubium, & magis constat.

ARTICVLVS 36.

Quando de facto adulteram ducit.



*M*oc etiam impedimentum incurritur, quando quis de facto in matrimonium adulteram ducit. Et quidem differentia est, quod quis viuente prima uxore promittat, & adulteretur. Vel quod de facto contrahat cum adultera. Qui contractus potest esse, vel per propriam promissionem, seu expressionem consensus. Vel potest

test per hoc q̄ alijs loquentibus de matrimonio iunguntur inter se **A**
Sic enim apud noui orbis incolae erat solitum.

¶ Itē potest esse q̄ simul cum tali cōtractu sit nolitio interior
& dissensus in matrimonium, licet exterius appareat consensus.
Vel potest esse q̄ sit consensus.

1. conclu. ¶ Si quis viuente prima, & legitima vxore de facto contra
S. Anto. 3 bat cum secunda, & habeat accessum ad eam, non poterit post
p. u. 1. c. 5. mortem primę eam habere, si vterq̄ fuit sciens primam viuere
Silue. ma In. c. Significasti. Et c. Cum haberet. Et c. Si quis vxore, eodē ti.
tri. 8. q. 9. ¶ Si quis viuente prima vxore de facto contrahit cum alia,
nu. 7. si tamen non cognouit eam vsq̄ ad mortem primę, poterit illam

2. conclu. habere, cum qua de facto contraxit. Nam ad hoc impedimentū
Supple. d. incurrendum requiruntur duo. i. De facto contractus matrimo
35. q. 1. cō nialis. Et adulterium, vt patet in tribus c. proximē allegatis. Si
10. ergo solum adsit contractus, & non adulterium, non erit impedi
mētū. Impedimentū nāq̄ hoc solū est ex iure positio, ergo q̄ndiu
cōcurrunt illa que expressa sunt iniure, tandiu erit impedimētū, **B**

Palud. d. sed vtrunq̄ istorum est expressum. Conclusionem hanc sic Palu
35. de expresse intellit. Quam etiam determinat glo. in c. Si quis
Glossa. vxore, eodem titulo, dicens, q̄ de facto contrahere sine adulterio
Ang. ma nullum est impedimentum. Immo est expressa determinatio. **31.**
tri. 3. im. 9 ¶ **1. c. Relatum.**

S. 1. ¶ Si quis habens legitimam vxorem iungatur adultere sine
3. conclu. promissione, & stando cum illa: parentes, vel alij loquuntur de ma
trimonio, & tamen talis vir non consentit, neq̄ ostendit cōsensum
verbis, vel signis, sed eodem modo manet cum adultera. tunc non
incurritur impedimentum, sed potest post mortem proprię vxo
Ratio. ris illam adulteram ducere. Ratio est. Quia tale non iudicabitur
matrimonium. Vnde nec aliquod impedimentum. Idem dicendū
de foemina que iungitur alteri viro.

4. conclu. ¶ Si aliquis habens propriam vxorem, parentibus loquenti
bus de matrimonio cum alia, ipse statim iungatur adultere, sicut
ceteri iungi solent in matrimonio, licet interius nolit in animo, sed
tamen

tamen coniunctione explicet velle, incurritur hoc impedimentum

A si secluso timore id faciat. Probatur. Ecclesia enim que posuit im- Ratio.
pedimentum, iudicat matrimonium, quia talis est modus contra-
bendi, vt in. 6. determinatur, de sponsa. in pub. c. vnico, q. parenti-
bus loquentibus pro filiis, ipsis non contradicentibus obligantur.
Cum ergo tale iudicat matrimonium verum, tunc oritur impedi-
mentum. Sicut quando verba protulit, sed interius non consensit.
Secus tamen si timore coniungatur, vel signis ostendat disensum
Tunc verè non iudicaretur matrimonium, quare nec impedimè Dur. 4. d.
tum. Horum ratio potissima est. Quia Ecclesia de interioribus 11. q. 8.
non iudicat, vt supra dictum est sepe, et alibi dicitur latius. Palud. d.

¶ Si qua mulier ignoranter contraxit cum adultero, putans 13.
q. non haberet uxorem post ipsam, volente contrahere: poterit 5. con.
esse matrimonium, vel ipsa petente celebrabitur diuortium. Hec supra, S. An. vbi
est expresse determinata ibidem, in ca. Propositum, eodè titulo.

B Ita q. ea petente celebrabitur diuortium, dicitur ibi. Et a contra-
rio sensu, ipsa non petente, non celebrabitur diuortium, sed in pœ-
nam fraudis compelli adulter manere in matrimonio, quod po-
test benè Ecclesia facere in pœnam illius peccati. Et ipse tenetur Sco. d. 35.
consentire in eam de nouo. q. vnica.

¶ Post contractum matrimonium viuente prima, ipsa cum 6. conclu.
qua contrahitur ignorante, ad hoc q. post mortem primè teneat Gerffo in
eum. 2. requiritur nouus consensus, nec sufficit prior, vt supra dic 2. p. in cõ
tum è. Nā ad verum matrimonium requiritur legitimus consen- pen. The.
sus inter personas legitimas, nec sufficit vnus sine altero, sed tunc Supra de
quia personæ non fuerunt legitime, non habuit consensus effectū, consensu.
et post sunt personæ legitime solum, ergo requiritur consensus ad
matrimonium de nouo, quia nunq. fuit matrimonium antè, ergo
si de nouo modo debet esse, necessarium est cõcurant necessaria. Sco. d. 35.
s. consensus inter personas legitimas. Istam conclusionē tenet doc q. vnica.
tor sub in. 4. Et est Ricardi. Est etiam expressa determinatio, in Ricard. d.
titulo eodem ca. Veniens, vbi dicitur, q. poterit vxor ignorans 35.
dūcere, quia poterit de nouo consentire. Ex quo inferitur, quòd si Supra.
Corollarij.

de nouo non consentiat, non erit verum matrimonium in virtute A
primi consensus, qui nullius fuit valoris.

Obiectio. ¶ Contra hoc posset obijci. Quia vel illud fuit matrimo
nium quando precessit contractus, vel non. Si fuit, Quomodo
ergo poterit celebrari diuortium ipsa volente. Si nõ fuit, Quomo
do compellitur vir manere cum adultera.

Solutio. ¶ Res sicut dictũ est, q̄ compellitur in pœnam fraudis stare
contractui, et verbis, et promissioni. Et sic debet omnino in ma
trimonium consentire de nouo ad hoc q̄ nõ peccet cõmiscendo se
ei. Alioqui semper peccaret. Quia omnia videtur facere in virtute
primi consensus, qui nullus fuit, sicut ille qui fidei ptulit verba.

Gerffõ in
2. p. in cõ
uen. The.
7. conclu
¶ Mulier ignorans virum adulterum cum quo contraxit
habere propriam vxorem, et postq̄ sciuit, non reclamans, sed li
berè consentiens, impedimētum incurrit: sic vt mortua propria
vxore viri, non possint manere simul. Hanc conclusionem supe
rius probauimus. Quam tenet. B. Antoni. floren. vbi supra. Tunc
enim perindè est sicut si a principio sciuisset. **B**

Hosten.
S. Anto.
¶ Sed tamen pro hoc impedimento quantũ ad hoc si est igno
rans alter ipsorum, valde notanda est sententia Hostien. vt addu
cit. B. Anto. q̄ intelligitur de muliere in scia, quæ habet iustã cau
sam ignorandi, vt quia vir de remotis veniens asserbat se non
habere vxorem. Extra de spõ. Cum in apostolica. Valde comen
danda est ista limitatio. Ex ea enim sequitur q̄ vbi non est iustã
causa ignorandi, q̄ licet ignoretur, incurratur impedimentum,

Corolla.
vt contingit apud huius noui orbis indigenas, in eadem villa, et
in eodẽ vico aliquando. Et tamen vel ipsa cum q̄ cõtrabit de fac
to nihil interrogat, vel si interrogat, statim credit simplici ver
bo dicenti q̄ non habet aliam, quæ sit vera vxor, quod tamen falsũ
est. Et ipsa tunc credit ei, et videtur ignorare impedimentum
Artamen secundum istũ doctõ. quia non habet iustã causã igno
randi, non videtur excusari. Potest quidem certiorari cum habi
tent in eodẽ oppido. Hoc obsecro notet qui huic negotio operã im
pendunt. Nam sæpe cõtinget casus, in quo de facile propter igno
rantia

A rantiam iudicabitur non esse impedimentū. Tamen si altius consideremus non fuisse iustam causam ignorandi, rursus dicamus fuisse impedimentum. Sed quicquid dicat iste doctor, quia textus solum dicit, si ignorat non esse impedimentum, probabiliter credo verum sic esse, siue ignorantia sit iusta, siue nō, dummodo ignoret.

¶ Ad hoc q̄ hoc oriatur impedimentum requirit̄ q̄ verē vir habeat propriam, et legitimam vxorem, vel q̄ vxor habeat proprium, et legitimum virum. Hoc iam probatum est supra ex expressa determinatione. ca. Significauit.

¶ Si quis viuente propria vxore de facto cōtraxit cum alia, tamen non habuit accessum, et statim post mortem primę ducit tertiam, qua viuente habet accessum cum secunda, cum qua contraxit, mortua. 3. poterit secundam ducere. Patet. Quia si non posset ducere, eo esset: q̄ cum ea contraxit, et post habuit accessum, sed non ob hoc. Ad hoc enim q̄ ista duo impediunt, requiritur q̄

B concurrant, siue vnum precedat aliud, siue sequatur, quando viuit prima vxor. At in casu solum concurrunt viuente prima contractus, qui non sufficit sine adulterio. Et quando habet. 3. legitimam, solum interuenit adulterium, quod non sufficit, ergo poterit post mortem. 3. ducere de nouo. 2. Hoc intelligendum est, si quis viuente legitima vxore promissit, et fidem dedit de matrimonio licet non cōmissit adulterium, et post mortem verē vxoris cōtraxit cum alia de facto, et dur ante matrimonio habuit accessum solum cum qua promissit: poterit mortua legitima vxore eam ducere. Nam cum duxit. 3. videtur recessisse a promissione, sicq̄ nullum est impedimentum. Quia nunq̄ viuente legitima vxore ista duo concurrerunt, et promissio, et adulterium, sed solum alterum eorum, quod non sufficit.

¶ Circa hoc impedimentum dubitari posset de illa que putat adulterium veram habere vxorem, et nō est. Similiter si adulter existimat.

¶ Quod non erit impedimentum, cum textus dicat, dummodo

Nota.

S. conclu.

9. conclu

S. Anto. 3

p. ti. 1. c. 5

Dubit. 1.

Suplemē.

d. 35. q. 1.

ar. 2. con-

clu. 12.

modo sit legitima vxor. Et non sufficit q̄ legitima existimetur, A
sicut supra tetigimus.

Dnbiū. 2.

¶ Quid dicendum de illa que alicui cōmiscetur, qui non ha-
bet legitimā vxorē, ipsa tñ sic putat non legitimam, & fit ei p̄-
missio, & talis est parata q̄, si esset vera vxor adulterium com-
mitteret, Vtrum sit impedimentum.

Solutio.

¶ R̄ quod non. Solū enim hoc impedimentū tenet ex iure p̄si-
tūo. Vbi solum exprimitur esse quando habet legitimam vxorē,
vt supra dictum ē.

*De impe-
dimen: o
metus, seu
violentię.*

*Alfio .
4. p̄. trac.
6. q. 45.*

¶ De impedimento quod dicitur metus supra sufficienter dic-
tum est. quando loquuti sumus de consensu necessario in matrimo-
nio ar. 8. Vide ibi. Vbi notabis stando in iure nature omnem mē-
tum impedimentum esse. Quia liberrima voluntas est requisita,
vt notat Ioan. Arboreus in lib. 11. Theosopbie. c. 15. De quo latē
ibi disputatum est.

ARTICVLVS 37.

De impedimento Ordinis.

B



Equitur de alio impedimento quod ordinis dici-
tur, quod impedit contrahendum, & dirimit iā
contractum.

*Primum
notabile.*

¶ Pro cuius declarati ne notandum est pri-
mo, q̄ potest esse hoc impedimentum, vel de om-
nibus ordinibus, vel solum de tribus sacris. s. j. u. b
diaconatu, diaconatu, presbyteratu.

2. nota.

¶ Notandū. z. aliud esse q̄ ordo impediāt matrimonium, sic
q̄ post susceptionem ordinis non liceat matrimonium cōtrahere.
Aliud, q̄ sic impediāt, q̄ etiam vxoratus antē non possit ordines
sacros recipere.

3. nota.

¶ Notandum etiam q̄ hoc impedimentum potest esse, vel ex
iure positiuo tantum, vel ex iure diuino, simul & positiuo. His sup
positis ad dubium R̄.

¶ Nul

A ¶ Nullus ordo ex minoribus quatuor, nec prima tensura im-
 pedit matrimonium contrahendum, neq̄ dirimit cōtractum, nec
 post contractum impedit vs̄um matrimonij. Hęc est determinat̄
 no in. 6. de clericis coniugatis. c. vnico. Sicq̄ non indiget p̄cha-
 tione. Si enim non sint tales religiosi p̄ofesi tacitē, vel expressē
 nulli dubium est quin possint ducere vxores liberē.

¶ Initiatus sacris, siue sit diaconus, siue subdiaconus, siue p̄e-
 sbyter, nullo modo potest contrahere matrimonium. Et si de sac-
 to contrabat, dissoluitur. Hęc est etiam determinata. d. 32. Si q̄s
 eorum Et. c. Erubescant. Quę est conclusio omnium catholicorū
 Quod non solum est verum de clerico occidentali, sed etiam de
 orientali, vt ait Ioa. And. in neuella, & plures alij, & Ricardus
 in. 4. Et idem. P. de Palude, Maio in 4. d. 24. Et Albertus
 p̄bigius controuersia. 15. Ioan. Aboreus. lib. 5. Theosophię c. philip. 19
 7 Robertus arboricēf. in tractatu de sacerdotij celibatu.

B ¶ Ordinatus aliquo trium sacrorum ordinum si matrimonij
 contrabat, non solum est nullum, sed est excommunicatus, & irre-
 gularis. Quod sit excommunicatus patet. In clementina de con-
 san. & affi. Est et̄ irregularis. Sic do. de Palude in. 4. Et ca. 1. 24. q. 2.
 & 2. Qui cleri. vel vouen. Et alijs p̄cenis puniendus. De quibus Ioa.
 Ber. de Lugo in sua praxi.

¶ Vxoratus apud latinos si ordinetur verē suscipit ordines.
 Si tamen fiat sine cōsensu vxoris, non recipit exequutionem, im-
 mō est irregularis. Probat̄. Quia non est aliquid impedimentū
 quominus coniugatus possit ad altiore gradum ascendere, &
 ordinari. In nullo enim repugnat, cum talis possit continere. Et sic
 est vs̄us apud gręcos q̄ vxorati ordinentur.

¶ Nullus tamen ordinatus ducit vxorem, sed benē vxoratus
 ordinatur. Verē tales sunt sacerdotes. Et hec non aliud nobis
 constat, q̄ ex hoc q̄ non est iure diuino prohibitum. In Ecclesia
 autem primitiua (vt nos statim dicemus) fuit iste vs̄us. Sed q̄ si
 fiat propria vxore cōtradiciente exequutionem non recipiat: pa-
 tet. Nam cum matrimonium verum fuit, non potest ipsa mulier
 priuari

1. conclu.
 S. anto. 3.
 P. ti. 1. c. 8

2. conclu.
 Castro in
 sumā de
 here. lib.
 13. verbo
 sacerdoti.
 Ecbiuscō
 tra Luth.
 c. 19.
 Virue. in
 philip. 19
 Ioa. An.
 Ricar. 4.
 3. conclu.
 Pal. in. 4.
 Maio. d.
 & d. 27.

4. conclu
 Pali. d.
 37. q. 1.
 2. conclu.

In. c. que
 sic̄ de p̄-
 & remi.
 Catheri.
 cōtra Ca-
 iera.

Couarru. priuari iure vtendi marito ipsa inuita, sed priuarctur si habet A
 in. 2. p. epi talis sic ordinatus exequitiōem ordinis. Tunc enim non posset vti
 10. ca. 6. marito suo quando exequeretur. Et quōd sit irregularis: patet in
 §. 3. extrauagan. Antiquę, de voto.

§. conclu. ¶ Vxoratus apud Latinos ordinem sacrum suscipiens de licē
 Silue. ma tia vxoris, & recipit ordinem, & exequitionem. Et vxor tenetur
 tri. 8. im- ad perpetuam continentiam. Prima pars iam probata est. Secun
 pedi. 12. da eo patet: quod nihil impedit ordinis exequitionem nisi redditio
 q. 12. debiti proprię vxori, sed quando fit de eius consensu ipsa nō po
 test exigere, neq̄ ipse tenetur reddere, ergo verē habet ordinis

Theologi exequitionem. Ista cōclusio etiam est omnium catholicorum in c
 d. 37. Coniugatus, de conuers. coniu. Ibi Abbas.

6. conclu. ¶ Vxoratus apud Gręcos licitē habet vsu matrimonij an-
 te contracti extra horam ministerij. Apud Latinos autem inter
 dictus est vsus. Nā sic moris ē apud Gręcos vt vxorati accedāt
 Palud. d. ad ordines sacros ēt vxoribus volentibus, & in nullo defrauden
 37. q. 1. tur actu matrimoniali: nisi tempore ministerij. Et hoc non aliun
 conclu. 4. de probari potest, q̄ ex sanctorum patrum determinatione. d. 31

c. Quoniam, vbi in calce videtur concedere sacerdotibus Gręcis
 vsu matrimonij, nisi tempore ministerij. Et alijs interdicit vsū
 ibidem. c. Nicena. Quę decreta diligens lector poterit videre, ex
 quibus nostram colliget conclusionem, quam etiam ponit. S. Tho.
 S. Tho. d. & Ricar. & ceteri omnes Theologi. Dixi apud Latinos vsu in
 37. terdictum. Nam si fiat cum licentia vxoris, neq̄ exigere, neq̄
 Ricar. reddere. Quōd si fiat sine licentia, nullo modo debet exigere, licēt
 debeat reddere.

7. conclu. ¶ Quōd sacer ordo impediāt contrahendum, & iā contractū
 Alusio. 4. dirimat: solum est ex iure positiuo humano Probatur vt probat
 p. trac. 9. doctor sub. in. 4. Vel est impedimentum iure humano positiuo, vel
 q. 4. diuino, sed non diuino, ergo positiuo. Probatur. Quia in Ecclesia
 Seo. d. 37 primitiua non erat tale impedimentum. Hanc sententiam tenet
 q. 2. S. Tho. d. S. Tho. Ricardus. Archie. Floren. et omnes Theologi, excepto.
 37. Maiore, qui dicit esse impedimentum iure diuino et. Olio At,

quia

A quia eorum argumenta non probant, quod deberent probare, Clitoveus
omittimus. Et hoc esse verum satis apparet ex hoc: q̄ fertur ali de celiba-
quando Papam dispensasse q̄ sacerdos ducat uxorem, quod nō tu cleri. c
potuisset facere: si de iure diuino esset, In quo Viguerius videtur 13.
deffecisse, qui dicit esse de iure diuino, et naturali, licet etiā dicat Vigue. ca.
esse de iure humano. 16. §. 7.
ver. 9.

¶ Sed pro maiori intelligentia huius conclusionis libet in pre Cenci Au-
sentiarum paucis ostendere quando hoc incepit impedimentum riacense .
Vide Hie-
ro, contra

¶ Primū, inuenio in cōcilio Auriacense ca. 22. q̄ coniugati non ro, contra
ordinentur diacones, nisi qui prius conuersionis proposito profe Iouenia.
ssi fuerint castitatem. Item et in concilio sinodorum grecarum. li. 1. c. 19.
ca. 39. idem ferē determinatur. Et quidem ex istis concilij anti 28. d. ca.
quisimis colligere licet, et q̄ cōtinentia clericorum res sit anti Diaconi.
q̄, et q̄ non sit ex iure diuino. Et. d. 32.
c. 84.

¶ Quod patet clarius in concilio Anchiritano. cap. 10. Ha De hoc po
betur enim q̄ diaconus si quando ordinatur, et p̄siterur se velle li. Vergi. li
habere uxorem, et non posse continere, vt pōst si ad nuptias ven- 5. de inuē.
nerit maneat in ministerio. Certum est q̄ si esset de iure diuino, q̄ re. ca. 4.
B talis non admitteretur ad ordines, qui dicit se non posse contine-
re, quando uxorem ducat. De hoc scribit Viguerius in suis theo
logis institutionibus. Et Ioa. Arboreus li. 5. Theosophie.

¶ Item in concilio Neocæsariensi. ca. 1. dicitur. Presbyter si Vigue. c.
uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. 16. §. 7.
verbo. 9.
Ioa. arbo.
li. 5. theo-
so. c. 7.

¶ Et in canonibus Apostolorum. ca. 6. q̄ episcopus nō abiciat so. c. 7.
propriam uxorem sub obtentu religionis. Et. 25. permittitur vxo
res ducere. Et quidam non penitendus autor dicit probabile quōd
circa apostolorum tempora cunctis sacerdotibus vxorum vsus Regist. in
fuit interdictus, quamuis mos fuerit postea corruptus. Tandē ne epistola
prolixitate videar limites transgredi, et metas materię presen-
tis, videtur a tempore. B. Gregorij fuisse continentiam preceptā Gregorius
subdiaconibus. Et tenentur ordinati ad continentia, siue sit ex vo
to exp̄sso, vel interpretatiuo. Quare ex statuto Ecclesie pro-
uenit q̄ Pa pa possit dispensare cum sacerdote, vt contrabat. Panor.

Idem

Polidorus de inuentoribus renum, Idem affirmat Panor in ca. Cū olim, de clericis coniugatis dicens, q̄ bene faceret Ecclesia, si permitteret coniugatos ordinari. Et vt Polidorus refert, quōd magna causa, et ratione Ecclesia ademit vxores presbiteris, sed maior nunc redderet, vt ipse putat. Verum tamē hoc aborrēt christiane aures. Plurima sunt si quidem mala, fatcor, sed plura alia enormia euenirent, si omnibus id eſset concessum.

ARTICVLVS. 38.

De impotentia.



1. nota.

Siquis de alio impedimento quod dicitur impotentia, quod quidem impedit contrabendum, et dirimit cōtractum. ¶ Pro cuius elucidatione notādū, q̄ hoc impedimentum est impotentia, non qua cunq̄, sed solum impotentia coeundi, siue hoc sit ex parte viri tantum, siue ex parte foeminae, siue ex parte vtriusq̄, quomodo docu nō quis habeat impedimentum, quo non possit alteri carnaliter commisceri; impotentia dicitur.

2. nota.

¶ 2. Notandum, q̄ huius impotentiae duę sunt species, quędā est naturalis, proueniens ex causa intrinseca, vt est frigiditas in viro, et similiter nimia caliditas, et artactio in muliere, qua stante nullo modo possunt ad actum generationis committeri. Et idē est naturalis ex defectu etatis in vtroq̄, vt est ante pubertatem. ¶ Alia est accidentalis, ex causa extrinseca, vt castratic, et maleficio. Permittit enim Deus aliquando demones ista operari propter peccata hominum, vt suo maleficio tātum ipse valeat vt qui naturaliter possent iungi ad actum generationis, non coniungantur.

3. notan.

¶ Notandum. 3. quōd impotentia quę est naturalis, potest esse vel ad tempus, vel perpetua. Item. Potest esse, vel cum vna muliere, vel cum omnibus.

4. notan.

¶ Notandum. 4. quōd ista naturalis impotentia potest esse q̄
pre

Ioan. arbo. gressum religionis. Hoc equidem aliunde habet vim, q̄ ex iure po
li. 11. tbeo sitiuo humano, quia ex iure diuino deductum, eo q̄ leannem vo-
so. ca. 16. cauuit ex nuptijs.

2. ¶ 2. Si propter frigiditatem, vel arctationē superuenientem
matrimonio legitimē contracto posset matrimonium dissolui: sc̄q̄
retur q̄ etiam pariformiter per quancumq̄ aliam infirmitatem
si propter ipsam vir non posset illum actum carnalem exercere.
Vt si morbo graui iaceret in lecto, nec esset aliqua spes sanitatis,
vel aliquo alio modo. Hoc verō est falsū, & nulla ratiōe firmatū.

3. ¶ 3. Quando contractus ille matrimonij processit inter perso-
nas legitimas, verē fuit traditio corporum adinuicem, et nul-
lum impedimentum fuit in illa datione, ergo quicquid superueni-
at non annullat contractum legitimē factum. Alioqui redderetur
matrimonium vinculum solubile. Hęc est ratio docto. sub in. 4. te-
nētis istam sententiā. Aliqui tamē ausi sunt affirmare q̄ matri-
monium consummatum dissoluatur per impotentiam superuenien-

Sco. d. 34

Math. 19. tem, quod videtur esse impium, & male sentire de tanto vinculo,
Mar. 10. & de eius indissolubilitate. Et dicere q̄ saltim ratum non consu-

Contra nō nullos ex theologis. fendi posse. Satis est hoc concedamus voto solemnī, quod maius
Panor. vinculum est. Conclusionem banc etiam tenet Panor. in c. Ex lit-
Tur. cre. teris, de frigi. & male. Idem Ioan. de turre, cremata. c. Quod au-
33. q. pri. tem, in solutione ad. 3. Idem de Palude in. 4. & Ricardus. In quo-
Palud. d. 27. q. 3. deceptus est Celaya, qui tribuit Ricardo quod impedimentum su-
Ricar. d. perueniens dirimat matrimonium.

34. q. 2. ¶ Et contra contrarium affirmantes adhuc argumentor cor-
Celaia. d. roborando conclusionem. Si impedimentum superueniens matri-
34. q. p. monium legitimē contractum solueret, sequeretur q̄ si quis post-
Anto. Flo. monium castraretur, quod esset solutus a matrimonio, sed
3. p. ti. p. c. hoc non: vt bene. B. Antoni. & est determinatum. 32. q. 7. Hi qui
12. S. 2. Palud. d. matrimonium. Sic determinat Palu. & do. de Turre cre. vbi sup̄
27. Quare manet ista conclusio in veritate, quod quomodocumq̄ im-
pedi:

A pedimentum contingat post matrimonium legitimè contractum per verba de presenti, siue sit post consumationem, siue ante, nunquam dissoluitur matrimonium. Nam quòd legitimè prius factum è, non potest dissolui per quodcumque eueniens. *Math. 19*

¶ Contra hanc conclusionem, videtur esse tex. in titulo alleg. *Obiecti. 1. ca.* Ex literis, ubi dicitur in textu, quòd cum quidam vir quandam duceret mulierem, et cum ei debitum reddere viro sit facta in utriusque. Respondet ibi summus Pontifex, quòd si vitium illud a natura contraxit, neque ope medicorum poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem. Ex isto textu videtur opinio aliorum dicentium contrarium roborari. Hic enim dicitur quod post matrimonium grauem contraxit infirmitatem: ita ut inutilis facta sit viro. Et nichilominus sumus Pontifex dicit dissoluendum matrimonium.

¶ *R.* quod non est textus contra conclud. sed pro ea. Nam si bene intelligatur: expressè ibi dicitur, quod vir non potuit cognoscere eam et quod grauem contraxit infirmitatem. Ex quo apparet quod impedimentum impotentie actus carnalis precessit matrimonium, et quòd quandiu simul fuerunt, magis apparuit per infirmitatem, et morbum subsequutum, sic quod solum dissoluitur quando impedimentum precessit. Et ibidem in textu glo. sic declarat, quod intelligatur de impedimento precedenti. Quia si de sequenti, non dissolueretur. Et absque dubio in omnibus capitulis in titulo citato semper fit mentio quando agitur ad dissolutionem de impedimento quod precessit. *Glossa.*

¶ 2. Potest et opponi determinatio expressa Gregorij. 3. in 2. obiecti. minoris. 2. q. 7. ca. Quòd proposuisti, ubi determinat Gregorius, quod propter infirmitatem superuenientem in femina si non potest reddere debitum, poterit vir aliam ducere.

¶ *R.* Hoc dictum esse falsum, et non tenendum, quia contra doctrinam Evangelicam. Et Gratianus sic dicit ibidem. Si autem obijciatur quòd omnia dicta Grego. iunioris sunt approbata per Leonem quartum. 20. d. c. De libellis. Dicendum approbata esse

illa

n ij

illa in quibus bené dixit. At quia in hoc a parte malé loquutus est **A**
reprobatur ab omnibus.

- 3. concl u.** ¶ Si impotentia ad actum carnalem non sit perpetua, sed ad
tempus, et talis, que artificio medicorum curari potest, nullo mo-
34
34
1. ratio. do impedit matrimonium. Expressé ex. c. Laudabilem, vbi deter-
minatur, q̄ per triennium maneat cōiuncti, vsq̄dum videatur
si impedimentum est perpetuum. Sequitur si non est perpetuum
non dissolui. Et probatur. Quia si per hoc dissolueretur quod
ad tempus est impedimentum, sequeretur q̄ etiā si impotens esset
ad actum carnalem: propter aliam infirmitatem posset dissolui,
et sic talis infirmus non posset matrimonium contrahere, quod est
falsum.
- 2. ratio.** ¶ Item probatur ex expressa determinatione in. c. Fraternali-
tatis tue, eodem ti. vbi dicitur, quod si fuerit matrimonium disso-
lutum propter hoc quod iudicatum est eē impotentiam perpetuā,
quod si post contrarium appareat, debet matrimonium reinteg-
B
grari. Quia Ecclesia fuit decepta, iudicans perpetuum, quod ve-
ré non erat perpetuum. Sequitur ergo quod si temporale sciret,
nullo modo dissolueret. Istam conclusionem tam de impotentia, q̄
Doc. theo
logi, d. 34 de maleficio tenent communiter doctores Theologi. Et iuricon-
4. Sen. sulti eodem titulo.
- 4. conclu** ¶ Si quis contraxit cum muliere arcta, cui subueniri potest p-
incissionem sine periculo, tenet matrimonium. Neq̄ ipsa volēte po-
rest solui. Probatur ex p̄cedenti Quotiescunq̄ enim impedimē-
Palud. d. tum est temporale, non impedit, sed tale est cui per incissionem si-
34. q. 2. ne periculo subueniri potest. Sic Palude, et cōmuniter docto. Di-
co sine periculo. Quia si esset cum periculo suo, non teneret matri-
monium ipsa reclamante. Iudicaretur enim perpetuum. Hęc cō-
clusio videt expressé determinata in c. Ex litteris, sup̄ allegato.
- 5. conclu.** ¶ Mulier iuncta viro matrimonialiter, a quo cognosci non-
potest per opus medicorum, nec per vsu proprium, si celebrato
diuortio ab alio cognoscatur, cum quo contraxit matrimonium,
1. ratio. non debet reddi primo, sed stabit cū secūdo. Hęc probatur. Quia
imp̄o

A impotentia si est perpetua, cum quocunq; sit perpetua impedit, ne q; matrimonium tenet, sed tunc talis est perpetua, quādo per actum suum non potest quis mulieri carnaliter cōmisceri, vel artificio medicorum.

¶ Preterea. Matrimonium primum non tenuit, & secundum Palud. d. fuit validum, quandoquidem cessauit talis impotentia, ergo seq. 34. tur q; si validum fuit, non potest dissolui quod fuerit validum, cū ^{Silues. in} nullum interfuerit impedimentum. Sic expresse Palude in. 4. d. ^{verbo di-} ^{uor. § 19} supradicta. Idem tenet Siluester, & dicit esse de mēre. S. Tho. qd̄ ^{S. Anto.} ^{3. p. ii. pri.} credo ita esse. Idem Archie. floren.

¶ Sed contra istam conclusionem videtur textus expressus ^{ca. 12.} iure, titulo eodem c. Fraternitatis, vbi dicitur, q; celebrato diuor- ^{Obiectio.} tio propter impedimētum mulieris: si pōst fuerit cognita ab alio viro, debet reddi primo, etiamsi cum secundo cōtraxit. Quia Ecclesia fuit decepta, iudicans impedimentum esse perpetuū, quod non erat.

B **¶** Respondetur: q; si benē intelligatur textus, non est contra ^{Solutio.} conclusionem. Quia textus intelligitur quādo de facto ita est, q; potuit cognosci a primo viro, licet id fuerit successu temporis. Tunc enim verum est, quia primum fuit validum, eo q; impedimentum non fuit perpetuum. Et tamen si nullo modo ab eo possit cognosci per actum proprium est perpetuum impedimētum. Quod autē iste sit sensus: apparet ex eo qd̄ in littera dicitur. Quia sententia per errorem licet probabilem nouimus esse latam. Sequitur ergo existis verbis, q; eo iubet reddi primo: quia existimauit impedimentum perpetuum, sed inuentum est contrarium. Si ergo proprium vsu: semper est perpetuum: intelligitur q; non dabit primo, quia nunq; fuit matrimonium cum primo, sed benē cum secundo. Et probatur ex glo. super eadem verba dicentis. Intellige q; error iste euenit in aspectu corporis, in quo matronę deceptę ^{Glossa} fuerunt, quia manus, & oculus obstetricum sepe fallitur. De probationibus causam matrimonij. Et. 2. 7. q. 1. Nec aliqua. Glo. ibidē Sicq; tenendum tanq; verum, q; si impotentia est circa omnes: i-

potens

n. iiij

potens est inhabilis ad contrahendum. Si tamen impotentia sit circa unam personam tantum, erit talis inhabilis ad illam personam sed habilis ad alias, siue hoc sit ex parte viri, siue ex parte femine, siue ex parte vtriusque. Nam ad paria quantum ad hoc iudicantur.

6. conclu ¶ Vir, siue sit spado, siue senex, qui potest actum exercere carnalem, et seminare, licet inualide ad generationem: contrahere potest, non tamen si semen nullo modo emittere potest. Conclusio hęc pretendit, quod dato aliqui sint impotentes propter hoc, non mittunt semen validum ad generationem, sed tamen seminant, et actum carnalem exercent, sunt apti ad matrimonium. Si tamen nullo modo seminare possint, vel dato possint, non tamen in vase naturali, tales sunt impotentes, et non possunt matrimonio coniungi. Probatur quantum ad primam partem. Quia tales possunt matrimonium contrahere, qui possunt talem actum exercere ad quem obligantur per matrimonium, huiusmodi autem qui seminare possunt, licet debilitate actum illum exercere possunt.

Ratio. 2. par. ¶ 2. pars, quod alij qui non possunt emittere semen sint inhabiles patet. 32. q. 7. Eo enim talis est impotens ad contrahendum qui non potest actum reddere ad quem obligatur, sed qui nullo modo seminare potest, non potest reddere actum ad quem obligatur, quia non potest efficere actum generatiue virtutis. Hęc Palud. d. 27. et 34. in loco supra allegato. Unde non contrahitur per hos affinitas.

Seco. d. 34 Ricardus Cōtra Panor. Hanc etiam sententiam tenet. Scotus. Ricard. q. 1. ar. 2. dum modo nullo ingenio, vel arte mederi possit ut habeat copulam. Quamuis Panor teneat contrarium, quia putat esse accidentale.

7. conclu ¶ Impotentes scienter contrahentes, vel etiam quando alter est impotens solum, sed tamen scienter, si sint impotentes perpetua impotentia, nullo modo contrahunt, et separari possunt. Hęc conclusio videtur habere difficultatem, sed eam probo contrahentes asserentes contrarium, ex iure positivo fundato in iure naturali et diuino. Impotentes sunt personę inhabiles ad contrahendum, ergo siue ignoranter, siue scienter contrahant inter se, non est validus contractus. Et sic matrimonium non tenet. Consequentia est bona.

A bona, et antecedens est verum, ergo & consequens.

¶ Et confirmatur. Si esset hoc verum, q̄ inter eos esset *Confir.*
matrimonium: sequeretur q̄ si duo consanguinei in gradu prohibito sci
enter contraherent teneret matrimonium, cum non sit potior ra
tio de vno, q̄ de alio, consequens autem est falsum, ergo & antece
dens. Nam siue scienter, siue ignoranter persone inhabiles cōtra
bant, non tenet contractus. Et si in istis impotentibus esset validū
quia scienter, & in alijs similiter. Hanc opinionem videtur sequi
expressē Ricardus in. 4. Idem tenet Innocentius, in eodem titu
lo. Qui dicit, q̄ si cum alio contrahat, tenet matrimonium. Sequit̄
ergo quod primum non fuit validum. *Ricar. d. 34. ar. 2. q. 2. Inno.*

¶ Item. Quia hoc impedimentum (vt infra nos dicemus) non
est solum ex iure positivo, sed ex diuino, & natur. Quare si
ue scienter, siue ignoranter tales impotentes contrahant, non est
verum matrimonium.

¶ Sed tamen contra istam conclusionem videtur esse expre
ssa determinatio summi Pontificis. In. c. Consultationi. eodem titu
lo, vbi habetur, q̄ tales impotentes contraxerunt, & petierunt di
uortium. Determinatum est, q̄ non fiat diuortium, sed quam non
potest habere vt uxorem, habeat vt sororem. Ex quo sic ar
guitur aperte. Quandoquidem non est celebratum diuortium, se
quitur q̄ vere fuit vinculum indissolubile contractum, quod non
est nisi per matrimonium. *Obiectio. Mat. 19.*

¶ R̄. Quod in illo textu dicitur, q̄ sint velut sorores, non ta
men declarat esse matrimonium, sed loquitur consultiue, & non
preceptiue. Quia ibi dicitur q̄ incredibile est, matrimonium esse
inter tales impotentes. Nihilominus autem Ecclesia Romana in
talibus consuevit iudicare. i. consuevit consulere vt tales se habe
ant sicut soror, & frater. Ex verbis textus aperte declaratur q̄
sit consilium, & non preceptum. Sic intelligit Ricardus in loco
allegato. Idem. glo. in dicto capitulo. *Solutio. Ricar. vbi supra. Glossa.*

¶ Alij respondent ad textum, vt intelligatur quod sit ibi vbi est
impotentia, et matrimonij initiatum, sed nō confirmatiuū. Quod
est

est dicere, quòd maneant vt soror & frater. Et quidem mihi contingit casus in istis partibus, & quia impotens, tactus habebat im pudicos, precepi vt fieret diuortium.

S. conclu. ¶ Mulier quæ de presenti contraxit: si ex sententia medicorum sine mortis periculo parere non possit, ipsa petente matrimonio dissoluitur. Quæ si post reperiatur aliud de peperisse, primo viro restitui debet. Probat. Quia in facti contingentia euenit in Hispania. Nam talis dicitur impotens ad contrahendum, quæ non potest sine detrimento vitæ reddere actum ad quem obligatur per matrimonium, sed sic est quod talis est huiusmodi. Patet ex eo quod si reddat debitum, iam hoc est naturale ipsam concipere, sed ex hoc quod concipiat mors sequetur in partu.

Confir. ¶ Confirmatur ex superius dictis. Mulier quæ non potest cognosci a viro nisi cum periculo incidatur non vere contrahit, sed dissoluitur. Ergo a fortiori quæ non potest parere sine mortis periculo. Idem dicendum si debitum non potest reddi sine periculo mortis.

Palud. d.
34. q. 2.

¶ Sed quòd debeat reddi primo, si post inuenta fuerit peperisse, vel debitum reddidisse patet ex c. Fraternalitatis iam allegato.

9. conclu. ¶ Mulier quæ seminare non potest: si cum viro contrahat qui potest seminare, tenet matrimonium, & dissolui non potest. Probat. Quia ex sententia communi medicorum ad generationem sufficit semen viri, neque requiritur semen mulieris, ergo etiam si ipsa seminare non possit, nullum est impedimentum quominus matrimonium valeat. Quod secus esset, si vir non posset, & ipsa sic. Nam non posset tunc esse generatio. Hanc sententiam tenet quidam grauis doctor, & alij communiter necessario debent dicere.

Aris.
S. Tho. 3.
p. q. 3. 2. ar.
ticu. 4.
S. Tho. in
4. d. 34.
ar. 2. ar. 6

10. cõclu. ¶ Impuberes contrahentes ante tempus quo possint generare etiam si habeant vsu rationis verè habent impedimentum, quo matrimonium est nullum, sicut est. 14. annus in viro, & 12. in femina. Extra de desponsatione impuberum. c. Attestationes. Et in alijs capitulis, eodem titulo. Ratio est. Quia impotentia impedit: cum non possint habere actum illum ad quem conuenerunt, sed

Aris. 9. q. 4
animali.

impu

A impuberes non possunt talem habere actum (vt supponimus) regulariter loquendo.

ARTICVLVS. 39.

De matrimonio impuberum.



Via forté alibi non erit locus aptus tractandi ex acté de matrimonio impuberum, et de sponsalibus, cum materia sit valde necessaria, precipué illis q̄ int̄ istos neophitos ministeriū exercēt, eo q̄ a pud ipsos moris sit iungi ante pubertatem, hic tractandum duximus.

Et primo de conclusione ista loquendo, vbi aliqui habentes vsus rationis, tamen ante pubertatem coniuerti sunt matrimonio: vtrū impediatur de iure diuino, vel naturali. Iuuat scire Quia cum isti non tenerentur legibus humanis, sed naturalibus, si solū in iure positiuo esset impedimentum, non teneret in ipsis vim.

Licet impedimentum sit contrahere ante pubertatem, etiā si adsit vsus rationis, hoc tamen solū est de iure positiuo humano, et non diuino, seu naturali. Probat̄. Quia illud q̄ nō est impedimentum perpetuum de iure diuino, aut naturali, non impedit, sed hoc non est perpetuum, sed tempore. Quia statim poterit esse generatio. Hanc conclusionem tenent cōmuniter omnes Theologi, et Panor. in. ca. Puberes, contra glosā. **C**onfirmatur. Si de iure diuino impedimentum esset, etiā si duo per duos annos conuenire non possent propter aliquam infirmitatem: sequeretur q̄ non possent contrahere vsq̄ ad illud tempus, sed hoc est falsum etiā secundum ius positiuum, ergo sequitur q̄ hoc impedimentū solū est de iure positiuo humano. Nam si adest vsus rationis ad contractum celebrandum, etiā si post duos, vel tres annos non possit esse actus, erit verum matrimonium secundum ius diuinum cum iudicetur impedimentum tempore non perpetuum. **Q**uaré sequitur q̄ si qui inter istos tempore infidelitatis iuncti sunt, quando

1. conclus.
Vigue. li.
institutio.
theolo. ca.
16. §. 7.
verbo. 9.
Panor.
Confir.

Coroll.

do

do habebat vsum rationis, licet non possint conuenire propter defectum etatis: q̄ erat verum matrimonium. Sed tamen ego credo apud huius noui orbis incolas ante esse etatem ad generandū, q̄ ad deliberandum, vt experientia constat.

2. conclu. **I**mpuberes qui ex iure positino contractum matrimonij nō possunt facere illi sunt, qui generare non possunt, siue sint minoris, vel maioris etatis supra. 14. siue infra. Hęc determinatur in ca. Puberes, vbi tales puberes vocat, qui generare possunt. Attamen quia vt in plurimum homo generare potest. 14. anno, et formina concipere. 12. determinauit etatem in viro esse. 14. annum; et in fœmina. 12. ad contrahendum. Extra, eodem titu. ca. Tuę nobis. Et. ca. Ex litteris. Et. ca. Continebatur.

3. conclu. **M**inores. 14. anno. et. 12. qui de facto contraxerunt, si matrimonium consument ante legitimam etatem: verum est matrimonium. ca. Anobis, eo. ti. Ratione sic probatur. Tota ratio quare tales a iure inhabiles redduntur ad contrahendum est: propter impotentiam ad illum actum. Sequitur ergo q̄ si ante consumauerunt: q̄ sunt potentes, et per consequens q̄ matrimonium tenent. Est enim presumptio iuris, et iure, cōtra quā non admittitur probatio in contrarium. Sic intellige tamen vbi verē interuenit copula, secūs si solū fuit nissus ad copulam. Nam tunc non valet, vt patet eodem titu. c. Attestationes.

4. conclu. **I**mpubis desponsata, et traducta, ad annos nubiles veniens, et diuortium petens, dicens se non consensisse, non auditur, si vir affirmat eam cognouisse, et iuramento firmauerit. Patet. Eodem titu. c. Continebatur. Hoc verō intelligendum, vt Panor in isto loco, q̄ ista sit proxima pubertati, vt attingens. 10. annum. Alioqui si minor septenio: nullo modo matrimonij est, nec standum verbo viri affirmantis. Itē si maior septenio, sed tamen nō apta ad concipiendum, non est credendum verbo ipsius viri, etiā si iuramento affirmet, sed adducendę sunt matrone, quę id ipsum testificent. Potest enim vir virginē deflorasse, et ipsa inuita. Ob quod nō est matrimonium. Hęc Panor. Quę intellige in foro exteriori, in fo-

A autem conscientie non sic. De quo sit quinta conclusio.

¶ Si ante pubertate vir cognoverit puellam quam traduxit, & ipsa in animo non disensit, verum est matrimonium, etiam si non habuerit tunc expressum consensum, dummodo fuerit apta ad concipiendum. Probatur. Impedimentum hoc solum est ex iure positivo, ut supra diximus, ergo tandiu tenebit, quantum expressum est in iure, in iure autem expressum est: quod si fuerit cogita a viro, & sic affirmet vir, quod ei credatur, ergo verum est matrimonium. Nam stando in iure naturali, non videtur matrimonium, & ius positivum non contrariatur, quia declarat illud matrimonium. Et quidem q. ante annum. 12. possit aliqua puella esse apta ad generationem fatetur Albertus magnus, qui in. 4. sen. d. 27. ar. 13. ait se vidisse anno. 9. concipere, & 10. parere, Et Iacobus de forliuio. sen. prima doctrina supra primi canoni dicit se audisse a quodam fide digno q. puella solum. 8. annorum fuit pregnans Papie. Dixi si non dissentit. Quis si dissentit in iure naturali stando non tenet tale matrimonium. Et sic in foro conscientie nullum erit.

5. conclu.
S. Anto. 3.
p. ti. pri.
ca. 19.
Maio: d.
28. q. 2.
Vigue. in
suis. insti.
theolo. ca.
16. S. 7.
verbo. 9.
Alber. ma.
gnus. d.
27.

B

¶ Impuberes minores. 14. in viris, & 12. in feminis, etiam supra septimum vterque non debet matrimonialiter iungi, etiam si alter ipsorum solum sit pubes, nisi aliqua urgentissima necessitate interueniente. Hoc est determinatum Extra de sponsa. impub. c. Vbi non est consensus. Ratio huius textus. Quia cum ibi deficiat etas, potest postea impubis reclamare cum venerit ad etatem, & sic matrimonium dissolueretur. Ob hoc vitandum optime prohibetur. Et necessitatem urgentem explicat, ut si esset pro bonopacis. Ex quo patet q. est pessimus usus q. sic in etate incongrue copulentur, sicut apud incolas huius orbis fieri solet.

¶ A.

ARTICVLVS 40.

De impedimento maleficij.

A

1. notabi.

S. Tho. p.
p. q. 110.
ar. 2. ¶
in ar. 4.S. Tho. p.
p. q. 111. ¶
4.
De hoc, su
pra, ar. 3. §
nota. 2.
2. nota.

3. nota.

4. nota.

Palude.

1. conclu.

Pro debita intelligentia huius impedimenti notandum est: quod demon est tantę potestatis: vt Deo permittente possit hominem impedire ab omnibus operationibus suis exterioribus. Habet quidem ex hoc quod spiritus est, potestatem supra creaturam corporalem ad motum localem prohibendum, vel faciendum, ad huc ipsa inuita. Et sic potest impedire ne simul appropinquent directę, vel indirectę, interponendo se in medio aliquo corpore formato, sicut accidit sponso qui sibi Idolum desponsauerat, et nichilominus contraxit cum quadam iuuenula, nec propter hoc potuit eam cognoscere. Vnde potest ipse demon (Deo permittente) semper interponere se aliquo corpore formato, ne vir possit propriam uxorem cognoscere. Vel potest facere quod ipse vir etiam si vellit, non moueatur ad illud.

¶ Item potest interius inflamare ad actum, mouendo bumores. Et potest refrigerare ab actu illo, adhibendo virtutes rerum occultas, quas ipse nouit validas.

¶ Potest etiam hoc facere mouendo, vel turbando imaginationem viri circa mulierem, qua reddat ipsam exosam viro suo sic quod nunquam accedat ad eam.

¶ Item 4. potest contingere quod impediatur missio nem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi includendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat. Vel si descenderit: ne recedat, vel ne excidatur. Et sic impediatur actus generationis per huiusmodi maleficium. De quo vide Paludem in 4. d. 34. q. 2. ar. 3. His suppositis sit prima conclusio.

¶ Maleficium si perpetuum sit, et matrimonium precedat: impedit contrahendum, et dirimit iam contractum. Conclusio hec videtur fuisse expressę determinata in eodem titulo. Si quidem, dato non sit expressum de maleficio, cum tamę sit expressum de impotentia

A tentia coeundi: sequitur q̄ siue ipsa impotentia naturalis sit, siue accidentalis, dummodo perpetua sit, et præcedat: impedit matrimonium. Sic intelligunt omnes doct̄. vno excepto Inno. qui dicit contrarium. Sed tamen Panor. in eodem ti. ca. Littere, reprobat opinionem Innocen. & motiua, et ponit secundum communem opinionem hanc sententiam, Dixi. Si præcedat. Nam si sequatur: nullo modo impedit, sicut supra determinauimus, et est sententia Panor. in eodem ti. et omnium Theologorū quos contingit videre. Dixi. Si sit perpetuum, Quia si sit temporale: nullo modo impedit, sicut iam supra probauimus de impotētia naturali coeundi, quæ si erat temporalis, nullum præstabat impedimentum.

Contra In
no. Panor

Supra ar
u. 38.
d. 34.

¶ Ad cognoscendum vtrum maleficium sit perpetuum, nec sufficit si per triennium simul cohabitauerint, nec consumare potuerunt. Hęc expresse ibidem in. ca. Laudabilem, vbi presumitur esse perpetuum, si per triennium non potuerunt simul conuenire. Immo si antè appareret esse perpetuum per aliqua signa, esset antè dissoluendum, vt ibidem patet. Hęc conclusio est notanda, quia datur quod per triennium det operā ad cognoscendum eam. Dixi notandam cōclu. propter illa quæ nos in fine. 3. p̄sumus dicturi, quomodo stante dubio de legitimo coniuge potest quis non solum reddere debitum, sed petere. Vide ibi.

2. conclu.

Seco. d.
34.

Nota.

¶ Quando dubium est: vtrum maleficium præcesserit, an sequutum fuerit matrimonium: presumendum est præcessisse. Hanc conclusionem tenet Panor. in eodem ti. ca. Fraternitatis. Nam ex quo non consumauerunt matrimonium, nunq̄ coniuncti sunt, ne maneant tales illaqueati iudicatur præcessisse.

3. conclu.
Panor.

¶ Sed contra istam conclusionem est rex. in. ca. Licet, in fine. Extra de testibus, q̄ in dubijs est sententiandum pro matrimonio. Sequitur ergo q̄ quandiu hic est dubium: vtrum præcessit impedimentum maleficij, vel sequutū ē: q̄ debet iudicari p̄ matrimonio.

Obiectio.
In dubio
sententian
dum pro

¶ Res. Panor. Ibi, q̄ ille textus intelligitur quando matrimonium potest habere suum effectum. scilicet uitiationem fornicationis, vel bonum prolis, quod hic non est, propter impotentiam coeundi.

Solutio.

Anto. eundi. Et nota singularem limitationem ad illud ca. vt nunq̄ pre A
Ricar. d. sumatur pro matrimonio in dubio, quando non potest habere
 34. suum effectum. Et do. An. in. ca. Littere, eodem titulo. Idem tenet
Silues. in Ricardus in 4. et Siluester. Et tandē ē cōmunis opinio.
 verbo ma
tri. 8. §. ¶ Si maleficium solū est ad vnum, vel ad vnam, licēt ma
 vltimo, trimonium non sit inter illos inter quos est impedimentum, pote
 4. cōclu rit tamen esse si cum alijs contrabant, cum quibus non est tale im
 pedimentum. Cōclusio hęc ē manifesta. Nā si propter impedimē
 tum maleficij non potuit matrimonium esse, vbi non sit tale impe
 dimentum: sine dubio si personæ sunt legitimæ, poterit et talis cō
 tractus celebrari.

ARTICVLVS. 41.

De furia & amentia.



Pro complemento huius impedimenti queritur. Vtrū
 furia, et amentia impediant matrimonium, sic q̄ si de
 facto contrabant, nullum sit, sicut diximus de male
 ficio. B

- Nota pri.* ¶ Pro solutione notandū posse esse: q̄ furia, vel amentia sint
 continue in homine, vel quōd sint lucida interuala.
- 2. nota.* ¶ Item potest contingere q̄ precedat ipsum matrimonium, vel
 q̄ sequatur. Et idem de ebrietate. Pro quo sit. i. conclusio.
- 1. conclu.* ¶ Furia, vel amentia in illo qui non habet lucida interuala si
 matrimonium precedat impedit contrabendam, & dirimit iam
 contractum. Ad matrimonii n. verum requiritur consensus, vt
 supra latē probatum est, sed vbi est amentia, vel est furia, defici
 cit consensus, ergo nullum est matrimonium. Antecedens patet p̄
 maiori. Et minor probatur. Vbi est furia, vel amentia perpetua
 non potest esse verus consensus. Patet. Vbi non est plena libertas
 ibi nō est plena cognitio, nec pōt esse aliquo pacto verus cōsensu
 s. Tho. d. sed sic est in amente, vel furioso. Sic S. Tho. in 4. Et est cōmunis
 34. ar. 4. opinio. Nam si puer non potest matrimonium contrahere, cum
 sit

A fit puer, quia non potest tali se vinculo obligare, quanto magis furiosus, vel amens? Et nostris temporibus contingit. Nā dux Me-
thine Sidonię contraxit, cū esset primogenitus, & post dissolu-
tum est matrimonium: Et contraxit, 2. loco natus cum eadem, qui
viuunt ad huc. Si quidem declaratum fuit: quod primogenitus erat
amens, & sic non potuit contrahere, neq̄ iura primogeniturę ha-
bere.

¶ Furiosus, vel amens habens lucida interualla, potest in illis 2. conclu.
contrahere, & contractus tenet. Tota enim ratio quare diceba-
mus esse impedimentum erat: quia non poterat esse in amentia, et *Ratio.*
furiosus: perfectus, & requisitus consensus, sed tamen in illo qui ha-
bet lucida interualla potest esse perfectus consensus, quando non
est in amentia, ergo contrahere potest.

¶ Si tamen furia, vel amentia etiam perpetua sequatur ipsū 3. conclu.
matrimonium, nullo modo dissolui potest. Nam illud quod a prin-
cipio tenuit, nullo modo dissolui potest, nisi per aliquid in iure ex *Math. 19.*
pressum, sed in iure solum est expressum de voto religionis, per *1. corin. 7*
quod matrimonium ratum nō consumatum dissoluatur. Et inter
infideles in casibus traditis ab Apostolo, vt in. 2. p. dicemus in fi-
ne, vt in. c. Gaudemus, Extra de diuor.

¶ Si quis tempore quo ebrius est cōtrahat, matrimonium non 4. conclu
est validum, si tempore quo sanus fuit de nouo non cōtrahat. Ra-
tio est. Ad matrimonium requiritur deliberatus consensus, sed ta- *Ratio.*
lis deliberatus consensus non est in ebrijs, sicut & de furia dictum
est. Hoc dummodó postea non ratificet. Quia valebit. Nō tamen
prout antē, sed vt pro tunc, cū tunc debitus & sufficiens affuit
consensus. Nec sufficit ad hoc mutua cobabitatio, vel aliquid si-
mile, nisi adsit de nouo consensus interior. Nota valde istam con- *Nota pro*
clusionem, quia frequenter contingit quod tempore infidelitatis *huius no-*
apud huius noui orbis incolas, ebrij sumperunt sibi vxores, & *ui orbis in*
postea relinquebant. *colas.*

¶ Si aliquis habens liberum vsu rationis consensit in matri-
monium, sed tamen non explicuit consensum verbis, aut signis, 5. conclu.
nisi

nisi quando in ebrietate, vel amentia positus est, non est matrimonium validum. Nam ad matrimonium perfectum requiritur consensus deliberatus expressus signis, vel. verbis, sed sic est q̄ in tali casu non interuenit. talis consensus. Quia a principio & si fuit consensus deliberatus, tamen cum fuerit solum interior, non fuit sufficiens, vt nos in principio probauimus, ergo tunc nō fuit matrimonium. Nec. 2. fuit quando in amentia. Verba protulit. Verba enim non sufficiunt, nisi adsit interior consensus. At cum tūc defuit, sequitur non esse matrimonium. Omnia ista notanda sunt propter Indos. Contigit enim q̄ tempore infidelitatis quando egregie biberant, sibi sumerent hanc, vel illam in uxorem, & promitterent matrimonium.

Dubiū. 1. ¶ Hic circa amentes dubium posset esse. An amens possit petere debitum. Nam videtur q̄ non. Quia concubitus innaturalis & velut brutalis.

Solutio. ¶ R̄. Quod licet petere, sicut & ebrius potest. Sed an ille q̄ sane metis possit denegare: dubium est. Sed videtur q̄ teneatur reddere petenti. Nam ex quo alter habet ius: non est denegandū.

Dubiū. 2. ¶ Sed adhuc est dubium. An dato inter illos qui sunt perpetuo amentes non possit esse matrimonium, liceat eos coniungere. Scio aliquando factum in istis partibus. Et videtur q̄ sic ad modum in suis in quo duo bruta possunt conmisceri.

R̄. Quod non licet. Eset enim nocumentum proli nasciturę que non est necesse sit amens, sed potest esse sane mentis. Que a parentibus insanis non posset educari.

ARTICVLVS. 42.

De impedimento ligaminis.



Incipit aliud impedimentum quod dicitur ligamen, quod ex eo incurritur: q̄ aliquis qui est ligatus vni matrimonialiter, impediū est ne possit cum alia contrahere. Quod si de facto contrahat, nihil fit. Et quidem si hoc scienter fiat, iam superius

Arius diximus quomodo sit impedimentum. Sed tamen dubium potest esse si ignoranter id fiat. De quo fit 1. conclusio.

¶ Verè matrimonialiter coniunctus altero recedente in re-
 motis non debet contrahere, vsq̄dum constet de morte veri con-
 iugis. Et si de facto contrahat, non valet matrimonium. Ex quo
 enim matrimonium primum valuit, non sui iuris est, ergo non po-
 test alteri dare quod suum non est. Quòd si de facto det, non tenet
 datio, vt constat. Nec in hoc dubium est. Dixi: Vsq̄dum constet,
 sicut si audiuit a fide dignis de morte, vel recepit litteras. Tunc
 enim viderur sufficienter constare de morte, vt patet Extra de
 spons. ca. In presentia. Et ibidem glo. Quicquid dicat do. An. vi
 refert ibidem Panor. q̄ sufficit fama, cum longotempore mari-
 tus fuerit absens. Hoc enim non sufficit in re tam graui, sicut est
 matrimonium. Sic tenet Panor ibidem iuxta textum q̄ requirit
 certum nūtiū. Et ait. Pondera verbum certum, nam fama proce-
 dit ex authore incerto, et plerūq̄ fallaci, vt in c. Vestra. de coha-
 bit. cle. et muli. Et etiam in persona nūtiū deberet considerari quali-
 tas personæ. Et vtrum deponat per verba verisimilia. Nam agit
 non de modico preiudicio absentis. Et in summa hanc materiam
 relinquerem arbitrio iudicantis, vt diligenter omnibus pondera-
 tis consideret vtrum de morte sit facta certificatio. Hec Panor.
 Ergo ridiculosum est illud vulgare, q̄ vsq̄ ad septēniū teneatur
 spectare.

¶ Mulier certificata de morte proprii viri licet non peccet
 contrahendo cum alio, et filij sint legitimi quos habuerit, si tamē
 vir eius viuebat: matrimonium est nullum, etiamsi mortuus sit
 post, si modo non adsit nouus consensus post mortem viri. Hec cō-
 clusio patet. Nam sic certificata probabiliter secundum iuris di-
 spositionem non peccat contrahendo cum alio. Ignorans enim in-
 uincibiliter quòd habet virum, licitè contrahit cum alio, sed mu-
 lier sic certificata, licet non ita sit, inuincibiliter ignorat, ergo nō
 peccat sic contrahendo. Sic do. An. in. sua pra. allega. Et glo. Qd̄
 pro certo tenendum est.

¶ Quòd
 o y

1. conclus.
 Socinus.
 Barbatus
 Abbas, e
 Quoniā li
 te nō conil
 7. titu. 15.
 si. 8. ordi-
 namē.
 Hoc etiā
 patet in c.
 dñs, extra.
 de. 2. nup.
 Panor.
 Couarru.
 in. 2. p. epi
 cap. 7. S.
 3. in fine.
 1. 14. titu.
 14 p. 3.
 Prepo in
 ca, citato.
 in Presen.
 Boerius d̄
 ciso, 288

¶ Quod filij iudicentur legitimi patet ex c. Ex tenore. Et Ex A
tra. Qui filij sint legitimi.

¶ Sed q. si vir viuebat nullum sit matrimonium patet ex eo
1. corin. 7 q. non potuit mulier illa viuente proprio viro matrimonium ini
re cum alio. Et sic, quod a principio non valuit, non potest retro
Supra de trahi, nec habere valorem, nisi adsit nouus consensus, vt supra
consensu. nos probauimus latè.

¶ Mulier habens proprium virum, qui in remotis proffectus
3. conclu. est, si certificata de morte proprii viri cum alio contraxit, quã
S. Anto. 3 primum cœperit dubitare de morte proprii viri, tenetur debitũ
p. si. 1. c. 9 reddere illi, cum quo contraxit. Extra de. 2. nuptijs c. Dominus,
Panor in Et c. Inquisitioni, de sententia excõmunicationis. ¶ Sed an. in ca
c. In prẽse su quo dubitat, manente tale dubio possit etiam exigere, est dubiũ
tia, de spõ graue, et valdè necessarium scire propter confessores istorũ neo
salibus. phitorum, quod nos reposuimus tractandum in fine. 3. partis, vbi
de actibus coniugum sermo erit. Et in casu conclusionis ostende
mus licitum esse non solum reddere, sed exigere.

4. conclu. ¶ Mulier quę probabiliter credens virum mortuum cũ alio
contraxit, cum primum nouerit eum viuere, tenetur ad eum redi
re relicto secundo. 3 4. q. 2. Cum per bellicã. Et c. Cũ in captiuita
te, vbi determinatũ est: q. si ad. 1. nõ redierit, iudicabit adultera.

3. conclu. ¶ Mulier putans virum suum viuere, si cum alio contrabat,
et vir tunc mortuus sit, licet ipsa ignorante, tenet matrimonium
si fuit in ipsa verus consensus. Nam ad matrimonium sufficit
Supra de mutuus consensus inter legitimas personas, sed talis est in casu po
consen. ar sito, et psonę sunt legitime, cum nollum sit impedimētum, qa vir
ti. 2. et p primus mortuus est, ergo videtur q. teneat. Dixi, si adsit verus
omnia. cõsensus. Nã si mulier credens impedimentũ, nõ intendebat cõtra
bere, licet verba profferret, non esset matrimonium, vt satis con
stat ex supra dictis. Sic Archi. Floren. in loco proximè allegato
Floren. v- ex mente Guilel. Hanc puto esse veram, neq. requirit alius nouus
bi supra. consensus. Quia primus a principio effectum habuit, cum nullum
interuenerit impedimentum.

uersalium. Et non eodem modo gradus computantur. Nam secundum lineam ascendentium computatur sic. Pater, & Mater. Auus & Auia. Proauus, & Proauia. Atauus, & Atauia. Secundum lineam descendentiū. Filius, & Filia. Nepos, & Neptis. Pronepos, & Proneptis. Abnepos, & Abneptis. Secundum lineam transuersalem. Duo fratres filij duorum fratrum, & Nepotes duorum fratrum. Pronepotes duorum fratrum.

Quid gradus.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quota generationis distantia duę persone differunt inter se. Et hoc differenter. Secundum ius canonicum. s. & secundum ius civile. De quo nos infra.

2.70.

¶ Item notandum: q. contrabentes in gradu consanguinitatis prohibito sine dispensatione nulla longinquitate defenduntur annorum, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. Extra de consang. et affi. ca. Non debet. Et de eo qui duxit in ma. quam. pol. ca. Cum haberet.

¶ Toto gradu persone descendentes a proximo stipite distāt inter se, quanto a stipite distant: vt filius a patre distat in primo gradu, & filia a patre similiter in primo gradu. Isti duo fratres distabunt inter se in primo gradu, et filij istorum fratrum distāt a stipite. s. ab Auo duobus gradibus, et eodē modo distāt inter se. Et sic consequenter procedendo, ita q. debet sumi principium computationis a cōmuni parente, a proximo vno stipite, & tunc secundum distantiam ab alio debet iudicari distantia graduum inter descendentes.

3. nota.

Tanta est distantia adinuicē, illius q. magis distāt, a cōi parente. Arist. 8. eth. c. 12.

¶ Notandum etiam q. quando aliquis distāt in 3. gradu ab stipite, et alius in 2. debet distantia inter tales tanta esse, quanta est illius qui magis distāt, vt filius Petri distāt a patre eius per quanta est duos gradus, & filius filij fratris eius distāt per tres, tunc filius Petri, et filius filij fratris distabunt etiam per tres, dato filius Petri solūm distet per duos a stipite. Huius assignatur ratio: Quia ratio cōsanguinitatis in linea transuersali ortum habet a stipite. Vnde Aristot. Cōmunis cognata amicitia dependere videtur ex paterna.

A paterna. Ideo nullus in linea transuersali potest alteri propinquor esse, q̄ sit stipiti. Quare si vnus distat a stipite per duos gradus, et alius p̄ quatuor: dicuntur tales distare inter se p̄ quatuor gradus.

¶ Est preterea notandum: q̄ in gradibus consanguinitatis quidam possunt esse prohibiti iure naturali, alij iure diuino positiuo iudiciali, vel ceremoniali, alij iure diuino positiuo Euangelico, alij iure solum humano.

¶ Preterea. Supponendum est consanguinitatem esse causam cuiusdam amicitie naturalis. Quia inter consanguineos maxime viget vnitas, et similitudo. Vnde ex tali vnitate, et similitudine causatur amicitia. Quia simile diligit sibi simile. Sed tamen huius modi coniunctio, et similitudo non in infinitum extenditur, sed suos habet limites. Ob id et consanguineorum amicitia habet terminos. Nec vocantur consanguinei eo q̄ omnes ab vno communi parente procedant. Alioqui omnes homines vocarentur consanguinei, quod non est in vsu, sed illi se tractant vt consanguinei, qui ab vno descendunt stipite proximo non nimium distanti, inter quos adhuc manet quedam vnitas, vel similitudo ad communem parentem. Quod verum est, siue sit in linea recta, siue in transuersali, quicquid dicant alij. De quo sit. 1. conclusio.

B Iure naturali in linea recta prohibitum est matrimonium inter personas ascendentes, et descendentes, a quo certo gradu, non in infinitum. Quod in iure naturali sit prohibitum patet. Iure nature filius tenetur reuerentiam prestare matri, ergo eam non poterit habere in vxore, cum oporteat vxorem subditam esse viro.

¶ Item. Nec pater filiam, cum eam debeat habere vt sociam et filia debeat in omnibus subijci mandato patris. Idem de Neptri et Amica. Sed q̄ non in infinitum iste gradus extendatur patet. Experientia enim constat inter tales ascendentes, et descendentes amicitiam perdi, et communicationem, sicut certum est q̄ etiam si Adam modo viueret, non haberemus amplioem familiaritatem, vel amicitiam ratione consanguinitatis, q̄ haberemus cum

Noe,

o iij

4. nota.

5. nota.

Aris. 1.

Retho. c.

11. Et. 8.

Erb. c. p.

Et. 2. mag.

more. ca.

11.

Conclu. p.

Vide que

Xenofon.

li. 3. de So.

crate, qui

dicebat a

dijis positum

ne paren-

tes filijs

miscereu.

Paul.

Domi. Ca Noe, vel habemus cum illis qui maximè a nobis distant. Sic Caie. **A**
 iera, 22. q. Immo rigurosus, dicens q, solum de iure naturali est prohibitus
 154. ar. 9 gradus iste primus consanguinitatis in linea recta, s. patris, et fi
 Idem an liæ, filij et matris. Id ipsum contendit probare ex dictis. S. Tho.
 re eum te nit. B. Bo ibidem ad. 3, qui affirmare videtur ex Aristote. 9. de animalibus.
 na. d. 40. capitu. 47. Et Aelianus lib. 5. et Pli. lib. 8. capitu. 42. et Varro
 q. 1. R. de re rustica li. 2. c. 14. solum esse debitam istam reuerentiam na
 car. q. 2. turalem filiorum ad parentes, inter quos matrimonium videtur
 Et Alex. esse prohibitum. Et quidem Caie. in ista sententia pugnat contra
 2. par. q. plures theologorum, et canonistarum, qui vna voce confitentur
 169. m. 2 in linea recta nullum esse gradum, nec posse conubia esse inter ta
 Plinius li. les. At vt verum fatear, ego credo opinionem omnium veram,
 3. c. 42. & Caie. et aliorum similiter. Et q, in re non contraria sentiant,
 Plato. li. 5. sed solum nomine discrepent. ¶ Et primo adduco cõtra ipsum Ca
 de republi ie. sententiam. S. Tho. vt probè meam. Nam id affirmat in. 4. d.
 ca. li. 5. c. 22. 39. ar. 3. in solutione ad. 3. Verum est q, standum est vltimè sentē
 tiæ in partibus, sed ego credo q, vtrunq, est verum in. S. Tho. li.
 cēt videatur sentire contrarium. Et probò opinionem cõmunē, **B**
 q, in linea recta non sit graduum computatio, nec matrimonium
 possit esse inter tales. Primo. In primo gradu fatetur ipse Caie.
 et nos in conclusione etiam concedimus de aliquibus alijs verum
 esse. Et similiter probò. de alijs, loquēdo quidem naturaliter. Ab
 Sup ar. 38. auus non poterit ducere Proneptem. Probatur ex supra dictis.
 Quandocunq, est in potentia, naturalis ad actum coniualem, ē
 impedimentum quominus sit matrimonium, sic q, si non possit esse
 seminatio, etiam si possit esse coniunctio carnalis, non valet matri
 Cõcordia monium, vt est in senibus, sed cõmuniter ita est, q, tales illius etat
 opini. tis impotentens iudicantur ad seminandum, ergo et impediti ad
 contrahendum matrimonium. Et sic est verum quod dicit com
 munis opinio. Et sic de alijs, ita q, probabiliter, et pie possumus
 intelligere id velle doctores dicere, quando affirmant nō posse sta
 re matrimonium in linea recta, q, hoc idē sit, non quia non sunt
 verè gradus, sed quia non est proportio aliqua, sed est ipotentia
 quedam

A quædam naturalis, quæ impedimentum præstat matrimonio ex parte senis:

¶ Et dictum Caie. est verum, quod nullum esset impedimentum ex parte graduû, in lege nature loquendo, quominus Abauus posset ducere Abneptem, sed tamen est impedimentum ex parte naturalis impotentie. Hec dixerim doctoribus materiam, & argumentum præbens veritatis inueniende, eis iudicandum relinquens solum opinatiue loquens. Et quidem hoc id ipsum facio libens, ne videar contratot graues viros aliquid asserere, licet. B. Bona. d. 40. Ricardus. Victoria. Vi. Alex. d. dieb⁹ genia. Martinus de magi.

¶ Et Ricardus & Alex. & Caie fuerint huius sententiæ. Et adhuc præter ipsos habeant magistrum meum Theologorum sui temporis facile principem fratrem Franciscum a Victoria. Nolo tamen conclusionem sic intelligi, vt putemus esse intrinsicè malum parentes & filios copulari. Nam posset benefici in casu necessitatis. Immo Martinus de temperantia circa. q. 154. apud. S. 1. b. in. 22. tenet quod in casu quo solum esset pater, & filia, sine dispensatione posset coniungi in matrimonio. Et quicquid dicat Caie. ibi dè, puto verum. Nam tunc maior esset obligatio, maxime quia a nullo posset expectari dispensatio nisi a solo Deo. Et mihi est certum (vt in. 2. p. dicemus) Papam non posse in primo gradu dispensare, quia de iure nature, & diuino est.

¶ In linea transuersali de iure nature prohibitus est primus 2. concludens. gradus. s. fratrum inter se, & non amplius. Quia illud videtur esse Ratio. se iure nature prohibitum, quod communiter est eodem modo apud omnes, sed quod non coniungantur fratres inter se, videtur esse apud omnes tanquàm inonestum, & reprobatum, etiam quantuncumque sint barbare nationis, ergo probabile videtur. Et quidem præter illa quæ doctores dicunt circa hoc, est mihi vnum huius conclusionis fortissimum argumentum, quod experientia didici apud Fratres istos, inter quos erat improbatissimum fratres coniungi. Et inter eos omnes solum duos reperi sic coniunctos. De casu consulens antiquos certo cognoui vitio datam talem coniunctionem. Ob quod separandos iudicavi. Credibile enim est si natura non aborreret huiusmodi.

Alexan. cōiunctionē inter fratres. q̄ isti cēci, & ferē lumine naturali de
 bale. 2. p. stituti, huiusmodi frēq̄nter celebrarent cōiunctiones. Idipsū ob
 q. 169. in seruator et iā apud omnes ferē in isto nouo orbe. Sic cōclu. S. Tho
 prin. S. Tho. in dicens, esse prohibitam banc coniunctionem de iure naturali secū-
 4. d. 40. dario. Et hoc expressē tenet egregius doctor Thomas de argēti
 ar. 4. Et na Augustinienfis. Est etiam sententia (vt ceteros sub silētio trā
 22. q. 154. seā) B. P. Augusti lib. 15 de ciuitate Dei c. 16. Et contra Fau-
 ar. 9. ad. 3. stum lib. 22. c. 35. Ita diuus Hieronymus super Iob in p̄ncipio. Et
 Tho. d ar dicir. B. P. Augustinus nunq̄ licuisse sine dispensatione fies ma-
 gentina. d trimonialiter coniungi. Etiam si Cate. 22. q. 154. ar. 9. ad. 3. di-
 40. cat cum Sco. d. 4. 7. & Bona. & Ricar. & Maio. ibidem contra
 Augusti. rium. Tamen dato esset de iure nature, non tamen de primis prin-
 Hierony. cipijs, sed de secundis, vt infra in secunda. p. dicemus latius.

3. coneln. ¶ Licēt inter fratres matrimonium prohibitum esset lege na-
 Tiraquel turali, a principio tamen propagationis generis humani, licitē
 lus. 7 l. co facta est inter fratres coniunctio maritalis, etiam si nulla fuisset
 nub. nu. dispensatio. Probat. Neceſſitas in naturalibus sumenda est ex
 30. Arist. 2. fine, vt Arist. probat. Et sic est q̄ semp bonum cōe p̄feretur bo-
 phi. tex. no particulari, et bonum totius, bono partis. Nec tunc dicitur ali-
 co. 75. quid fieri malē, et contra naturam, licēt fiat contra naturam
 i. contra propriam inclinationem particularem. Si tamen fiat
 ad bonum totius conseruandum, quemadmodum naturale est
 Arist. 4. aquē descēdere. & p̄pter bonum totius, ne detur vacuū, faceret
 P̄hisi. contra illam naturalem inclinationem ascendendo, in quo con-
 seruat aliam naturalem inclinationem quam habet, et necessitatē
 id faciendi ex fine. Quōd si aqua ageret ex electione illud, nō pec-
 caret, licēt faceret contra naturam. Quia semper bonum to-
 tius preferendum est bono particulari. His suppositis probō con-
 clusionem. Qui facit contra particularem inclinationem nature
 propter bonum totius, benē facit, neq̄ in aliquo arguendus, sed
 fratres in principio cōmiscendo se matrimonialiter id faciebant
 propter bonum vniuersi, cum aliter non posset conseruari speci-
 es humana, ergo tunc faciendo contra illud ius naturale, cū m fue-
 rit

Arit necessitas respectu finis vniuersalis, licuit. Quarè nullum fuit peccatum, fratres tunc sic iungi, etiam sine aliqua dispensatione. Immo tenebantur ad illud. Maius enim est bonum commune, q̄ particulare. Nec propter hoc sequitur non esse prohibitum de iure nature et talem coniunctionem, sicut in exemplo posito. Dato aqua ascendat propter bonum vniuersi, non sequitur q̄ non sit contra suam inclinationem illud, et contrarium sit secundum suam naturalem inclinationem. Sic in proposito. Dato ita sit, q̄ a principio fratres iungerentur, non sequitur illud non esse contra naturalem legem, et contrarium esse secundum legem nature. Solum sequitur, q̄ tunc non fuit seruatum ius naturale, secundum propriam inclinationem, et obseruatum est commune, ad quod quilibet tenetur. Et sic dicitur q̄ de lege nature iste gradus sit prohibitus. Bona;
 Et q̄ alij tenentes contrariam sententiam inixi huic fundamēto Risar.
 s. quia tunc a principio iuncti sunt trepidauerunt timore, vbi null Maio.
 l' erat timor. Et fortè nō exactè cōsiderauerūt quomodo potuit Caie. sup.
 illud a principio sic fieri propter bonum totius, et q̄ illud nō esset Leu. 18.
 contra ius nature, prout respicit proprium, et particulare bonū.
 Hoc dixerim, propter hoc q̄ illi qui dicunt hanc coniunctionē nō fuisse de lege nature prohibitam, solum inquitur, quia a principio non fuit sic obseruata. Dixi in conclusione. Etiam sine dispensatione. Quia cum dispensatione nulli dubium erat posse fieri. Fuisse tamen factam dispensationem nō apparet. Sed videtur quod fuit solum ille naturalis instinctus luminis interioris, quō mouebantur ad conseruationem totius speciei, et propagationem, quæ non poterat aliter fieri. Hoc autē maximè probat factum. Quia postq̄ cessauit illa necessitas, nunq̄ facta fuit amplius illa coniunctio fratrum. Immo neq̄ post diluuium, vbi paucissimi erant, talis facta est, eo q̄aliter poterat genus humanum conseruari. Si tamen quis affirmet dispensationem tunc factam, non cōtendo. Satis est probasse non fuisse tunc necessarium, sed absq̄ ea posse fieri talem coniunctionem, etiam si esset de iure nature prohibitum.
 ¶ Sed contra istam nostram sententiã posset fieri vnum vā Obiectio.
lidum.

lidum argumentum. Tempore quo non fuit talis necessitas conseruandi genus humanum: facta fuit coniunctio matrimonialis inter fratres, ergo non videtur fuisse de lege naturali talis prohibitio. Alioquin cessasset talis coniunctio, cessante causa. Cōsequētia videtur bona. Probatur antecedens. Tempore enim Abrahę facta est talis coniunctio, quo tempore haud dubiē genus humanum sufficienter fuit multiplicatum. Patet de ipso Abraham, qui contraxit cum sorore sua Sarra, cum tamen posset contrahere cum alia. Sic dicit ipse Abraham de Sarra. Nam et ipsa soror mea est filia patris mei, et non matris mee, ergo sequitur q̄ contraxit cum sorore.

Gene. 12.
v. 20.

Solutio.

¶ Quod Abraham non recepit in coniugem sororem, sed recepit Sarram in coniugium, quę tamen non erat sic soror: vt esset ex eodem patre, vel ex eadem matre nata. Vocatur verō soror, cōsuetudine, quā q̄ sūt filij duorum fratrum dicuntur fratres. Sic et vir vocat sororem. Et vulgo dicimus, mi prima germana. Et apud istos (vt optimē nouerunt quilinguam eorum calent) est iste mos, vt vocēt sorores, quę in 2. gradu eis iunctę sūt. Immo etiam si in 3. Econtrario etiam fęminę vocent fratrem. Et Patrum vocēt patrem, et Amittam vocent matrem: sepe autē diuini ab eis: ita vt a principio deciperer in tali modo loquendi. Sic in proposito dicendum, q̄ tunc apud Hebreos ille fuit mos nominādi sororem filiam Patruī, et sic fuit Sarra soror Abrahę: non tamen sic soror quōd ex eodem patre, vel matre procederēt. Quōd autem fuerit mos: scriptura testatur, quando idem Abrahā vocat Loth fratrem. Certum enim est eos non fuisse genitos ab eodem parēte, sed a diuersis. Tamen, quia parentes eorum erāt fratres, vel cognati, et ipsi fratres dicebantur. Sic Pater Augustinus testatur, cognatos vocari fratres, et ponit exemplū de Abraham, et Loth. Idem do Abulę super Gene expressē dicit.

¶ Ad illud quod magis vrgere videtur, q̄ ipse Abraham dixerit. Filia patris mei est, et non matris, dicendum quod 70. interpretes id declarauerunt addendo illa verba, vt ostenderent cognā

Gene. 20.

Augusti.
gene. 20.
Abulę.
gene. 20.

A cognationē Sarre, et Abrabe esse ex parte patris, et non ex parte matris. Vnde illis verbis insinuauit Abraham, q̄ Sarra soror eius vocaretur, quia filia erat patris sui, sic q̄ ex parte patris ad eū attineret, et non ex parte matris. Tandem idem pater Augustinus ait. Mirum eset q̄ Abraham acciperet sororem in matrimonio, cum iam recessisset necessitas, sicut in tempore Cain.

¶ Et quidem doctores asserentes q̄ tactum est in argumento s. q̄ Abraham verē sororem Sarram duxerit in matrimonium, moti sunt ad opinandum ex hoc q̄ in Gene. vbi fit mentio q̄ Abraham duxit uxorem, non fit mentio q̄ Sarra fuerit filia Arā, tamen fit mentio de Melcha, quæ nupsit Nacor.

¶ Preterea, vt patet ex serie textus, Abraham fuit primo genitus, q̄ Aram, quomodo ergo tandiu spectasse filiam Aram est credibile, vt eam duceret in uxorem?

¶ Ex dictis supra patet solutio ad argumentum, q̄ Abraham non duxit in matrimonium sororem legitimam, sed consanguineā quod fuit licitum. Immo addo amplius. Dato ita esset q̄ sua esset legitima soror, non ob hoc conclusio falsa est. Quia potuit esse dispensatio interior, ad hoc quod benéficeret. Quod si absq̄ dispensatione: reprobandum erat tale coniugium, sed non fuit reprobatum neq̄ constat talem factam dispensationem, ergo conuenientius ē dicere non fuisse suam sororem legitimam, sed consanguineam. Quamuis Hieronymus super Gene. putet sororem fuisse verā ex parte patris. Contrarium tamen ibi Abulensis.

¶ In iure nature stando in linea transuersali in omnibus alijs gradibus consanguinitatis dempto primo licitum est matrimonium celebrari. Hęc probatur sic. Illa esse prohibita iure nature nō potest nobis aliter constare, q̄ ex ipsa ratione naturali dictante, q̄ fugimus quod nā aborret, et prosequimur quod natura amat. Signatum est enim lumen super nos, eo q̄ ista nullo alio exteriori preceptore docente cognoscere possumus. Sequitur ergo q̄ illud maximē iudicabitur esse prohibitum naturaliter, a quo omnes naturaliter (vt in plurimum) abstinent. Ius enim naturale est idē apud.

Augu.

Gene. 11.

Ad argu
mentum.Hierony.
Gene. 11.
et Abulē.
Gene. 20.

4. conclu

Ratie.

psal. 4.

S. Tho. 12
q. 94. ar-
ticu. 4.

apud omnes, & est tale, quod semper, vel frequenter cōtingit. Sequitur ergo quod cū coniunctio in alijs gradibus consanguinitatis, dempto primo, non fuerit exōssa, immō satis vsitata apud omnes, q̄ illud non est prohibitum, de iure nature. Verisimile quidem est q̄ si illud esset naturali iure prohibitum, q̄ non esset sic in vsu frequenti, immō continuo, sed sic est (vt patet ex scriptura sacra) q̄ fuerit in vsu, etiam quando genus humanum fuit multiplicatum sufficienter per totam legem nature, vbi nulla lex fuit scripta exterius, ergo non videtur esse prohibitum in alijs gradibus. Alioqui sicut multiplicato genere humano cessauit coniunctio in primo gradu inter fratres, etiam cessauit in 2. & 3. gradu inter consanguineos, sed cessauit prima coniunctio post multiplicationem generis humani, & non cessauit 2. (vt patet tempore Abrahę) ergo signum est q̄ primum fuit iure nature prohibitū, & non 2. Immo etiam secundum legem Mo, si licuit filios duorum fratrum iungi.

Florē. vbi
supra.

Item hoc patet, cū apud alias barbaras nationes vbi solū lege naturali viuunt, primus gradus coniunctionis non sit in vsu, tamen omnes alij s. c. Hoc experiētia nobis constat in isto nouo orbe, inter istos barbaros morem fuisse vt in primo gradu minimē matrimonium celebraretur generaliter. Benē tamen in omnibus alijs. Argumentum ergo est valdē efficax, q̄ nulli alij gradus consanguinitatis prohibiti fuerint lege naturali ad matrimonij coniunctionem dempto primo. Quare miror de doctoribus grauissimis alijs (quos propter eorum auctoritatem nominare non licēt) q̄ sic affirmant alios fuisse gradus consanguinitatis prohibitos de lege naturali: dempto primo. Et q̄ amplius mirandum, q̄ S. Tho. adducāt auctorem suę sententię, quod non credo doctorem. S. sic intellexisse, cū mi ipse expressē in loco citato ponat fratres solū prohiberi de lege naturali coniungi. Immo ad hoc addit hos prohibendos iure naturali secundario. Quomodo ergo diceret tantus doctor alios gradus prohibitos. Et 22. expresse videtur contrarium dicere. Cuius verba propter studiosos suę

S. Tho. in
4. d. 39.
Et idem
2. secundum q.
154. arti.
9. ad. 3.

A suę doctrine adducam. In responsione ad tertium dicit sic. In S. Tho.
 cōmixtione personarum coniunctarum aliquid est quod est secū-
 dum se indecens, et repugnans naturali rationi: sicut q̄ cōmixtio
 fiat inter parentes, et filios, quorum est per se, et immediata cog-
 natio. Nam filij naturaliter honorem debent parentibus. Vnde *9. de ani-*
philoso. dicit, quod quidam equus quia deceptus fuit vt matri cō malibus, e-
misceretur, se ipsum precipitauit, quasi pre honore, eo q̄ etiam 47.
animalibus aliquibus in est naturalis reuerētia ad parentes. Aliq̄
 verō personę que non coniunguntur secundum se ipsas, sed per
 ordinem ad parentes non habent ita ex se ipsis indecentiam, sed
 variatur circa hoc indecentia, vel decentia, secundum consuetu-
 dinem, et legem humanam, vel diuinam. Quia (vt dictū est) vsus
 Venereorum qui ordinatur ad bonū commune subiacet legi. Ideo
 sicut. P. Augustinus dicit, cōmixtio sororum, et fratrum quāto
 fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est dā.
 B nabilior religione prohibente. Hęc S. Aug. referente. S. Tho. Ec
 ce dicit q̄ exceptis parentibus, et filiis, alię personę decenter, vel
 indecenter coniunguntur, quia secundum consuetudinem, vel con-
 tra, vel secundum legem diuinā, vel contra. &c. Sequitur ergo q̄
 non est indecens coniunctio, vbi non contra consuetudinem, nec cō-
 tra legem nature. Cum ergo ita sit, q̄ nunq̄ fuerit consuetudo ab-
 stinendi in matrimonio ab alijs gradibus consanguinitatis, excep-
 to primo, nec tunc fuit aliqua lex prohibens, sequitur q̄ talis con-
 iunctio fuit decens, et licita. Vnde nec iure naturali reprobata.
 Itaq̄, tenendum est in linea transfuersali ex lege naturali in con-
 sanguineis solum fuisse primum gradum inter fratres prohibitiū,
 saltim secundum ius nature secundarium, vt fct̄ in secunda par-
 te dicemus ar. 21. Et alij gradus pōst fuerunt prohibiti lege di-
 uina. De quibus statim. Et per consequens manifestē elicitur q̄ in
 omnibus alijs gradibus (excepto primo) Papa posset dispensare In oi gra-
 Immo et in primo, vt inferius fiet notum. Nam cum non habent du transfuer-
 vim ex iure naturę primeuo, sed solum ex iure positio, ad sensū salū potest
 quem declarabimus in secunda parte, et Papa qui legem condi-
 pensare.

Augu. 15.
 de cimita.
 ca. 16.

Caictan⁹ dit, potest in eã dispensare. Segturer go q̄ Papa poterit in oĩ gra A
 22. q. 154 du dispensare. Istam eandem sententiam approbat do. Caie. Et
 arti. 9. sic intelligit. S. Tho. Expressse etiam eam tenet Petrus de Palu.
 Palud. d. De quibus plenẽ in secunda parte dicemus, quando disputabimus
 40. q. p. in quibus gradibus consan. & affi. potuerunt infideles contrabe-
 re.

5. conclu. ¶ De iure diuino positio veteri prohibiti fuerũt plures gra
 Leui. 18. 18. Vbi in consanguinitate prohibentur isti gradus. Primo dici
 tur. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. Et in
 fert. Nõ cum patre, non cum matre, nec cum sorore, nec cum nep
 ti, nec cum nepote, nec cum amita, nec cum patruo. Ibi constat fu
 isse preceptum diuinum, et legem prohibitiuam illorum graduũ
 vltra primum. Diximus in conclusione. De iure diuino positio.
 Quia (vt infra pbabo) illa omnia que ibi sunt scripta, et expre
 sse phibita, non sunt d iure diuino naturali. Dixi etiã de iure diu
 no veteri. Vbi psonæ sunt. 12. Mater: nouerca: soror: neptis: ami
 ta: matertera: vxor patru: nurus: vxor fratris mortui cum li
 beris: preuigna: filia preuignæ, vel preuigni: soror vxoris. Quia
 in lege naturali permittebatur: vt in Iacob, qui duxit Lyam, et
 Rachelem. De quo in. 2. p. latius.

6. conclu. ¶ De iure diuino Euangelico (quod omnes obligat) nullæ per
 sonæ sunt prohibite in matrimonio, nisi solum pater, et filia, filius
 et mater. Quia nusq̄ in Euangelio de matrimonio aliud reperi
 tur circa personas: nisi illud Math. 19. Vbi Dominus Iesus hoc
 Math. 19. declarans sacramentum: dixit. Ab initio masculum, & fœminam
 Gene. 2. creauit Deus. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, et
 adhibebit vxori sue. Tunc sequitur q̄ Christus redemptor noster
 voluit istis verbis insinuare, q̄ in matrimonio alia debeat esse vxor
 q̄ mater, & alius vir q̄ pater. Alioqui si, patrem, vel matrem
 liceret ducere, quomodo relinquendus esset propter vxorem? Et
 sic declarant omnes doctores de iure diuino Euangelico. Immo et
 naturali esse prohibitum, quod filius ducat matrem, vel filia pa
 trem

A trem: Et meritò, cùm videãt in Euangelio expressum, dicunt esse de iure naturali. Quia nihil reperitur in Euangelio præceptum vltra illud quod est de credendis, et sacramentis: quã non sit de iure naturali: vt benè. S. Tho. ait. Cùm ergo istarum personarum prohibitio non sit de credendis, neq̃ de sacramentis: sequitur q̃ sit de iure naturali.

S. Tho. 12
q. 108. ar
ti. pri.

Ex quo sequitur (vt infra dicemus) q̃ infideles iuncti in alijs gradibus (etiam prohibitis iure diuino veteri) benè contrahunt, eo q̃ illud ius non obligabat gentilem populum, qui non suscepit legem. Sed lege Euangelica omnes tenentur. Nec tamen in ea aliquid præceptum est vltra primum gradum, vt supra diximus. Sic do. Abulen.

Coroll.
Notan.

Nunc restat tractemus de prohibitionē iure positiuo facta. De quo sit prima conclusio.

Abulen.
p. regum.
c. 8. q. 63

De iure positiuo antiquo prohibiti erant coniungi matrimonialiter consanguinei, vsq̃ ad. 7. gradum 35. q. 5. c. Ad sedem, vbi expressè determinatur, q̃ intra. 7. gradum consanguinei nõ iungantur. Hic nõ opus est alia p̃batione, nisi forte p̃ opter studiosos rationem adducere quare tot prohibuerit gradus Ecclesia Cuius rationem. S. Tho. in 4. assignat, vt amor, et dilectio hominum inter se diffunderetur in lege noua, quę lex amoris dicitur Vnde Spiritu sancto inspirate suę Ecclesię d̃terminatum est, q̃ intra. 7. gradum sic consanguinei non iungerentur, eo q̃ cùm in consanguineos naturalis sit quędam amicitia: et etiam ad extra neos extenderetur coniunctione maritali, quę coniunctio maximè causa est dilectionis Et sic facta est prohibitio in illis t̃pibus vsq̃ ad. 7. gradum. Et rationabiliter vsq̃ ad. 7. et non vltra. Quia non maneret vltra memoria consanguinitatis. Non enim stipitis facile haberetur vltra memoria. Item id benè factum est, vt septiformis gratię Spiritus sancti congrueret, quę gratia tunc maximè manifestata est in lege noua.

1. conclusio

S. Tho. 2.
40. ar. 4

Ista lege reuocata solum vsq̃ ad 4. gradum in consanguinitate generaliter ad omnes fideles prohibitio extensa est. c. Non debet.

2. conclusio

debet. Extra de consang. & affi. vbi dicitur. Non debet reprehendi
 sibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quan-
 doq; varientur humana. Presertim cum vrgens necessitas, vel
 euidentis utilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex his que in vete-
 ri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Hęc in textu.
 In fine cuius determinatur, q; prohibitio vltra quartum gradū
 non extendatur, quoniam in vltioribus gradibus iam nō potest
 absq; graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obserua-
 ri. Quaternarius verō numerus benē congruit prohibitioni con-
 iugij corporalis. De quo dicit Apostolus, q; vir non habet potesta-
 tem sui corporis, sed mulier. Neq; mulier habet potestatem sui cor-
 poris, sed vir. Quia quatuor sunt humores in corpore, qui cōstāt
 ex quatuor elementis. Et sequitur. Cum ergo iam vsq; ad quartū
 gradum prohibitio coniugalis copule sit restricta, eam ita volu-
 mus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc
 dudum editis, vel ab alijs, vel a nobis, vti quis cōtra prohibitionē
 huiusmodi presumpserit copulari, nulla longinquitate deffenda-
 tur annuorum, cum diuturnitas temporum non diminuat peccatū
 Quare vsq; ad quartum gradum augeat. Hęc in textu. Quęlibet hęc ascribere: quia omnia val-
 q; ad. 4. de sunt notanda. Et quidem ratio huius restrictionis que in textu
 gradum re assignatur: bona est sub illis verbis. Quia homo ex quatuor humo-
 restrictio fa ribus constat. Nam vsq; ad quartum gradum homines consanguini-
 ta. nei cognoscunt, & amant se mutuo, & vsq; ad talem gradum vi-
 dentur aliquid simile portare ex parentibus, quod est causa ami-
 citie. Communiter enim filij imitantur parentes, & similes eis sunt
 in aliquo quatuor humorum, ex quibus homo componitur, que si-
 militudo paulatim diminuitur. Quare postq; excedit quartū gra-
 dū, iā penē nulla est. Et sic non maior habetur amicitia, & familia-
 ritas inter tales consanguineos. post quartum gradum, q; habeat
 ad extraneos. Propter qd cessauit ratio illa prohibitionis, vsq; ad
 7. & optimē ad quartum restricta est.

S. Tho. d. 4. Item (vt S. Tho. dicit) sanctē valdē restricta est illa probi-
 40. ar. 4. bitio. Periculosum enim valdē erat. Quia concupiscentia, & ne-
 gli.

Agligentia preualente numerosam consanguineorum multitudinē homines non obseruabant. Et sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotorum graduum prohibitiōe. Quare optimē facta est vsq̄ ad quartum gradum prohibitio. Quia vsq̄ ad quartam generationem homines solent viuere. Sicq̄ non poterit consanguinitas a memoria aboleri. Quod si vsq̄ ad. 7. esset: facile posset aboleri.

¶ Post istam legem prohibentem solū in vsq̄ ad quartū gradū ex speciali priuilegio cum omnibus istius noui orbis incolis concessum est in. 3. & 4. gradibus etiam matrimonialiter cōiūgi posse: ut patet ex expressa extrauaganti summi pontificis Pauli. 3. ex speciali priuilegio. Dixi. Ex speciali priuilegio. Nā nō existimo legem fore (ut aliqui opinantur) quandoquidem lex omnes ligat & omnibus vniuersaliter fauet. Tamen hęc dispensatio non ad omnes christicolos se extendit, sed solū ad istos neophitos huius noui orbis. Sequitur ergo manifestē esse priuilegium, & dispensationem quandam. Et hoc priuilegium tam in gradu consanguinitatis, q̄ affinitatis intelligitur.

¶ Sed anteq̄ vltra progrediar, propono per modum argumēti contra istam conclusionem, in qua diximus fuisse priuilegium istis concessum, ut in. 3. & 4. gradu possint iungi. Sequitur ergo si vnus distat in. 3. gradu a stipite, & alius in vno, vel in duobus, q̄ isti duo (inter istos neophitos) non possent matrimonio iungi, hoc autem est falsum, ergo & illud ex quo sequitur. Et probatur sequella ex expressa determinatione. Extra de consan. & affi. c. Quod dilectio, vbi sunt hęc verba. Si alicui data est indulgentia, q̄ in. 6. gradu possit contrahere, intelligitur si vterq̄ distet in. 6. gradu. Alioqui si vnus in. 6. & alter in. 5. dispensatio non tenet. Sequitur ergo in proposito, q̄ si hoc est priuilegium, & non lex, q̄ si vnus distet in. 2. a stipite, & alius in. 3. q̄ non poterunt isti duo contrahere, cū ad priuilegium requiratur q̄ vterq̄ eodem gradu distet, in quo sonat dispensatio. Argumētum vrget. Et patet esse expressam determinationem. Attamen, nos non id obseruari videmus,

demus,

p ū

3. conclu.

Priuilegi
um, Pau-
li tertij,

Dubiū, An
quando v-
nus p̄ duos
& alius p̄
tres distat
cōiūgi
possint

Argumē
tum.

demus, eo q̄ cū tales quando vnus in. 2. & alter in. 3. dicuntur distare in. 3. (vt dicemus) iudicamus posse iungi, quia in. 3. consan. A. guinei iungi possunt. Equidem si esset lex, verum esset. Si tamen est priuilegium, contrarium est determinatum in loco allegato.

Solutio,
Inno.

¶ Re ex mente iuris consultorum, q̄bus in hoc maxime credendum. Innocē. intelligit verum esse q̄ in argumento proponitur, et sic intelligendum vt textus disponit. Et probat. Quia priuilegiū contra ius cōmune (cū sit odiosum) strictē intelligendum est, sed priuilegium non sic odiosum debet latissimē interpretari. At, cū hoc priuilegium odiosum sit, debet strictē interpretari. Hęc Inno centius. Verū hęc opinio non placet Panor in eodem. ca. qui tenet contrarium, dicens Quomocunq̄ priuilegium sit, vel facta sit dispensatio q̄ quis in. 3. gradu possit ducere consanguineam, poterit ducere. Quod si alia ab stipite solum distet per vnum gradum, dum ipse distet per tres, tales in iure dicuntur distare in. 3. gradu. Et dicit contra Innocēti. q̄ licēt dispensatio sit stricti iuris, debet recipere interpretationem a iure cōmuni, ex quo loquitur in mā iuris. Facit. ca. Ad audientiam, de deci. Et ca. In. B. bis, de priui. Nam statuta (licēt sint odiosa) capiunt nibilominus interpretationē a iure, vt not. Inocen. in ca. Causā, de rescriptis.

Inno.
Bar.

Et bar. i. l. Omnes populi. ff. de iustitia, et iure. Q̄d autē hoc sit verū induco finem huius. ca. vbi Papa fundat se super consuetudine. Nam ex causē expressione colligitur mens disponentis, vt in ca. Intelligentia, de verborum sig. et. l. Cum pater, in §. dulcissimis. ff. de legi. Et p̄ Dig. in reg. fi. de re. iu. li. 6. Ex istis manifestē apparet solutio ad argumentum. Dato quidem hoc sit priuilegium, qui a stipite distat in. 3. gradu, poterit ducere consanguineam, que distat a primo, eo q̄ secundum ius isti tales in. 3. gradu dicuntur distare. Et quidem ca. solum fundat se in consuetudine. Quia talis erat consuetudo, vt semper priuilegium, seu dispensatio intelligeretur, quando vterq̄ eodem gradu distabat a stipite.

Nota.

¶ Ob q̄d ē notādum q̄ do. Panor ibidem notat, consuetudinē tantum valere, vt per sonas babilis ad matrimonium reddatur iuba.

A inhabiles. Notandum (inquam) propter illa que nos dicturi sumus quando de matrimonio infidelium differemus. Hanc sententiam Panor. tenent Ioa. cal. quod computatio in iure intelligatur secundum illum qui magis distat. Expressum est in ca. fi. eodem titulo Potest etiam hec solutio confirmari, eo quod dispensatio facta in materia matrimoniali debet large intelligi in fauorem matrimonij, sicut notat Abba in ca. Non debet, de consan. et affini. Et felinus, in ca. Postulasti, de rescriptis. Et Guillelmus de montelaudigno in suo sacramentali ad finem, quod quando dispensatio est facta super impedimento affinitatis, extendit ad impedimentum publice honestatis, licet de eo non fuerit facta mentio. Sic tenendum quidquid dicat Ioa. An. in Arbore affi. de quo vide Hieronymum curiel in matrimonio regis Anglię, dubio. 3. p. 2. argumento. 7.

Ioa. Cal

Abbas.
Felinus.
Guillel.Ioa. An.
Hieroni.

¶ Dubitatur. 2. circa hoc. Vtrum illi qui iuncti erant in 3. vel 4. gradu ante dispensationem, iam facta dispensatione necessario matrimonij teneat, ita vt non possint separari. Item. Dato facta sit dispensatio, sed ipsi ignorant impedimentum. Vtrum quoties nouerint, possint separari ad libitum. Hoc dubium potest aliquos decipere, nisi aduertant.

2. dubium

¶ Pro solutione notandum primo, quod summus Pöifex, aut concilium generale totam Ecclesiam representans, non potest aliquod sacramentum instituere de nouo. Quia a Christo omnia instituta sunt. Nec hanc potestatem que est excelentię reliquit Ecclesie sue licet potuisset. Et ob id non potest facere quod non est baptismus sit baptismus, et quod non est confirmatio, sit confirmatio. Et sic de alijs. De quo in. 4. sen quando de sacramentis in genere disputabimus in nostris resolutionibus.

Nō potest
Ecclesia
nouum sa
cramentū,
instituere
licet Cbris
tus potuit
communi
care illiboc
S. Tho. 3.
p. 1. 64.
ar. 4. con
trarium.
Seco. in. 4
d. p. 3. et
alijs.

¶ 2. Notandum, quod licet hoc ita verum sit, tamen Ecclesia potest circa sacramenta multa precipere, et prohibere, et sacramentalia quedam addere, et alia tollere. Item et circa personas que debent recipere ipsa sacramenta. Itaque et potest declarare has personas legitimas ad tale sacramentum suscipiendum, et alias non esse idoneas, maximē in matrimonio, quia contractus est per

tinens

p ij

tinens ad conuictum humanum. A

1. conclu. ¶ Coniuncti in 3. vel 4. gradu, ante dispensationem factam (dummodo fuerit tempore fidelitatis ipsa coniunctio) non sunt veré coniuges, & vno, vel altero volente recedere celebrabitur

Ratio, p. diuortium. Probat. Quando tales iuncti fuerunt, non fuit verū matrimonium, quia persone illegitime erant, ergo nō poterit esse adueniente dispensatione, nisi ipsi voluerint de nouo contrahere. Patet. Quia constitutiones matrimonij ad preterita non retrahuntur. 13. d. c. Ante triennium. Et 35. q. 3. de incestis. Et de consan. & affini. c. Nō debet, vbi dicitur. De cetero liberé copulētur.

R. ratio. ¶ Idem patet ex notabilibus. Summus Pontifex Paulus. 3. per dispensationem in 3. & 4. gradu non facit matrimonium, quod

S. Tho. d. non erat matrimonium, cum non possit, sed solum manifestat per

40. ar. 4. sonas legitimas ad contrahendum consanguineos in 3. & 4. gra. Ricardus. du. Sequitur ergo q. etiam facta dispensatione, quocunq. peten-

d. 40. q. 6 te diuortium celebrabitur. Sic glō. in allegato c. Non debet. Hac **R.**
Celais. d. etiam sententia est docto. Sancti in loco allegato, & Ricardi, &
eadē. q. p. Celaya.

2. conclu. ¶ Etiam si facta dispensatione qui contraxerunt in 3. & 4. gradu se simul tractauerint vt vxor, & vir, eodem modo sicut antē, siue scientes, siue ignorantes impedimentum, si non affuit nouus consensus (saltem interior) nullo modo est quantum ad Deū matrimonium. Probat. Primo. Si sciuerint impedimentum preteritum, & iam nullum esse. A principio non fuit matrimonium, ergo nec modo, per cohabitationem, neq. per copulam. Quia ad hoc q. sit verum matrimonium requiritur mutus

Ratio, p. consensus expressus inter personas legitimas, sed iste non est, quia

Supra. ar. omnia de a principio quando fuit, non valuit, cum persone fuerunt illegiti-

2. & per consensus. me. Nec est consensus, sed solum cohabitatio, & copula, ista autē
1. 4. sen. non sufficiunt ad matrimonium (vt nos superius late probauimus)
d. 26. & Et patet extra de restitu. spolia. c. Ex parte.

27. ¶ Si ista cohabitatio mutua, sufficeret sine nouo consensu, se-
2. ratio. quereatur q. sola ipsa, & accessus carnalis facerent matrimonium
Patet

A Patet. Quia consensus non retro trahitur, vt patet ex c. allegatis proximè, ergo perindè est, ac si non præcessisset. Ex hoc patet. Quia si ignorat impedimentum, a fortiori matrimonium non validatur per solam cohabitationem mutuam. Dixi. Si non adsit nouus consensus, saltem interior. Nam quando verba expressè præcesserunt, sufficit nouus consensus interior, vt probauimus supra ar. 3. Dixi. Quatum ad Deum. Quoad Ecclesiam verò erit presump- tum matrimonium in illo qui sciuit a principio interfuisse im- pedimentum. Et cum iam nullum sit, manet eodem modo sicut an- tè. Quia Ecclesia presumat eum non velle peccare. Expressè hoc determinatum in c. Ad id, de sponsa. Et pro clariori intelligètia sit 3. conclusio.

Inter illos q. cõtraxerunt in gradu prohibito post dispensa- tionem factam: si interueniat nouus consensus interior, ipsi scien- tibus, vel ignorantibus impedimentum præteritum, verum est ma- trimonium, vbi expressio consensus præcessit antè, quando nõ va- luit matrimonium. Quia ad hoc q. matrimonium valeat, sufficit cõ- sensus expressus inter legitimas personas, sed sic est quando dis- pensatio facta est: quòd interuenit consensus, et expressio est an- tè, et persone sunt legitime, ergo verum erit matrimonium. Dixi. Siue sciant impedimentum siue non. Nam quomocunq. inter- ueniat de nouo consensus, sicut solet sepius contingere, quando homines reflectunt se supra se, tunc solent de nouo se obligare, ille est consensus sufficiens, et iam persone sunt legitime, licet a prin- cipio nõ fuerunt, ergo verum est matrimonium. Quia si non esset verum matrimonium, maximè: quia non est consensus expressus sed hoc non obstat, cum iam expressio a principio facta fuit, er- go est verum matrimonium: siue sciant impedimentum, siue igno- rent. Illud enim non obstat quominus sit.

Dixi. Dum modo præcesserit expressio consensus, quia si non præcessisset (vt nos i principio quando de consensu probauimus) non esset verum matrimonium per sclum consensum interiore. ^{Sup. ar. 3.} Ita q. illis qui expressè contraxerunt cum impedimento, ob q. tuc licet

matrimonium non tenuit, damus quòd per solum interiore con-
sensum de nouo contrabant cū illa, cum qua expressum habuerunt
et si tunc non valuit. Quod tamen non concedimus in illis, qui nun-

Ricar. d. q̄ habuerunt talem expressionem consensus. Sententiam hanc ex
27. c. d. pressè tenet Ricardus, et multi alij, quos nos supra recitauimus.
40. q. 6. Sic ob fauorem matrimonij affirmat glo. in c. Non debet, supra.
Panor. allegato, quam approbat Panor. ibidem.

4. conclusio. ¶ Si postq̄ duo coniuncti sunt matrimonialiter in gradu pro-
hibito, ante nouum consensum: alter eorum, vel vterq̄ transferit
ad aliud matrimonium: secundum est validum, etiamsi antè fue-
rit facta dispensatio, et ablatum fuerit primum impedimentum
Hec conclusio est tam manifesta ex supra dictis: vt probatione
nō egeat. Eo enim q̄ primum nullo modo tenuit, si non adsit no-
uus consensus, consequens est q̄ secundum sit ratum, et verū ma-
trimonium. Alioqui si secundum non teneret: esset: quia primum
fuit validum, sed non valuit, vt supra probauimus, quia nō erāt
personę legitime, neq̄ post valuit, quia nō fuit cōsensus. ¶ Hęc cō-
clusiones mente tenendę sunt. passim quidem inueniet quilibet ca-
sum contingere, neq̄ facile poterit minister expedire, nisi perpe-
derit primum non valuisse, nec sufficere dispensationem factam
nisi post dispensationē nouus interuenerit consensus. Huic senten-

Ricar. d. tē adherent q̄ doctissimi veri, tam ex nostris Theologis, q̄ ex
40. q. 6. iuris doctoribus.

PARTICVLVS. 44.

De computatione graduum.



1. conclusio.

Vomodo gradus sint computandi in consanguini-
tate, quatuor conclusionibus declaratur. Qua-
rum prima est.

¶ Computatio graduum secundum ius cano-
nicum sic est: vt tot sint gradus cōsanguinitatis,
quot personę descendentes a stipite, vna dempta: ita q̄ si perso-
nę

A ne sūt quatuor cum ipso patre a quo trahitur origo, gradus erūt tres. Probatur. Gradus in consanguinitate ex co atre dicitur: quōd Ratio. vnus est ab alio, ergo tot erunt gradus: quot sunt isti respectus vnus ad alium, sed inter quatuor personas solū sūt tres respectus, et inter tres personas solū duo respectus, ergo similiter et gradus erunt. Capiō patrem. Certū est q̄ pater secundū se gradum non constituit, nisi in ordine ad illum qui ab ipso descendit. Ergo ipse cum filio qui ab ipso primum constituit gradum, & ipse filius in ordine ad illum qui ab ipso alium gradum, iā duo sunt gradus, & tres sunt persone. Et sic consequenter in alijs. Sequitur ergo veritas cōclusionis. Vnde, si vellis in aperto cognoscere quot sunt gradus consanguinitatis, numerā personas omnes vsq̄ ad cōmunem parentem, & quot sunt persone (vna dēpta) tot sunt gradus consanguinitatis. Nec potest esse aliqua deceptio, in qua omnes conueniunt computando gradus, secundum ordinem ascendētium, vel descendētium, quando vnus ab alio. Sed tamen in linea collateralī in qua non vnus ab alio, sed vter q̄ ab vno stipite descendit: est aliquālis difficultas in compoto. Aliter enim secundum canones, & aliter secundum leges. De quo sit. 2. conclusio.

B ¶ In linea transuersali tali gradu duo distant inter se, quanto distant a communi parēte proximo. Probatur. Filij duorum fratrum sunt consanguinei, neq̄ vnus est ab alio, sed tamen vter q̄ ē ab vno, quia. s. a patre suorum patrum: s. ab Auo habent vter q̄ principium. Tales duo erant consanguinei in gradu illo in quo distant a parente proximo, sed ab ipso distant duobus gradibus. s. a communi Auo vtriusq̄, ergo ipsi filij duorum fratrum eodem gradu distabunt inter se. Nam conueniunt in illo communi parēte, & vnus ad alium distantia solū penes distantiam ad illum communem parentem iudicanda est. Et hoc in equaliter distantibus. Sed d̄ in equaliter distantibus sit tertia cōclusio.

¶ In linea collateralī in equaliter distantes a communi parēte tali gradu distabunt inter se, quanto illi qui magis distāt a communi parente. V. g. Capiō filium filij sororis, & me ipsum. Si vo-

lo cognoscere quo gradu distem ab illo, iam videbo quo gradu ipse distat a communi parente. Et sic est q̄ a parente proprio, qui erat filius sororis meæ distat vno gradu, & a sorore per duos, q̄ erat Auia sua, & a patre Auic̄ suæ, qui est Auus meus, & proauus suus, per tres gradus distat, & ego disto a patre meo per vnū & ab Auo meo, qui erat suus. Proauus per duos, ille distat p̄ tres a communi parente, ego per duos, nos distamus trib⁹ gradibus cō sanguinitatis. Et hoc probatur expressē. Inter me, & filium filij sororis meę non est alia propinquitas, nisi in ordine ad communem patrem, a quo vterq̄ descendimus, ergo non potest inter nos maior esse propinquitas, q̄ sit in ordine ad illum parentem, sed alter distat per tres gradus ab illo cōmuni parente, ergo & vterq̄ inter se est neceße talem habere distantiam, & non maiore propinquitatem. Alioquin non consideraretur propinquitas in consanguinitate ratione illius cōmunis parentis. Eadem ratione si vnus distet per quinq̄ gradus, & alius solū vno, isti duo dicuntur in se quinq̄ gradibus cōsanguinitatis aproximare, vel distare. Quia non est distantia, neq̄ propinquitas nisi in ordine ad illum a quo proximē procedunt. Et sic non potest esse maior propinquitas, q̄ sit illius qui magis accedit: vt si Petrus iunctus esset Ioanni, & Martinus distaret ab illo eodem Ioanne per duas leucas, certū est q̄ Petrus a Martino distaret secundum illam distantiam, secundum quam distat a Ioanne ipse Martinus, dato Petrus sit Ioanni propinquans. Itaq̄ in eis non oportet aliud cautius attendere, q̄ deuenire ad parentem communem proximum. Quo vento: videre oportet quot sunt personę descendentes, vsq̄ ad illam de qua querimus, & dempta vna, tot gradus erunt. Et sic videre ex alia parte quot sunt similiter gradus, & si equalis distantia sit, tot gradus erunt, quot sunt vsq̄ ad proximum parentem. Quod si fuerint gradus inæquales inter ipsos collaterales, erit tanta distantia inter eos, quanta est illius qui magis distat.

4. conclu ¶ Secundum ius ciuile gradus tot sunt, quot sunt personę ipse descendentes ex vtraq̄ parte: vt duo fratres sunt in secundo gradu,

A gradu, cum tamen (secundum canones, & iam dicta) sint in primo, & filij duorum fratrum sunt in quarto gradu secundum leges, cum (secundum canones) sint in secundo gradu, & sic consequenter ita, q̄ duplicantur gradus ad ius canonicum, secundum ius civile: vt qui sunt in secundo gradu secundum ius canonicum, secundum ius civile dicatur esse in quarto gradu. Ratio diuersitatis ē Ratio. Quia leges attendunt discessum a communi patre ex vtraq̄ parte. Sed rationabilior est cōputatio canonum. Nam non est bene intelligibile q̄ detur secundus gradus sine primo, vel quartus sine tertio, sed secundum leges ita est q̄ primus gradus non datur, neq̄ 3. sed. 2. & 4. & 6. Veruntamen modus computandi legum non caret ratione, cum respectum habeant ad successionem hereditatis vnus post alium. Et ob id talem seruat in gradibus cōputationem.

¶ Cetera alia que ad consanguinitatem spectant, in gradibus prohibitis in iure nature stando i psis infidelibus spectanda sunt in secunda parte, in qua (Deo duce) de matrimonio infidelium disputabimus, & de gradibus consanguinitatis prohibitis iure nature, & iure diuino, latissimē.

ARTICVLVS. 45.

Vtrum summus Pontifex valeat dispensare in omnibus gradibus consanguinitatis.



Vāq̄ in. 2. parte de hac dispēsatione simus differuri latē, pro nunc nō erit ab re aliqua prelibare. Pro quo sit conclusio.

¶ Papa in omnibus gradibus prohibitis iure I. conclus. osiriuo humano dispensare potest, non tamen in prohibitis iure naturali, vel iure diuino Evangelico. Hęc conclusio patet. Quia ille solum potest in lege dispensare, cui legem Ratio. condidit. At summus Pontifex legem condidit de gradibus consanguini, quia olim de. 7. nunc de. 4. (vt supra dictum est) ergo et poterit

terit dispensare. Hac etiam ratione probatur. 2. pars à cōtrario **A**
 sensu. Sed ipse de gradibus prohibitis iure naturali, vel iure diu
 no nihil condidit, ergo in eis non poterit dispensare. Qui autem
 sup. a. 43. sint isti: iam nos diximus supra, et infra in .2. parte latius dispu
 tabimus.

Dubii op **D**ubitat. 2. Vtrum si Papa sine causa rationabili, sed so
 tinum. lum ad libitum, modo probiberet vsq̄ ad .8. vel nonum, vel deci
 mum gradum, et aliqui iungerentur: esset matrimonium.

Dillutio. **A**d hoc dubium (quicquid dicat quidam grauiſſimus, &
 doctissimus vir) dicendū, q̄ quomocunq̄ Papa probiberet. 5. 6.
 vel. 7. vel. 8. gradū, dū tamē in alijs gradibus posset matrimonia
 liter coniungi, verē teneret prohibitio, et qui contra legem iunge
 rentur, non essent veri coniugati. Summus enim Pontifex potest
 circa personas ad matrimonium aptas illegitimas efficiendo,
 vel legitimas declarando, cum primò, vsq̄ ad. 7. gradū esset pro
 hibitio, et modo vsq̄ ad. 4. solū m. Sequitur ergo q̄ cum hanc po
 teſtatem fateamur ei concessam, q̄ etiam si in gradu vltiori id **B**
 faciat, tenebit factum, licet ipse forte peccet. Probatur a simili.

Simile. Nam sicut plurima alia approbamus: ab eo facta, quia potesta
 tem habet, licet ipse malefaciat: vt si dispenset solū pro libito
 in iure positiuo, concedimus factum tenere, licet ipse absq̄ causa
 faciendo peccet. Quare ergo a simili non concedimus in matrimo
 nio, quando quidem eum concedimus habere potestatem prohiben
 di nonnullas personas, et illegitimandi? Ego nescio quo iure: si po
 tuit vsq̄ ad. 7. gradum olim, modo non possit, si velit, etiam vsq̄
 ad vndecimū, sic q̄, sicut ille qui intra septimum cōtraherat, tūc
 non verē contraherat, quia erat illegitima p̄sona, sic et qui post
 vndecimum prohibitum, si intra ipsum contraheretur. Primum
 autem neceſse est concedant omnes, ergo et. 2. Dixi tamen in con
 clusione. Dum modo possit matrimonium celebrari cum alijs. Quia
 tot gradus prohibere posset, vt sic non manerent persone aliquę
 legitime ad matrimonium: nullatenus teneret prohibitio. Quia
 non habet ad hoc facultatem, nec potest ipse destruere, et impedi

Nota.

re quod Deus ordinauit, et ad quod natura inclinat. At cum Deus *Gene. 28.*
 A matrimonium instituerit, et ad id natura inclinat, sequitur quod sum- *Matth. 19.*
 mus Pontifex non potest id in vniuersum impedire, impediret ta- *Sup. ar. p.*
 men si nullę personę manerent legitime ad matrimonium. Et sic
 pbabiliter credo verum esse: cū qualęcunq; gradū pbibere posse,
 licet malefaceret: prohibito probibendo. Si tamen matrimonium
 aliās posset celebrari cum alijs, oporteret talem tenere, et obser-
 uare prohibitionem. Et si qui contra ipsam iungerentur, non esēt
 veri coniuges.

ARTICVLVS 46.

De impedimento affinitatis.



Ost impedimentum cōsanguinitatis sequitur af-
 finitatis Cuius diffinitio communiter assignat
 a doctoribus hoc mō. Affinitas est attinentia, vel

*Affinitas
diffinitur.*

propinquitas personarum ex carnali copula p-
 ueniens, omni carens parentella. Diffinitionis
 huius veritas sic declaratur. Ex carnali quidē
 copula fit quedam propinquitas, quę vocatur affinitas, carēs pa-
 rentella. Quia si parentella esset, iam tunc consanguinitas esset, et
 non affinitas.

At verō vt clarius procedamus: oportet primo notare, qd *1. nota.*
 in affinitate gradus sunt: sicut in consanguinitate. Et sic eodē mo-
 do computari debent. Nam illo eodem gradu sum affinis illi, cui
 habuit consanguineus meus accessum, quo gradu ei: sum consan-
 guineus: ita qd si sum ei in secundo gradu consanguineus, ero vxor
 suę, vel illi cui ipse copulatus est affinis in secundo gradu.

Est etiam notandū, gradus affinitatis aliquos esse de iure. *2. nota.*
 naturali, alios de iure positiuo diuino, alios de iure humano.

Et pro fundamēto principali oportet prius querere. Vtrū
 affinitas verē sit vinculum naturale, sicut et consanguinitas.
 Pro quo sit prima conclusio.

¶ Affi:

1. conelu. ¶ Affinitas ita est quodam naturale vinculum, sicut & consanguinitas, causatum ex coniunctione ordinata ad carnis propagationem. Probatur ex Aristo. Super communicationem naturalē fūdatur amicitia naturalis. Quę communicatio naturalis fit duobus modis. Vno modo secundum carnis propagationem, secundum quam vnus est ab alio, vel ambo ab vno tertio. Alio modo causatur per coniunctionem ordinatam ad carnis propagationem, quę coniunctio est per matrimonium, vel per carnalē copulam. Propter quod Aristo. ibidē dicit, q̄ amicitia viri ad vxorem est naturalis, eo q̄ sit quędam communicatio naturalis inter ipsos, ex qua naturaliter sequi necesse est talē amicitia. Et ob hoc sicut per propagationem carnis causatur quędā naturalis amicitia, & quodam vinculum naturale, quod consanguinitas dicitur: ita per carnalem copulam, vel coniunctionem ad hoc ordinatam (vt est matrimonium) causatur vinculum quodā naturalis amicitie, quod affinitas dicitur, quo homo equaliter se habet ad cōsanguineos vxoris, sicut ad suos, eo modo quo vxor est vnum corpus cum viro. At, quia non est simpliciter vnum cum viro, sed quasi ab extrinseco: ideo quicumq̄ attinet viro, attinet vxori, non autē in eodē genere attinentię, sed attinet viro cōsanguinei vinculo cōsanguinitatis, & ipsi vxori vinculo affinitatis. Et q̄ sit hoc vinculum naturale, expressē. 3 s. q. 1. c. c. Fraternalitatis. De quo infra.
2. conelu. ¶ Ista naturalis amicitia, quę affinitas dicitur, licet ex omni copula carnali, quę est cum commixtione seminum oriatur, maxime tamen causatur ex matrimoniali coniunctione. Probatur q̄ causetur ex omni copula etiam illicita, & fornicaria. Sic Paul. Qui adheret meretrici, vnum corpus fit cum ea. Sequitur ergo q̄ quāuis sit per copulam illicitam, nichilominus est illud naturale vinculum. Idem patet. 3 s. q. 1. Nec eam. Extra de eo qui cognoscit vxorem. sue. c. Discretionis. Et c. Tuę fraternalitatis. Hoc dēs doctores affirmant. Ex eo enim q̄ sit verē coniunctio talis ad propagationem, naturaliter huiusmodi causatur vinculum. Hęc conclusio est contra Corras. li. 1. miscel. c. 3. qui ait. Ex cōcubinato affini
- Aristo. 8. Eibi. c. 12. S. Tho. le ctio. 12. su p. 8. Eibi, Aristo. 8. Eibi. c. 12. Math. 19. Contra. Coras. li. bro. p. mis ce. c. 3. 1. corin. 6

Affinitatem non oriri, quæ sit impedimentum ad matrimonium. Quia concubinatus lege permissus est. Sed valde deceptus est hic doctor. Nam coitus conjugalis est licitus, et tamen oritur affinitas ex eo. Et dato concubinatus lege civili sit permissus, illicitus tamen est. Dixi in conclusione. Dummodo sit seminum commixtio. Nam si vir extra seminat, nisi a femina recipiatur, non contrahitur affinitas, cum non facta fuerit carnis vnitas, quæ fundamentum est talis vinculi naturalis. Ita expresse determinatum. 35. q. 3. c. Extra ordinariam. Et de eo qui cog. conf. vxo. suæ. c. Fraternitatis. Sic communiter intelligunt doctores. Vide Ferdinandum Loazes in tractatu de matrimonio, dubio. 1. et dubio. 15. Laté Couarru. in epitome.

Ferdin.
Loazes.
Couarru.

¶ Probatur vltima pars conclusionis, quæ maxime causetur ex copula maritali. Nam hoc vinculum fundatur in amicitia quædam naturali, qua amamus coniunctos nostris consanguineis, sicut ipsos consanguineos, sed hoc maxime apparet in matrimonio. Immo et sunt nomina imposita ad id, ut socer, gener, mi cuiusdam, cuiusdam. Et apud istos neophitos etiam tempore infidelitatis id ipsum reperitur. Tamen in coniunctione fornicaria (licet sit vinculum naturale) non est ita naturalis amicitia. Immo ex tali copula potius generantur odia, rixæ, contentiones, disensiones. Nec sunt nomina imposita ipsis affinibus ad declarandam aliquam amicitiam.

¶ Ex quo probabiliter dici posset, discrimen esse inter coniunctionem maritalem, et fornicariam, quæ in maritali est quodam vinculum naturale, seclusa omni lege positiva, quod vinculum se ex inter tendit ad certos gradus, sicut et de consanguinitate supra dictum est, in quibus eodem modo oportet iudicare, sicut in consanguinitate. Vnde Papi. in eis potest dispensare, sicut et in gradibus consanguinitatis dictum est. Tamen quæ per coniunctionem fornicariam hoc vinculum naturale non extendatur ultra illam personam cum qua facta est coniunctio. Non (inquam) deriuatur ad consanguineos talis affinitas, ex tali illicito concubitu proueniens. Hoc solam est stando in lege naturali, seclusa omni lege positiva, eo quod non videtur.

Nota dif-
ferentiam
tracta ex
illicita co-
pula, et ex
licita.

videtur esse naturalis amicitia inter consanguineos mulieris, et viri, qui copula fornicaria iunctus est mulieri. Immo potius sunt inimicitie. Quaré tales gradus per copulam illicitam causatos possemus dicere esse solúm ex iure positiuo meré, et sic Papá posse in illis ad libitum dispensare. Et pro hoc videtur facere text. Deus qui. Extra de diuortijs, vbi prohibet Papa nequis ducat illá quam frater tempore infidelitatis duxit vxorem. Quod non dicit de cöcubina fratris. ¶ Lectoré obsecro vt aduertat ad bec. Nā ex istis poterit vnum dubium graue vsq; ad ista tempora de-

Dubium, sideratum in proprijs terminis exacté diffinire. ¶ Si quis in ter istos tempore infidelitatis cognouerit vnám, et post baptizatus duxerit sororem, vel consanguineá in .2. gradu illius quã cognouit tempore infidelitatis. An poterit retinere, vel sint tales separandi. Legant diligenter Theologos Scholasticos. Legant et iuris peritos, in quibus non inuenient aperté dubium elucidatum, neq; poterit solui, nisi prius ob oculos habeamus: nunquid hoc vinculum affinitatis sit naturale, vel solúm sit ex iure positiuo? Quia si ex iure positiuo sit, clarum est tale matrimonium non debere dissolui. Si ex naturali iure ortum habet: sicut consanguinitatis, quomodo poterit stare matrimonium?

¶ Item oportet considerare: si eodem modo nascitur hoc vinculum per matrimonium, et per fornicariam copulam. Et tunc querere de tali infideli, si fuit vxor eius illa cum q̄ habuit accessu vel non. Quod dubium proximé iam enodabitur plené.

Obiectio. ¶ Cötra illud quã dictũ est, q; sit ad affinitatē necessaria semina cömixtio videtur expressus textus. Extra de spösa. c. iuuenis vbi dicitur, q; cum quidam contraxit sponsalia cum puella, et n̄ sus corrupere eam, non potuit, et postea ille iuuenis duxit in matrimonium consanguineá illius puellę. De quo cöconsultus Papa: determinauit, hoc matrimoniũ .2. esse dissoluendũ. Ex isto sic arguitur contra conclusionē. Hoc matrimonium .2. est dissolutum, et non nisi per affinitatem contractam cum puella, cum qua nō fuit seminum cömixtio, ergo sequitur q; non est necessaria.

A ¶ **R** dupliciter. Primo vt respondet quidam doctor, q̄ presu-
 ponitur in illo. ca. q̄ iuuenis ingressus fuerit claustra virginalia,
 et seminauerit. Qui concubitus de se erat sufficiens ad comixtio-
 nem seminum. Immo non oportet ad conceptionem q̄ puella se-
 minet. Hęc ille. Fateor q̄ sufficiens est solutio. Et sic nihil contra
 conclusionem. Nam ex quo sententia summi Pontificis fundatur
 q̄ fuerit seminatio, ex hoc precepit matrimonium postea con-
 tractum cum consanguinea illius quam cognouit esse dissoluendū.

1. Solutio
 Aris. 1. de
 gene. ani-
 mali. c. 2.
 et. 2. d. ge.
 animal. c
 4. dicit, q̄
 nõ requiri-
 tur q̄ mu-
 lier actiue
 agat. Et S
 Tho. 3. p.
 q. 32. ar.
 4. Contra
 docto, sub
 in. 3. sen.
 d. 4. q. 1.
 et alios.

¶ Sed tamen quia fortē aliquis acutius preponderans verba
 textus instabit dicens, q̄ ibi sit expressum iuuenem attentasse con-
 summare, et nõ potuisse, potest. 2. dici ad argumētū, ibi impedimē-
 tum ortum fuisse cum secunda non propter affinitatem, quia
 nulla fortē fuit causata, quandoquidem non fuit seminis emissio
 sed fuit ortum impedimentum publicę honestatis ex hoc q̄ ille iu-
 uenis illam puellam post septēnium sibi sponsauerat. Quod impe-
 dit contrahendum, et dirimit contractum. Sic intelligit textum

Palud. d.
 40. q. p.

B Pañor ibidem. Idem affirmat do. de Palude, et addit, q̄ ibi fuit
 impedimentum ortum ratione certa, propter sponsalia que post
 septēnium ille approbavit. Vel quia maritali affectu attentauit.
 Nam attentatio que fieret maritali affectu, maximē cum illa cū
 qua posset matrimonium contrahi, causaret affinitatem ratione
 dubij. Vnde si constaret de copula carnali, non esset credendum,
 nisi in foro conscientie q̄ non esset seminis receptio. Quarē si in
 illo foro cōstet nõ fuisse seminis receptionē, neq̄ attentationē fa-
 ctā maritali affectu, nullū vinculū contractum esset. Hęc de Palu.

Aris. 2. de
 ge. anima-
 li. c. 19. et
 Plato. Et
 Auicē. p. c.
 de mēbris-
 Idem com-
 mē. 5. m e
 thaphi. c. p
 Et. S. Tho.
 12. q. 81. a

¶ Et ultimo circa ista nota non esse sic necessariam seminur-
 comixtionem, q̄ si fœmina non seminet, non insurgat tale impedi-
 mētum (quicquid dicat Archidi. super c. Extra ordinariam. 35
 q. 3. et Hug. lau. vicem, et Innocen. quod requiritur fœminæ semi-
 natio, et q̄ comisceatur semini viri.) Quando semen mulieris nõ
 est necessarium ad prolis generationem. Alioqui virgo Maria
 nõ diceretur mater Christi. Sed sufficit q̄ ipsa fœmina ministrat
 materiam, que disponatur ad fetum ratione seminis viri. Immo

dicunt

Florenti. dicunt aliqui q̄ sine carnali copula potest causari, si sit receptio seminis. De quo, S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 11. A

Corolla. ¶ Ex hoc etiam habes q̄, si vir intrans claustra seminat extra vas, q̄ non oritur impedimentum affinitatis, nec oritur ex cōcubitu sp̄adonis, quia non emittit semen.

ARTICVLVS 47.

In quo declaratur quo iure affinitatis gradus sint prohibiti.



Am restat diffiniendum quo iure gradus affinitatis sint prohibiti. Et quot. Ad quod respondendum erit eodem modo sicut supra diximus de cōsanguinitate, distinguendo iura. scilicet ius nature, ius diuinum positium vetus, et Euangelicum, et ius pure humanum. Et sit prima conclusio.

p. conclu. ¶ Stando solum in iure nature, si aliquis affinitatis gradus est prohibitus, in quo non licet alicui matrimonium contrahere, solum est filij cum nouerca. Quia si aliquis est gradus prohibitus, maxime ille qui rationi naturali bene institute repugnat, sed sic videtur

p. Ratio. Math. 10. repugnare quod aliquis in uxorem capiat illam, cum qua pater una caro facta est.

2. Ratio. ¶ 2. De iure nature debetur debita reuerentia uxori patris et obedientia, ergo maxime secundum tale ius repugnat illa ducere in uxorem, quia ipsa deberet prestare obedientiam ipsi filio viri sui, cum uxor teneatur naturaliter vni o. suo obedire. Hanc sententiam videtur S. Tho. approbasse ex illo Pauli. 1. Corin. 5.

S. Tho. 1. q. 5. sec. 1. ¶ Auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes, quod quis acceperit uxorem patris, Ac si vellit. B. Paulus dicere. Tam enorme factum esse, ut sic iuri naturali repugnet, quandoquidem gentes id obseruant, que nullam aliam habent legem. Satis probabile est hoc, maxime ex obseruantia quam habent in prouincia Mexicana, quod vitio detur si quis uxorem patris, seu nouercam ducat in uxorem.

A vxorē post mortem patris. Sic Viruesius episcopus Canariensis Viruesius in illo suo opusculo pulchro de matrimonio regis Anglię, in episcopus probatione. 6. Hipotesis tenet, iure naturę prohibitum nouercam habere in vxorem.

¶ Dixi in conclusione. Qđ si aliquis gradus est prohibitus, est iste, tanqđ dubitatiuē loquens. Et sic est. Quia dubium est: vtrum iste gradus sit iure naturę p̄hibitus. Et p̄babile est qđ nō, non obstantibus supra dictis. Ratio est. Nam si hoc esset naturale, idem esset apud omnes, sed non est idem apud omnes: cū talis consuetudo non seruetur apud omnes gentes, ergo videtur id non esse naturale. Hoc probatur experimento. In ista prouincia Michuacanensi nunqđ tempore suę infidelitatis id obseruatum est, vt certo intellixi ab ipsis, qui antiquitus erant sacerdotes celebrantes matrimonium. Verum est tamen, qđ si viuente patre filius accedebat ad nouercam, occidebatur, post mortem autē patris ca-
 B piebat in vxorem, siue fuisset vera vxor patris, siue concubina. nouerca
 Credibile ergo est: non esse talem gradum affinitatis iure naturę contrabe-
 prohibitum. Alias, quomodo in istis duabus prouincijs quę confi-
 nes sunt: non idem seruatur? Immo (vt Plutarchus refert) apud ci-
 uiles homines gentiles fuit consuetum quod filius nouercam du-
 ceret in vxorem. Et Valerius Maximus etiam id narrat. Et B
 P. Augustinus super Leuiticum. q. 16. affirmat non esse de iure
 nature Quare omnino hoc remanet dubium: vtrum sit talis gra-
 dus affinitatis prohibitus iure naturę, et remanet certum qđ si
 aliquis est prohibitus: iste maximē. Et do. Abu. absolutē dicit non
 esse de iure naturali, sed de positiuo. Vnde Papa fcsset dispensa-
 re, licet non expediat. Idem Caie.

¶ Nec hoc contrariatur illi sententię superius allatę, qđ affini-
 tas sit de iure naturę, siquidem potest, esse ipsam affinitatem natu-
 ralem esse, tamen qđ nullus gradus talis affinitatis sit prohibitus,
 sed liceat in omni gradu contrahere Exemplum est in manifesto.
 Nam consanguinitas inter filios duorum fratrum naturalis est
 tamen non est apud gentiles prohibitum in tali gradu contrahere.

Michua-
canen. cū
nouerca
contrabe-
bant.
Plu' arch.
Valerius.
Augu. su
p Leuiticū
q. 16.
Abulen. p.
Regum ..
8 q. 152.
Caie. 22. q
154. ar. 9

re. Immo consanguinitas in istis infidelibus est vinculum natura. Ale amicitie, sic, vt vix ad alios haberent amicitiam, nec alicui subuenirent: nisi coniunctis sanguine. Experientia didici, & n. odó post baptismum perseuerat in eis, vt illos intimé diligant, qui sunt eiusdem sanguinis, tamen inter eos non erat prohibitum matrimonium, ergo ista duo non sunt contraria, et q. affinitas sit quodá vinculum naturale, & q. in nullo gradu de lege nature sit p. b. b. itum contrabere matrimonium.

Solutio
Pauli au-
boritatem

Tarantasia
Sedulius.

2. cor. 7.

Roffen.

2. conclu

¶ Sed restat respondere ad illud Pauli, ex quo videbatur p. baribunc, affinitatis gradum esse prohibitum inter nouercam, & preuigium. Tenendo non esse prohibitum: potest dici. Paulum loquutum de illo qui viuente patre proprio duxit vxorē nouercā. Quod nunq. auditū est ad huc inter gentes. Ob id Paulus tantum increpat factum. Sic sentit Petrus de Tarantasia Paulum sensi. Idem Sedulius in eodem loco Et ex ipsa littera. 1. Cor. 5. Vide inferri. Vbi dicitur. Auditur inter vos fornicatio, qualis nec in gentes. Et quidem si id factum fuisset post mortem patris: simile auditum esset inter gentes. Et quamq. non inter omnes, salti sunt apud aliquas, vt ex supra dictis pater. Et. 2. Cor. 7. aperte insinuat esse factum, viuente patre. Quia dicit. Scripsi non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est. Sic do. Roffen. in libro quem edidit de matrimonio regis Anglię. Et facit ad propositum consuetudo in prouincia Michuacanensi, q. quis de se o s. abat sibi puellam, & quia non erat tantę etatis, vt ad concubitu esset apta, loco illius suffecta erat mater. Et ipsa mater volens loco filię se traddebat, & eum esset in etate sufficienti esabat a concubitu cum suo genero.

¶ De iure diuino positiuo veteri plures gradus affinitatis fuerunt prohibiti in matrimonio, dempto isto primo. Hęc conclusio probatur ex illo leuiti. 18, vbi prohibetur nouercam ducere, & vxorem patru, et nurum, et vxorem fratris mortui cum liberis, sororem vxoris, et filiam preuigni, vel preuigne. Ratio huius prohibitionis fuit, vt concupiscentię modus adhiberetur inter illas p. sonas

A sonas, que simul cohabitare contingebat. Nam cum electio sit prohibibile, quando ei sibi prohibitum matrimonium credebat, abstinere a concubitu. De quo nos superius. Tamen hec lex diuina positiua legis veteris non omnes obligabat, vt nos dicemus, sed solum ligabat populum iudaicum, qui talem legem recepit, non gentilem, cum gentiles solum tenebantur obseruare gradus prohibitos lege naturali. At, quia tales gradus (vt diximus in prima conclusione) non sunt prohibiti iure naturali, sequitur quod non tenebatur obseruare. De quibus latius in 2. parte.

Aristo. 3. enbi. ca. 2. et. 3. Et. 6. etbi ca. 2. S. Tho. 12. q. 13. ar. 5. 12. q. 98. ar. 5. Abu. exo. 30. q. 15

¶ Iure diuino positiuo Euangelico (quod omnes obligat) nullus gradus est prohibitus affinitatis. Probat. Non reperitur tale preceptum in toto nouo testamento, sed solum illum locum Pauli citat ut legimus. Dixi de iure diuino positiuo obligate omnes. Nam ius positiuum veteris non omnes obligabat. Quod cessauit in aduentu nostri redemptoris Iesu. Ob id non habet vti aliquam illud veteris preceptum. Translatio enim sacerdotio, necesse est legis translatio fiat. Et quod in lege noua quod omnes obligat cuiuscumque conditionis, etiam infideles, non reperitur talis prohibitio.

3. conclu. Vi ruesu. in tra. ma trimoni. Ad heb. 7. S. Tho. 12. q. 103. ar. 3. et. 4.

B ¶ Iure positiuo pure humano canonico licet olim fuerint prohibiti. 7. gradus affinitatis, intra quos non poterat quis contrahere, postea tamen solum usque ad 4. prohibitio restricta est. Probat. eodem modo sicut et diximus de consanguinitate, ex. ca. Non debet, de consang. et affi. Nam eodem modo, et ijdem gradus ab Ecclesia sunt prohibiti in consanguinitate, et affinitate, neque aliqua est differentia. Patet de antiqua prohibitione, usque ad 7. gradum factam similiter de utroque. 35. q. 2. ca. De affinitate.

Abul ma 18. q. 90. 4. conclu

¶ Sed tamen cum neophitis huius noui orbis per Paulum summum Pontificem restrictio facta est usque ad 2. sic vt in 3. et ultra gradibus affinitatis eis coniungi liceat. Hec non indiget probatione, sed solum videre expressam super hoc factam esse dispensationem. Quam uoluntelligas factam esse sicut de consanguinitate declarauimus ita quod sumus Pontifex in 3. et 4. gradu ante coniunctos non compellit manere sic per tale dispensationem, sed prebet facultatem vt possint simul contrahere de nouo, faciens eos per personas legitimas, que ante erant

S. Tho. in. 4. d. 40. arti. 4.

5. conclu. S. Tho. in. 4. d. 40. Ricar. iti. q. 6.

illegi

q. iij

illegitime.

¶ Tamē (ne fortē aliquis ofendiculum habeat in isto impedi- A
mento affinitatis) libet q̄ breuissimē declarare affnitatis gradus
quos modo prohibitos ab Ecclesia affirmamus. Et hic adducere
illos qui antiquitus prohibebantur, licet mō nullam habeant vim.

Gene' 2.
Math. 19
p. cor. 6.

Equidem modus affinitatis qui nunc in vsu is est. Q̄ si qui iungū-
tur matrimonio, vel accessu carnali: sunt caro vna. Et ex tali
coniunctione surgit, q̄ omnes consanguinei. viri sunt affines illi
mulieri in eodem gradu, in quo erant consanguinei viri, vt supra
diximus. Ita q̄ si erant in. 2. siue. 3. consanguinei viri, in eodem
sunt affines vxori illius consanguinei. Idem de copula carnali illi
cita. Eodem etiam modo ex parte fœminæ omnes consanguinei
illius sunt affines ipsi viro in eodem gradu, in quo fœminæ erant
consanguinei, sed tamen consanguinei vxoris, et consanguinei
viri non sunt affines inter se aliquo gradu, vt patet de consan. et
affi. ca. Quōd super bis, sicut duo fratres ducunt duas sorores. B
Sicq̄ de reliquis. Ratio huius est. Quia ista affinitas causatur ex
coniunctione cum consanguineo. Qui ergo non est iunctus meo
consanguineo per matrimonium, neq̄ per copulam carnalem, nō
est aliquo modo mibi iunctus. Qua de re inter me et ipsum nulla
erit affinitas, sed solūm erit affinitas cum illo qui iunctus fuit
meo cōsanguineo. Hęc est affinitas, que modo est in vsu, et ab Eccle-
sia precepta. Et omnia que superius dicta sunt, de ista intelligūt.

2. modus
affinitas.

¶ Modus. 2. affinitatis olim p̄bbitus erat, vt patet. 35. q. 10.
per totā, quod impediēbat, sicut iste primus modus, sed ablatum
est per. ca. Non debet, eodem ti.

¶ 2. autem modus est hic: vt si ego sum affinis vxori fratris
si post mortem fratris alius ducat ipsam, ille dicitur esse mibi
affinis in isto. 2. modo affinitatis. Quia videtur mibi magis atti-
nere, q̄ vnus extraneus. Et eoq̄ talis fit vna. caro cū affine mea,
videtur mibi et aliquo modo iungi. Ita q̄ hęc affinitas insurgit
ex coniunctione cum affinis, sicut prima consurgebat ex con-
iunctione cum consanguineis. Et tādē omnes qui iungerentur ei
dem.

Adem affini meę, sunt in eodē gradu mihi affines, in quo est ipsa.

¶ Modus. 3⁹. affinitatis olim prohibitus, et in vsu erat, *quantus* 3. modus. do quis iungebatur affini in. 2. Isto modo erat mihi affinis, in. 3. modo. Verbi gratia. Ille qui duxit mihi affinem in primo gradu factus est per illam coniunctionem mihi affinis in. 2. modo, vel gradu. Et ille qui iungeretur isti meo affini in. 2. modo, fieret mihi affinis in. 3. genere. Et sic deinceps.

¶ Affinitas sic est vinculum naturale, vt etiam mortua illa persona per quam contracta est, ad huc semper maneat. Hęc pater. 35. q. 10. ca. Fraternitatis. Vt si frater meus coniunctus est uatri monio, vel copula carnali cum Maria, ipsa mihi est affinis. Et etiam mortuo fratre ad huc ipsa semper mihi affinis est.

Ratio est. Quia hęc affinitas insurgit ex illa preterita coniunctione. Quia facti sunt duo: caro vna. Sequitur ergo q. cum illa actio semper maneat in facto, nunq. poterit desinere esse vinculum

B ex huiusmodi coniunctione causatum. Nam ad preteritum non est potentia. Quare non potest non factam fuisse talem vnio nem, etiam si frater meus moriatur. Sicq. non potest fieri, q. talis affinitas non fuerit causata.

¶ Licet affinitas sit vinculum naturale, sicut consanguinitas non tamen in infinitum extenditur, sed suos habet limites: ita vt ultra non progrediatur, sicut sit in linea recta, siue in linea transuersali. Quia consanguinitas non in infinitum extenditur, sed suos habet limites, vt experientia constat, cum post. 5. vel. 6. gradum

non plus tales se ament, q.

extranei. Saltim

habet

si-

nem. Alioqui omnes nos a-

maremus, tanq. si essem⁹

consanguini

nei, cum verē simus consanguinei.

¶ Ar

q. iiii

6. conclu.

Math. 19.

p. cor. 6.

Aris. 6.

ethi. ca. 2.

S. Tho. p.

p. q. 25. ar.

ti. 4. C.

doc. theo.

in. p. d. 32

7. conclus.

Caic. 22.

q. 154. ar.

ti. 9.

B. Bona. d.

40. q. p.

Ricar. ibi.

q. 2.

ARTICVLVS 48.

De dispensatione in gradibus affinitatis.



Vbitatur circa hoc. Vtrum summus Pontifex possit dispensare in oī gradu affinitatis. Libet hanc questionem mouere propter aliquos scrupulosos, et propter nonnullos graues doctores, qui videntur nimis quantum ad hoc restringere potestatem summi Pontificis. Et primo declarabo sententiam istorum doctorum. Post autem dicam quid tenendum probabilius. Oportet prius in memoriā reuocare quomodo aliquis gradus est prohibitus iure naturali, alius iure positivo diuino veteri, alius iure diuino Euangelico, alius iure humano canonico.

Vi Coua.
2. p. epi. c.
6. §. 9.

Palud. d.
40. q. p.
1. conclu.
S. Anto. 3.
p. ti. pri.
ca 11.
2. conclu.

Ratio Pa
lu. & Flo.

Gene. 13.
3. conclu.

Ad hoc dubium respondet do. Petrus de Palude, quem sequitur ad litteram, B. Anto. Et ponit conclusiones. Quarum prima est.

In primo gradu affinitatis, sicut et consanguinitatis dispensari non potest, eo quod sit contra ius diuinum, et naturale, cum uxoribus patris debeamus eandem reuerentiam, sicut et parentibus.

In linea transuersali in primo gradu affinitatis non potest dispensari, ut scilicet aliquis contrahat cum uxore fratris iam mortui. Hoc probant isti doctores. Quia est contra ius diuinum, et naturale. Et sic Papa non potest dispensare. Immo et post multiplicationem generis humani ante et post diluuium creditur hoc prohibitum naturaliter, nisi secundum quod in lege Moysi permixtum est ad suscitandum semen fratris mortui sine liberis, sicut patet in

Gene. i Thamar, et filius Iude.

Papa potest dispensare in secundo gradu, et sic in alijs: ut scilicet quis contrahat cum filia fratris, quod non erat prohibitum in lege. Et quod filij duorum fratrum contrahant, et sic de alijs. Eodem etiam modo de affinitate. Nec probatur hanc conclusionem aliunde, quam eo quod non est de iure nature prohibitum, nec in lege veteri, nec noua. Quod videtur esse plene de iure positivo humano, in quod potest summus Pontifex.

¶

A. ¶ Et ad hęc addit. B. Antoninus, q̄ cum affinitas ita contrahatur per fornicationem, sicut per actum conjugalem, ille qui cognouit aliquam mulierem fornicarię, non potest contrahere cū filia eius, vel germana eius. sicut nec possit contrahere matrimonium cum filia uxoris suę ex alio viro, nec cū sorore eius ea mortua. Et secundum Petrum de Palude, in hoc Papa dispensare nō potest. Qui tamen casus sepe peruenit ad audientiam confessorū. Palud.

¶ Reperitur tamen Papa Martinus, s̄ dispensasse cum quodam, qui contraxerat, & consumauerat matrimonium cum quodam germana eius quam cognouerat fornicarię, cum magna tamen difficultate. At verò quia res erat occulta, nec ille erat aptus ad religionem, vel ad remota eundum, vnde scandalum esset ex diuortio, si factum fuisset, prius ordinauit plures Theologos, & canonicos super hac re habere collationem: vtrum ipse possit in hoc dispensare, nec conuenerunt in conclusione, sed aliqui dixerunt q̄ poterat, alij contrarium affirmauerunt. Et quia tenendū S. Anto.

B. est certum, & dimittendum incertum, secundum Augustinum, d̄ poenitētia. d. 7. Si quis, nulli consulendum est, sed potius prohibēdum procurare dispensationem, etiam a Papa, contrahendi cum tali, cuius scilicet matrem, vel germanam carnaliter cognouit, Sed si post contractum, & multo magis consumatum tale matrimonium obtinuit dispensationem remanendi cum illa, dimittendum est negocium in iudicio Dei, nec condemnandum. Hęc. S. Anto. August.
Ex istis doctoribus habemus, vel summum Pontificem non posse vbi supra, dispensare in primo gradu affinitatis in omni linea, siue recta, siue transversali, vel difficulter posse, eo q̄ ipsi credant, vel esse iuris naturalis, vel esse iuris diuini, in quod non potest summus Pontifex. Sed tamen bona venia istorum sit. 4. conclusio contra eos.

¶ In omni gradu affinitatis in quacunq̄ linea, siue ascendēdi, siue descendēdi, siue transversaliū potest summus Pontifex dispensare. Pro In omni gradu affinitatis potest summus Pontifex non potest dispensare in istis gradibus affinitatis, maxime ē esset (vt ipsi dicunt) quia est de iure naturali, vel de iure diuino; sed nullum istorum obstat quominus potest dispensare. ffit

fit dispensare. Non eo q̄ sit de iure naturali talis affinitas. Quia **A** licet tales gradus sint de iure naturali, saltem per matrimonij cō iunctionem, non tamen est iure naturali prohibitum matrimonium in omnibus, sed solum in isto, q̄ quis ducat nouercam, sicut supra probaui. Ergo sequitur quod etiam si sit iure naturali talis affinitas, poterit dispensare. Nam non est prohibitum stando in iure naturali copulari in illis gradibus, sicut patet in. 2. et. 3. et. 4. gradibus consanguinitatis, qui gradus licet sint de iure naturali, tamen quia non est iure nature prohibitum matrimonium contrahere in illis gradibus: summus Pontifex licet potest dispensare, sicut et ipsi fatentur. Sequitur ergo q̄ esse tales gradus affinitatis de iure nature non impedit quominus possit summus Pontifex dispensare, cum illi non oēs sint iure nature prohibiti. Aliud enim est dicere, talem gradum esse de iure nature, et aliud talem gradum esse prohibitum de iure nature. Nam in primo posset dispensare, et in secundo crediderim q̄ non. Sed isti doctores **B** (iudicio meo) p̄ eodem sumunt ista duo, cum tamen multum differant. In quo deceptus est Viguierus Granatensis.

Vigue. in
c. 16. §. 7
ver. 9.

2. **I**tem. Nec q̄ sit de iure diuino prohibitum obstat quominus possit dispensari. Quia si est ius diuinum prohibens tales gradus affinitatis, non est aliud, nisi illud vetus Leuiti. 18. ubi tales gradus prohibentur, sed hoc non obstat. Quia cum illud fuerit ius diuinum vetus, abrogatum est per ius diuinum nouum, et nullā vim habet ex se. Translato namq̄ sacerdotio, necesse fuit legis translationem fieri, sed si vim habet, est, vel quia id erat naturale, vel quia id in Euangelio est preceptum. At non erat illud naturaliter prohibitum, ut probatum est. Nec in Euangelio est tale preceptum, ergo illud ius diuinum non est alicuius valoris, et obligationis secundum se, nisi de nouo fuerit approbatum, sicut inferius in secunda parte probabimus. Ergo sequitur q̄ poterit summus Pontifex dispensare in omni tali gradu affinitatis. Immo et potest dispensare ut quis ducat nouercam. Quia dato sit de iure nature, non tamen est de primis principijs, ut post erit manifestum.

Viruefius
hipotesi. p

Ex quibus omnibus patet non esse tantę difficultatis q̄ sum-
 mus Pontifex dispenset vt quis ducat in vxorem illam cuius so-
 rorem prius cognouit carnaliter, sicut B. Antoninus refert. Nā
 temporibus nostris dispensatum est cum domino Petro de Alua-
 rado gubernatore prouintię de Guatematica. Nec esse dubitandum,
 quin potuerit dispensare, vt quis ducat vxorem fratris mortui,
 sicut dispensatum cum rege Anglię. Quod negotiū diebus nostris
 ventilatum, & diffinitum fuit per Clementem. 7. qđ in omni gra-
 du, & impedimento lege positiua humana: constituto potest sum-
 mus Pontifex dispensare. Quod si dispenset absq̄ causa: peccabit
 ipse, tamen dispensatio tenet. In quo deceptus est Fortunius in l. Garcia.
 Gallus. §. Quid si tantum ff. De libe. & posthu. putans dispensa-
 tionem in huiusmodi contra ius humanum, si absq̄ causa, nullam
 fore in foro interiori. Deceptus (inquam) est. Quis enim audeat
 dicere: si quis cum dispensatione contraxit cum affine, etiam si
 sine causa rationabili, q̄ non sit eius vxor, sed debeat relinquere? Et
 Felinus in c. Ad audientiam. 2. de rescrip. dicit ipsum cum quo
 facta est dispensatio, etiam si fiat sine causa: tutum esse. Quamuis
 hoc non approbet Couarru. Anto. f. 10
Fortuni
Garcia.
Felinus.
Couarru.
in epito. 2.
p. capi. 6.
§. 9.

ARTICVLVS. 49.

Vtrum tempore infidelitatis contrahatur affinitas.

Ro cōplemento huiusmodi impedimenti restat du-
 bium in quo satis dubitatum etiam a doctis in istis par-
 tibus. Nec tamē satis explicatum, aut diffinitum ē. Et
 quidem docto. querentes. Vtrum per baptismum tollā-
 tur omnes defectus: vt irregularitas &c. concludunt quod irre-
 gularitas que ex peccato causata est, tollitur per baptismum, et
 non alia que sine peccato. Hoc tamen impedimentum irregulari-
 tatis, quod est purē positium, non est vinculum naturale, et sic
 non ad propositum de affinitate, quod est vinculum naturale. S. Tho. 3.
p. q. 69.
Et cōmu-
niter The-
olo. in. 4.
d. 4.

¶ Dubium ergo hoc est. Si quis tēpore infidelitatis duxit vxorē

rem

rem Bertam infidelem: vtrum mortua ipsa, et ipso baptizato, possit contrahere cum sorore illius, quam prius habuit, vel cum consanguinea in. 2. et alijs gradibus, vsq; ad. 4. ante dispensationem Pauli. 3. vel vsq; ad. 3. post dispensationem. Et si contraxit: vtrum sit dissoluendum, vel non. At vt dubium magis appareat: quero. Si fuit accessus tempore infidelitatis, nõ per matrimonium, sed per actum illicitum fornicarium.

Nota,

¶ Pro solutione dubij oportet in memoriam reuocare que sup dicta sunt. s. q. affinitas sit quodam vinculum naturale, et non solum vim habens ex iure positivo, siquidem summus Pontifex precipiens q. affines in. 3. vel. 4. gradu non iungantur matrimonia liter, non facit gradum affinitatis de nouo, sed declarat preexistente ante omnem prohibitionem, et supposito gradu: precipit. Et quidem q. sit vinculum naturale, sicut et consanguinitas, omnes doctores affirmant ex Aristot. Saltem si sit per coniunctionem maritalem nullus dubitat.

Theo. doc. d. 41. 4. sententia. Arist. 8. Ethic. c. 12. 1. conclu.

¶ Qui tempore infidelitatis habuit uxorem, et illo tempore durante mortua est, post baptismum non poterit ducere consanguineam illius intra. 4. gradum absq; dispensatione. Probatur. Affinitas est quodam vinculum naturale, ergo tale non tollitur. Quia que naturalia sunt, eadem sunt apud omnes siue fideles siue infideles. Sequitur ergo q. tale vinculum naturale tempore infidelitatis ortum est cum consanguineis vxoris. Si ergo ortum est & per fidem non est ablatum, durabit semper, sed ipso manente si deliquit non potest ducere affinem intra quartum gradum, ergo sequitur q. nec talis post baptismum poterit ducere, cum iam sit factus fidelis.

Ratio,

S. Tho. 12 q. 94. 4. 4

Confirmatio.

¶ Et confirmatur. Talis infidelis iam baptizatus non potest ducere in uxorem consanguineam intra quartum gradum sine dispensatione, ergo nec potest ducere affinem intra eundem gradum. Consequentia est bona. Antecedens est verum, ergo & consequens. Patet a simili. Sicut vinculum consanguinitatis est naturale sic & affinitatis, vt ex dictis patet. Si ergo non potest intra. 4.

Arist. 8. Ethic. c. 12

consan

A consanguinitatis, sic nec intra quartum affinitatis, postq̄ factus est fidelis, & tamen antē poterat in infidelitate. Ans̄ patet. Quia fidelis tenetur obseruare leges fidelium christianorum. hęc autem sunt leges: vt nullus ducat affinem intra quartum gradum, ergo idem quod prius.

¶ Si talis factus fidelis posset ducere vxorem consanguineā 3. intra quartum gradum illius, quam duxit vxorem tempore infidelitatis: ex eo esset: quia tunc quādo habuit accessum erat infidelis, nec tenebatur legibus christianorum, & poterat tunc ducere affinem in 2. vel 3. gradu. Immo & in primo, sed non obstat. Nā dato ita esset q̄ legibus Ecclesię talis infidelis tempore infidelitatis non esset obnoxius, erat tamen legibus naturalibus. Lex veró naturalis est, vt per talem maritalem coniunctionem oriatur vinculum naturale inter consanguineos vxoris, & ipsum virum, & tunc etiam poterat ducere consanguineam in 2. vel 3. gradu, sed tamen post fidelis factus minimē poterit, & non propter aliud nisi si quia hoc vinculum naturale est, & fidelibus prehibitum, licēt infidelibus concessum. Et intelligo etiam si nunq̄ talis infidelis cognouerit, iam factus fidelis: suam primam vxorem, sed solum loquor quando solum durante infidelitate cognouit vxorem, & ipsa illo tempore mortua, post baptismum vir accipit vxorem consanguineam illius mortuę in 1. 2. 3. vel 4. gradu. Si enim cognouisset priorem vxorem post baptismum, nullum esset dubium. Nā nō posset ducere affinē intra quartū gradum. Dixi in conclusiōe Absq̄ dispensatione. Quia cum dispensatione bene potest, vt modo facta est in 3. & 4. gradu p̄ Paulū. 3.

¶ Ad idem. Si posset talis factus fidelis ducere consanguineam 4. gradum illius, cum qua habuit accessum quando infidelis: esset, quia per baptismum ablatum est tale impedimentum, vel talis pœna, sed ipsa affinitas non est ablata per baptismum. Quia non tollitur omnis pœna quantum ad homines, licēt tollatur culpa. Quia adultera potest accusari etiam si baptizetur. Coniici da, fur, raptor, sacrilegus, sicut ait glo. Extra de divor. c. Gaudemus. Glossa.

Duran. in demus. Et Dur. dicit. Baptismus tollit omnem poenam, quo ad Deū A
 4. d. 4. Et quo ad Ecclesiam illā solūm quę est constituta remitti bapti-
 9.3. zatis, sed non est constitutum vt affinitas contracta in infidelita-
 te remittatur baptizatis, ergo non remittitur. Et sic semper manet.

§. ratio. ¶ Si talis posset ducere vxorem post baptismum affinem in-
 tra. 4. gra maximē ex eo esset, quia illa quę fecit in tpe infideli-
 tatis non debent ei nocere, cum nulla lege tenebatur, sed non prop-
 ter hoc excusatur. Quia (vt supra diximus cū loquebamur d̄ dis-
 27. q. 3. paritate cultus, et de impe. criminis) facta tempore infidelitatis
 Supra ar. nocēt post fidem susceptam. Nam si quis tempore infidelitatis p̄
 32. de dis mitteret alicui fidem de matrimonio, viuente propria vxore, et
 p̄. cultus haberet accessum ad eam, post fidelis factus, mortua prima vxo-
 r̄ ar. 34 re non poterit illam cui promissit habere vxorem, etiamsi post fi-
 deim pedi. dem susceptam nunq̄ promissit, sed solūm habuerit accessum.
 criminis. Hoc probaui ex. ca. vnico, de conuersione infidelium. A simili er-
 go in presentiarum. Propter hoc quod tempore infidelitatis ha-
 buerit accessum non excusabitur quominus factus fidelis non po-
 31. bit ducere vxorem affinem intra 4. gradum.

¶ Probatur etiam. Extra de diuor. ca. Deus qui, vbi Papa
 27. q. 3. dicit, q̄ infidelis factus fidelis non contrahat cum illa quam fra-
 ter duxit tempore infidelitatis. At, quia tex. expressus: nulli licēt
 dubitare. Sic supple.

2. conclu. ¶ Qui tempore infidelitatis habuit propriam vxorē, et ipsa
 illo tempore mortua, fidelis iam factus ducit consanguineā illius
 prioris intra. 4. gradum absq̄ dispensatione: separandus est sta-
 tim ab illa. Hęc conclusio differt a prima. Vbi dicebamus q̄ non
 poterat ducere consanguineam primę. Multa enim non possumus
 de iure facere, quę tamen facta tenent: vt qui emisit votum
 continentię: non potest de iure ducere vxorem. Si tamen ducat:
 factum tenet, et non sunt separandi. Ob quod ponimus. 2. conclusi-
 onem, q̄ tales, si contraxerunt, sunt separandi. Probatur ex ex-
 pressis determinationibus. In. ca. Ex litteris, de consan. et affini.
 p. ratio ad Et. 35. q. 10. ferē per totam. Et patet ratione. Quando matrimo-
 conclusio. niu

niū est contractum inter illegitimas personas, est separandum, p. ratio.
 A sed tale contractū inter affines intra .4. gradū ē iter illegitimas p
 sonas (vt notum est) ergo est dissoluendum.

¶ Et ad huc probatur a simili de consanguinitate: Si talis in
 fidelis post fidem susceptam contrahat cum consanguinea in 2.
 gradu sunt separandi ex determinatione Ecclesie, et sententia
 omnium, ergo etiam si contrahat in eodē gradu affinitatis sunt
 separandi, cum eadem sit prohibitio vtriusq̄, et vtrumq̄ sit vin-
 culum naturale, vt sepe dictum est. 2. ratio.

¶ Et pro clariori intelligentia, et fide istarum conclusionum,
 videtur textus expressus. 35 q. 10. ca. Fraternitatis vestre, vbi
 Gregorius Papa probat affinitatem esse vinculum naturale, q̄
 quidem causatur quomocunq̄ sit coniunctio, siue fiat tempore
 infidelitatis, siue fidelitatis. Cuius verba hic non inseruntur ob
 vitandam prolixitatem. Fundat autem sententiam suam in

B illo dicto. Erunt duo in carne vna, quod dictum fuit ante omnem
 legem posituam, vt constat: Et secundum cōmunem opi. docto.
 dicentium, q̄ in baptismo non tolluntur defectus, qui naturales
 sunt, posset dici esse opi. communem, quod et affinitas duret post
 baptismum: Quia est quodam vinculum naturale. Et nullo modo
 est sequella peccati. Affinitas enim causatur ex illa coniunctione
 que est communis matrimonio, et copule illicitę. Quare. S. Tho.
 dicit hęc verba. In fornicario concubitu est aliquid naturale, qd̄
 est commune fornicationi, et matrimonio, et ex hac parte affini-
 tatem causat. Aliud est ibi inordinatum, per quod a matrimonio
 differt, et ex hac parte affinitas non causatur. Vnde affinitas
 semp honesta remanet, quamuis cā sit aliquo modo in honesta. Hęc
 S. Tho. Ex istis verbis satis probari videtur hęc nostra sententiā,
 quod post baptizatus non possit ducere illam, que est ei affinis, si-
 cut nec consanguineam.

¶ Si quis tempore infidelitatis copula illicita habuit accessū
 cum aliqua, post fidelis factus non poterit ducere consanguineā
 illius mulieris intra quartum gradum absq̄ dispensatione. Proba-
 tur.

Gregorius
 Papa.

Math. 19.

S. Tho. 3.
 p. q. 69. et
 ceteri ibe.
 in. 4. d. 4

S. Tho. in
 4. d. 41.
 ar. p. q. 2.
 ad primū.

3. conclu.

1 ratio. tur primo. Si teneamus affinitatem banc esse naturale vinculum, **A**
 siue fiat per copulam illicitam, siue licitam: patet ex iam dictis,
 cum eadē sit vtrobiq̄ ratio. Si tamen teneamus (sicut probabiliter
 posset defendi) q̄ non sit tam naturale vinculum (saltem quo ad
 alios consanguineos per copulam illicitam, cum potius sint inimi-
 citiē, & odia, q̄ amicitie) sicut de consanguinitate: dico q̄ nibilo-
 minus conclusio est vera. Quia iste fidelis factus tenetur legibus
 Ecclesie, sed Ecclesia precipit vt nullus contrahat intra 4 gra-
 dum cum consanguinea illius quam cognouit carnaliter, ergo se-
 q̄ q̄ talis nō pōt cōtrahere. Alioq̄ dare ē hoc icōueniēs, q̄ aliq̄s fi-
 delis baptizatus nō tenere ē obseruare leges Eccl. sine dispēsatōe:

2. ratio. ¶ 2. Si iste posset ducere consanguineam illius cum qua tem-
 pore infidelitatis habuit accessum: maximē, quia tunc habuit co-
 pulam, quando non tenebatur legibus Ecclesie, sed hoc non impe-
 dit quominus postea noceat ei factum. Maior est nota. Et minor
 probatur. Minus est homicidium machinari in mortem viri, vt
 habeat vxorem tempore infidelitatis, q̄ accessum habere ad mu-
 lierem, sed post baptismum primum impedit, vt non possit
 talem vxorem ducere, ergo & secundum impedit, vt non possit **B**
 ducere consanguineā illius cū qua habuit accessum. Consequentia
 bona est. Et añs probatur in c. vnico de conuer. in fi. Quod autem
 minus sit mortem machinari in virum: certē est quantum ad im-
 pedimentum minus, licet peccatum sit grauius. Nam per copulā
 carnalem videtur esse vinculum naturale, quod non est per ma-
 chinationem mortis alterius viri. Et tamen illud impedit etiam si
 fuit factum tempore infidelitatis. Ergo a fortiori impedit si co-
 pula venerit tempore infidelitatis. Et sic post baptismum nul-
 lo modo potest ducere consanguineam illius, cum qua tempore in-
 fidelitatis habuit accessum intra gradum prohibitum.

4. conclu. ¶ Qui tempore infidelitatis cognouit carnaliter aliquam, &
 post baptismum duxit consanguineam illius intra gradum probi-
 bitum, debet eam relinquere. Quia est impedimentum impediens
 contrahendum, & dirimens contractum. Ergo quando cūq̄ con-
 stet:

A *stet: est diuortium celebrandum.*

I Affinitas superueniens matrimonio iam contracto: licet *s. conclu-*
eum non dissoluat, priuat tamen illum per quem causata est iure
exigendi debitum ab alio, vsq̄ dum dispensetur cum illo: *ut si Palude,*
quis cognouit consanguineam vxoris: sit affinis proprię vxori, *Anto,*
et debitum ab ea non potest exigere, nisi dispensetur cum illo, qđ
potest Episcopus, *Adria,* ut supra dictum est, et inferius dicitur in. 2. p.

ARTICVLVS. 50.
De impedimento publicę honestatis.

Rost impedimentum affinitatis sequitur de alio pro-
ximo huic, quod dicitur publicę honestatis, quando
quis habuit sponsam, & per illā coniunctionem, licet
nō fuerit sequuta copula, nec matrimonium celebra-
tum, ortum fuit quodam vinculum affinitati simile, per quod iste
vir non potest ducere consanguineam illius sponse intra 4. gra-
dum. Et similiter consanguinei viri non possunt intra 4. gradū
ducere illam sponsam sui consanguinei. Cuius diffinitio
publicę honestatis iustitia est propinquitas ex sensibus proeni-
ens, robur trahēs ab Ecclesię institutione propter eius honestatē. *Diffinitio publicę honestatis.*

In primis oportet scire vnde hoc impedimentum ortum ha-
beat. Vtrum sit impedimentum stando in iure naturali, vel sit de
iure diuino, vel tantū sit de iure humano. Nam si ex statuto
Ecclesię ortum habet, infidelibus non erit impedimētum, qui nō
tenebantur legibus Ecclesię. Pro solutione sit. *i. conclusio.* *Quo iure hoc impedi-
troductū ē*

Impedimentum hoc, quod dicitur honestas publicę iustitię, *1. conclu.*
quod impedit matrimonium contrahendū, et contractum dirimit
non habet vim ex iure diuino, nec naturali, sed solū ex statuto
Ecclesię precipientis. Quia nusq̄ adhuc in lege veteri, vbi aliqui
gradus consanguinitatis, & affnitiatis ꝑbibiti sunt, fuit mentio
facta de tali impedimento, nec in lege Euangelica tale quid fuit
constitutum, vt constat. *Publicatio honestas solū iure huma-
no impedit*

Item.

Item. Nec de lege nature. Nam cum per sponsalia non fuerit facta coniunctio naturalis, non videtur aliquod impedimentum ortum solum propter promissionem de futuro matrimonio. *Vnde* 3. regū. 2. *de* vtrunq; patet ex hoc q; Adonias petijt in vxorem Sunamitem virginem a patre relictam, quod non fecisset, si fuisset impedimentum, vel legis nature, vel legis Diuine. Sequitur ergo quod cum sit impedimentum (vt patet Extra de sponsa c. Ad audientiam. Et de sponsa impub. c. Litteras. Et c. Continebatur. Et lib. 6. eodē titulo) erit impedimentum solum de iure positio canonico in habilitatis has psonas ad matrimonium. Nec habet aliunde vim nisi ex Ecclesie auctoritate potētis id precipere, vel prohibere

Theo. in Hęc est sententia omnium Theologorum, & canonistarum.

Impedimētū hoc licēt simile videatur affinitati, tamē differt ab ea, eo q; sit merē positium. Aliud tamen. s. affinitatis aliūdo, & dicitur ab eadem trahit vigorem, & obligationem. Quāuis impedimētū quāderitas in oritur ex matrimonio rato, sed nō consumato quidam vocēt affinitatem, cū in veritate sit publica honestas.

Ex hoc habes, q; circa infideles tempore infidelitatis non ē opus de isto impedimento aliquid interrogare, aut perscrutari cum solum tenerentur legibus nature, & diuinis Euangelicis Et q. 90. nihil in bis de isto impedimento. Quare ipsos non ligabat aliquo modo, sed ita poterant sponsam relictam a fratre ducere, & conjugineam in primo, & in alijs gradibus ducere, sicut si non fuisset prohibitum. Immo (quod magis notandum est) si tempore infidelitatis fuit sponsata alicui, & relictā, poterit frater illius cui fuit sponsata: post fidelis factus illam ducere vxorem. Quod forte alicui apparebit repugnare superius dictis de affinitate, sed minimē repugnat. Cuius ratio est diuersa hic, & ibi.

Non hoc contrariatur (inquam) illi determinationi superius date, quando loquebamur de impedimento criminis, vbi diximus q; si quis tempore infidelitatis promissit alicui matrimonium viuente legitima vxore, & post baptismum habuit accessum, sed non promissit, q; tale erat impedimentum, quia nocebat ei quod factū fuit.

A fuit tempore infidelitatis. Nec contradicit illi dicto ibidem, q̄ si quis tempore infidelitatis machinatus est in mortem viri alicuius vt uxorem eius habeat in matrimonium, q̄ non poterit post fidelis factus eam habere. Nam illud est expressū in iure. De conuersione infideli. c. vnico. Ob quod nos conformiter ad iura determinauimus. De isto autem impedimento nihil tale reperitur scriptum, sed solum quod est merè humanum. At, cum fauores āpliandi sint odia verò restringenda, videtur non esse aliquod impedimentum hoc post baptismum, sed posse tales adinuicem coniungi, sicut si non precessisset. Et sic existimo ista, & alia simul stare in veritate, nec contrariari, vsq̄ dum Ecclesia cōtrarium determinet, cuius omnia dicta, & dicenda, tam in isto speculo coniugiorum, q̄ alibi ris, libenter eius censurę submittimus, neq̄ aliquo modo ab ea deuiare in animo ē. Sed contradicta est argumentum.

B ¶ Hic est iam fidelis factus. Ergo tenetur seruare leges fidelium & cōsequēter Ecclesię precepta tenetur obseruare, sicut & ceteri christiani. Lex autē christianorum hæc est: vt nullus accipiat in coniugium sponsam fratris, vel consanguinei intra. 4. gradū vt patet in c. allegatis, eodem titulo. Et clarius ibidem. c. Continebatur, vbi sunt hæc verba expressa in fine. Si verò puella ante nubilem annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate ipsius, cui desponsata fuerit, eam ducere in uxorem, nec fas est eidem sponso de consanguinitate sponse aliquam sibi copulare. Hęc in tex. Sequitur ergo ex istis, q̄ cum iste iam sit factus fidelis, nullo modo poterit sibi copulare illam, quam sponsatam reliquit frater, vel consanguineus, cum verè fuerint sponsalia etiā tpe infidelitatis. Vel si potest eā spōsā relicta ducere: sequitur q̄ aliq̄s est fidelis, & nō tenet obseruare leges Ecclesię absq̄ dispensatione.

¶ Argumentum vrget. Nec video quo pacto possit solui tenendo sententiam hanc. Sed dicendū q̄ presupponit talem sponsaliorum coniunctionem factam fuisse tempore fidelitatis. Et sic illo tempore facta: prestāt impedimentum. Nec textus loquitur de sponsalibus contractis tempore infidelitatis. Quia de his que

foris
r ij

Protestatio
autho

Argumen
tū cōtradi
ctā.

Supple. d
27.93.

Solutio.

Paulus. 1. foris sunt non pertinet Ecclesie iudicare, nec legem condidit de A
 corin. 5. eis. Quod autem hoc presupponat textus: patet. Ibi enim loquitur
 summus Pontifex cum fidelibus, qui desponsauerat puellam, et in
 fert. Quod si fuerit desponsata. &c. Nulli ex consanguineis lice
 bit accipere eam in vxorem. Quare aperte ostenditur totam illam
 prohibitioem, et illud tale mandatum loqui cum fidelibus, et non
 cum infidelibus. Sequitur ergo qd cum in casu a nobis posito spon
 salitia facta fuerint tempore infidelitatis, qd non nocebit. Nam
 sponsus post fidelis factus posset ducere consanguineam sponse
 intra gradum prohibitum alijs christians. Et similiter non pro
 hibet quin consanguinei viri possint sibi ducere in vxorem spon
 sam illam, quandoquidem sponsalia fuerunt tempore infidelita
 tis. Tunc enim vinculum naturale non causatum est, sed plane sic est,
 ac si nullo modo facte fuissent tales sponsiones. Vi detur solutio
 sufficiens, tenendo quod superius diximus. Nec videtur quopaculo
 aliter posset solui argumentum, nisi tenendo sententiam contra
 riam, quam qui vellet defendere etiam iuxta textum, posset im
 pune. Etiam posset probari ex illo quod supple. d. 27. q. 3. dicit. Eccle
 sia non iudicat de his que foris sunt. Verum est, quandiu foris ma
 nent, secus cum intrauerint Ecclesiam. Quia tunc etiam iudicat de
 his que foris habuerunt. Hec ille. Equidem graue nimis videretur
 qd istis tempore infidelitatis noceret vnum factum, quod mere
 positiuum est, neqz aliquam habet iuris naturalis, vel diuini obli
 gationem, sed solum Ecclesie statuentis beneplacitum. Vnde ma
 gis pia videtur nostra sententia, quando non est in contrarium
 Ecclesie determinatio, vel autoritas doctorum, siquidem alia est
 ratio in affinitate. Quia tempore infidelitatis facta est comixtio
 et alia ratio in impedimento criminis. Quia iniuria legitimo fit
 coniugi. Ob id illa que facta sunt in infidelitate nocent,
 sed tamen in publica honestate nihil
 tale apparet. Quapropter non
 videtur nocere iam si
 deli facto.

Supple. d.
 27.

Supra ar
 ti. 34. q.
 49.

ARTICVLVS. 51

An hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus
quomodolibet contractis.



Trum hoc impedimentum (quod quidem sic est q
impedit matrimonium contrahendum, et dirimit
contractum) oriatur ex sponsalibus quoniam cōcun-
q̄ contrabantur, siue ante septēnium, siue post, siue
cum metu, vel sine metu, siue sint inter consan-
guineos, vel affines non potentes contrahere.

¶ Pro solutione cuius aſt notandum, q̄ in iure ad contraben- ^{Notandū.}
dum sponsalia assignatum est certum tempus in viris, et fœminis ^{De etate}
Et est septēnium, vt patet in. ca. Litteras, eodem ti, et in pluribus ^{ad contra.}
alijs. Ad contrahendum autem matrimonium in viris est. 14. an. ^{Sup. ar. 16}
pagi. 96. nus etatis, et in fœminis. 12 Quia (vt in plurimum) talis etas ap ^{A. C. arti.}
ta est ad generationem. Hijs suppositis sit. 1. conclusio. ^{38. pagi.}

¶ Ex sponsalibus legitime contractis post septēnium, vbi in ^{202. B.}
teruenit legitimus consensus, verè oritur hoc impedimentū, quod ^{p. conclu.}
dicitur publicè honestatis iustitia. Conclusio est in iure expressè
determinata. Extra de sponsa impube, per multa. ca. Et li. 6. co-
dem ti. ca. vnico. Et extra de sponsa.

¶ Propter sponsalia contracta ante septēnium non oritur ta ^{2. conclu.}
le impedimētū, nisi post septēniū minor cōsenserit. Cōclusio est ex
pressè determinata. Ext. d. spō. imp. c. Litteras, vbi est casus. Qui
dam sponsauit puellam in cunabulis, et post duxit in vxorem ma-
trē puellæ, regitus Papa dicit, q̄ si matrē puellæ accepit i vxorē
anteq̄ puella septēniū cōpleuerit, minimè est matrimonij separā-
dū. Quia talia spōsalia ante septēniū nō inducunt impedimentū
publicè honestatis. Si verò postq̄ puella septēniū cōpleuit, cui tūc
cōplacuerūt sponsalia, matrem duxerit, sententiā diuortij nō dif-
fieras pmulgare, nec filiū, nec matrem: talis vir habere poterit.

¶ Sed quomodo intelligitur iste consensus. Vtrum sit necessa ^{Dulium.}
rium q̄ exprimatur verbis.

¶ Ad
r ij

Solutio. ¶ Ad hoc Paror in codē titulo dicit, tene mente q̄ sponsalia cō
Paror. tracta cum minori septēnio conuoluntantur per sup̄uenientem
 etatem, si tacite sponsalia praecedentia approbavit: vt quia sp̄o
 sus venit ad domum sponse, seu mittit sibi iocalia, vel quid simile.
 De hoc vide bonum tex. in ca. vnico. cedem ti. li. 6. vbi idem sta-
 tuitur in matrimonio contracto per minores:

Corolla. ¶ Existis ergo satis patet q̄ si post septēnium non adsit con-
 sensus expressus, vel interpretatiuus, q̄ per sola sponsalia ante
 septēnium contracta non oritur tale impedimentum:

3. conclu. ¶ Sponsalia contracta post septēnium inter consanguineos,
 vel affines, in gradu prohibito: ignorantibus impedimentum, et si
 nulla sint iure: causant hoc impedimentum publicae honestatis ius-
 tie. Hęc cōclusio ē expressa. li. 6. de sponsalibus. ca. vnico. Cuius ra-
 tio assignat. Quia licet talia sponsalia nulla sint, propter hoc q̄
 personae sunt illegitimae, tamen sunt vera, et valida secundum pre-
 sumptionē Ecclesie. Ob quod praestant impedimentum sequenti-
 bus sponsalibus, et matrimonio. Dixi in cōclusionē. Ignorantes
 impedimentum. Nam si contrahentes inter se scirent impedimē-
 tum: videtur q̄ non insurgeret tale. Quia talia nulla sunt, et secun-
 dum veritatem, et secundum presumptionē: vt si monachus in ha-
 bitu monachali alicui fidem de matrimonio contrahendo daret,
 re vera illa sponsalia, et nulla essent secundum veritatem, et secū-
 dum presumptionem. Similiter si duo consanguinei, seu affines in
 gradu prohibito contraherent omnibus astantibus, scientibus ta-
 le impedimentum, ibi nullum oriretur. Quod si de istis etiam inte-
 lligit summus Pontifex, quando dicit oriri impedimētum in sp̄o
 salibus contractis inter affines: sic tenendum esset, et si nulla ap-
 pareat alia ratio, nisi sola voluntas statuentis. Videtur tamen ra-
 tioni consonum: solum oriri quando impedimentum est ignotum.

Nota. ¶ Hanc cōclusionē tenet et Duran. et petrus de Palude in. 4.
 2.
 4. conclu.

Duran. d. 41.
Palu. ibi. q̄ Hanc sententiam tenet et Duran. et petrus de Palude in. 4.
 2.
 4. conclu.

¶ Sponsalia que sunt nulla propter defectum consensus: vt
 est furiosorum, et non consentientium nullum causant impedimentum
 publicae honestatis iustitiae. Sic expressē determinatum in. ca. vnico
 eodē m.

A eodē ti. li. 6. Ratio diuersitatis quare in istis que nulla sunt propter defectum consensus nō oriatur, benē tamen in alijs que etiam nulla sunt propter aliud impedimentum assignatur ab aliquibus. Quia illud quod est principalissimum in cōtrahendis sponsalibus et matrimonio: est consēsus, quo deficiente sponsalia nullius sunt efficacitē, nec in obligando ad contrahendum, nec in impediendo sequentem contractum. Existente autem consensu, et concurrēte quocunq; alio impedimento sponsalia nullius sunt efficacitē in obligando ad contrahendum propter impedimentum concurrēs. Sunt tamen efficacia ad impediendum sequentia sponsalia, et matrimonium in quantum causant publicę honestatis iustitiā. Habet equidem hęc ratio apparentiam, et discrimen, vt refert dominus de Palude. Quia vbi sunt sponsalia nulla, etiā ratio iuris naturalis, et iuris positiui: cōgruū est: imo necessariū, nullū causari se impedimentū, vt est in sponsalibus cōtractis, et nullis propter defectū consensu, cū illa nulla sint de iure nature. Attamen alia que sunt nulla solū de iure positiuo: vt est inter cōsanguineos, vel affines in gradu prohibito, merito causant impedimentū publicę honestatis. Sicut vbi nulla est professio de iure positiuo, et pollet voto simplici. Nā iure naturali obligatio naturalis oritur, quāuis impedire nō potest. Quemadmodum in contractibus rerum que nulla sunt iure civili oritur obligatio naturalis, quandoq; habens aliquos iuris effectus. Vbi verō non esset nec naturalis, nec civilis, sibi nullum haberet effectum. Sic in proposito.

¶ Tamen a luertere oportet. S. Tho. in 4. absolutē dicere, qd S. Tho. d. quomodo, quocunq; sponsalia sint nulla: hoc, vel illo modo, nullum impedimentum causant. Et verum dixit loquendo in lumine naturali, nisi esset determinatio Ecclesie. Que suo tempore non erat, sed post tēp. Bonifacius determinauit, qd illa que solū iure positiuo nulla sunt: vt est inter affines, et cōsanguineos, si adsit consensus causent impedimentum. Alia verō que nulla sunt propter defectum consensus: nullum causent.

¶ Circa istam quartam conclusionem est maximē notandum quod r iij

Nota.
quod
r iij

Ratio con-
clusio.
De cōsen-
su sup ar.
2 et pon-
nia de cōs.
De sponsa-
libus sup
ar. 16.

Palude v-
bis supra.

Post tēp
B Thomę
determina-
tio p Boni.
S. li. 6. c.
vni, d spō.

Palud. d. quod notat do. de Palude, & bene, verã. f. esse conclusiõẽ, quando A
 41. 7. 2. sponsalia sunt nulla propter defectum consensus apparentis: vt
 in pueris, & furiosis, & cõdicionaliter cõsentiẽtibus. Secus tamẽ
 est de sponsalibus nullis propter defectum consensus latentis: vt
 si quis sponsalia contraxit verbis, exterius exprimendo cum ali-
 qua, sed tamen interius non consensit, sed protulit, volens decipe-
 re, tunc in foro conscientie illa sponsalia nulla sunt, quanquam ca-
 uent impedimentũ publicę honestatis iustitię. Quia illa sponsalia
 sunt presumpta vera ab Ecclesia, & tantum scandalum eset, si
 postea talis contraxit cum consanguinea sponse, etiam si non con-
 sensit interius, sicut si cõsensisset. Et quia Ecclesia voluit isto im-
 pedimento scandalum vitare, consequenter videtur dicendum,
 q̄ ex talibus sponsalibus oriretur impedimentum. Patet manife-
 stẽ ex locq̄, Ecclesia condemnabit eũ ad matrimonium contra-
 hendum, & obligatum iudicabit. Et ad hoc est argumentum. Con-
 trahẽs enim cum secunda, volens decipere, & non contrahere, fit

Qd̄ Eccle. bigamus. Ergo a simili. Talis qui non intendit sponsalia contrahere, B
 nõ præcipi re, & si exprimat consensum, oritur tale impedimentum. Hęc
 actus ite est sententia do. Palu. Et qd̄ cõformit̄ ad ea q̄ dicta sunt. Nã Ec-
 Dur. in. 4. clesia presumat vera esse huiusmodi sponsalia, quia non iudicat q̄
 d. 15. q. 12. occultis, sed de manifestis. Et per manifesta iudicat verum esse
 Palu. d. 13. consensum.
 Et cõ opi.
 Contra A.

aria, quoli.
 S. Medi.
 tracta. 6.
 de peni. Fi
 gi. cam-
 pen. lib. 6.
 Eccle. hie
 14. ca. 16.

ARTICVLVS 52.

Vtrum oriatur publica honestas quan-
 do parentes loquuntur pro filijs.



Veritur. Vtrum si parentes loquantur pro fili-
 is, ipsis filijs non exprimentibus consensum
 oriatur impedimentum publicę honestatis iusti-
 tię. Merito. dubium venit determinandum, cum
 frequenter eueniat apud istos neobitos q̄ parẽs
 tes, vel cognati loquantur de matrimonio, ipsis tacentibus...

¶ Proo

A ¶ Pro debita quæstionis solutione oportet notare: posse contin-
gere hoc, vel quia parentes contrahunt sponsalia pro filiis pube-
ribus, vel impuberibus. Notabi, p.

¶ Item. Vel quia non contrahunt parentes, sed alij cognati p-
ipsis iuuenibus. Vel nec cognati, nec parentes, sed ipsi qui presunt
illis, vt sunt illi qui eos habent sub tutela ad exigendum tributum.
¶ præcipiendum alia seruilia opera. 2. notabi.

¶ Potest etiam contingere q̄ istis sponsalia promittentibus;
ipsi adolescentes non intelligant, vel si intelligant, q̄ non consen-
tiant, neq̄ dissentiant, vel q̄ contradicant. 3. nota.

¶ Parentibus contrahentibus sponsalia, siue pro puberibus, si-
ue impuberibus, non oritur huiusmodi impedimentum publicæ ho-
nestatis iustitiæ, si ipsi filij ignorauerint huiusmodi sp̄salia. Pro-
batur ex expressa determinatione in. 6. eodem ti. c. vnico. Ratio
est. Ad hoc q̄ verè oriatur hoc impedimentum, requiritur q̄ spon-
salia sint vera, vel præsumpta talia, sed quantumcunq̄ parentes
sponsalia contrahant pro filiis, si ipsi filij ignorant, quandiu igno-
rant non sunt vera sponsalia. Quia deficit consensus. Nam nihil
volitum, quin præcognitum. Ergo vbi non est scitētia, nec potest
esse voluntarium, quod requiritur ad sponsalia. Nec habentur tā
q̄ sponsalia præsumpta. Nam vbi nulla est filiorum scientia, non
presumuntur sponsalia. Quarè sequitur q̄ non oritur tale impedi-
mentum. 1. conclu.

B ¶ Parentibus contrahentibus sponsalia pro filiis, siue pube-
res, siue impuberes sunt, ipsis ignorantibus, si post scientes: eadem
sponsalia ratificauerunt tacitè, vel expressè: oritur impedi-
mentum publicæ honestatis iustitiæ a tempore ratificationis. Ista cō-
clusio est etiam expressa in. c. allegato supra. Ratio cuius ē. Vbi
cunq̄ sunt vera sponsalia oritur hoc impedimentum, sed quando
filij ratificauerunt factum parentum, vera fuerunt sponsalia.
(vt constat ex dictis) Ergo tunc fuit ortum tale impedimentum.
Patet. Quia ratificatio sponsalium præcedentium est consensus in
ipsis sponsalibus, sed hoc sufficit ad sponsalia. Dixi tamen, q̄ tūc
a. tem.

Ratio.

Aristo, 3.
de anima.
Texto cō.

39.

2. conclus.

Ratio.

atempore talis ratificationis oritur impedimentum: quia cum ante non fuerint vera sponsalia, cum defuerit consensus, non ortum est impedimentum, sed tunc oritur, quando aduenit de nouo. Dixi Si ipsi filij ratificent factum expressé, vel tacité. De expresso consensu non est dubiū, sed de tacito posset esse. Pro quo sit. 3. conclusio.

3. conclu. ¶ Ad hoc q̄ tacité consensisse dicantur filij in sponsalibus contractis a parentibus: sufficit si interius consentiāt in mente, & exterius non contradicant.

1. ratio. ¶ Ille dicitur tacité consensisse: qui alio loquente ipse interius consentit, vt patet in communi vsu loquendi, licet verbis non exprimatur consensus. Sequitur ergo q̄ ad tacitum consensum sufficit interior assensus.

2. ratio. ¶ Item. Sicut nos supra (quando de matrimonij consensu agebamus) diximus Ad matrimoniam sufficit si vno exprimēte consensu alter interius consentiat, ergo a fortiori in sponsalibus ita erit, q̄ parentibus exprimentibus pro filio, & ipso interius consentiente: erunt vera sponsalia quantum ad Deum, immo & quantum ad Ecclesie presumptionem, si exterius non contradicat. Quia si contradiceret, licet sponsalia essent quantum ad Deum, non tamē quantum ad Ecclesie presumptionem. Pro quo sit. 4. conclusio.

4. conclu ¶ Si parentibus contrahentibus sponsalia pro filiis: ipsi filij postq̄ sciuerint, interius consentiant, verū exterius contradicāt, nō oritur impedimētū publicę honestatis iustitię. Patet ex illis que diximus, et que doctores affirmant. Illa sponsalia Ecclesia iudicat esse nulla, et inualidat, quia exterius expressum dissensum Ecclesia cognocens, tanq̄ nulla debet reputare. Si ergo iudicat sponsalia nulla, etiam iudicat liberē hūc posse contrahere cum consanguineis illius sponse. Nam eo q̄ iudicat nulla, et determinat non ortum fuisse impedimentum publicę honestatis iustitię, vt patet in c. allegato. Vbi expressé dicitur, q̄ si sunt ipsa sponsalia nulla: quia deficit consensus (vt est in furiosis, & paruulis ante septennium) quod nō oritur impedimentum. Clarum est q̄ Ecclesia sic determinās, intelligit q̄ vbi nulla probantur sponsalia

1. ratio. ¶

lia; nec impedimentum oritur, sed hic nulla probantur ab Eccle-
Asia, vbi exterius ostenditur dissensus, etiamsi sit interior assensus
ergo nullum oritur impedimentum.

¶ Probatur ad huc. Si hoc oritur impedimentum ex huiusmodi ^{2. ratio.}
sponsalibus ex eo esset, quia verè sunt ipsa sponsalia: quantum ad
Deum, licet Ecclesia esse nulla iudicet, sed non propter hoc ori-
tur. Quia licet ipsa essent nulla quantum ad Deum, sunt tamen
presumpta quantum ad Ecclesiam, vt in illo qui exprimit consen-
sum, sed intus dissentit oriretur hoc impedimentum, vt supra pro-
bauimus, et non ob aliud nisi quia Ecclesia presumat ea esse spon-
salia. Ergo sequitur qd impedimentum oriri, vel non: non pendet
ex hoc qd sint vera, vel nulla sponsalia quantum ad Deum, sed so-
lum pendet ex hoc qd sint ab Ecclesia presumpta sponsalia. Cum
ergo illa ab Ecclesia non sint presupta vt talia: non oritur impe-
dimentum publice honestatis iustitię.

¶ Confirmatur. Impedimentum hoc (vt supra diximus) non
est de iure naturali, nec de iure diuino, sed solum de iure canoni-
co, ergo tantum habebit vigoris, quantum constat ex iure canoni-
co. At, secundum ius canonicum nullum impedimentum talis incu-
rrit, cum liberè ei facultas concedatur ducendi consanguineam
illius quam exprimit nolle in sponsam; ergo sequitur qd nullum ta-
le insurgit impedimentum.

¶ Fortè aliquis ingeniosus instabit contra hæc. Tunc enim
Ecclesia decipitur in tali iudicio; putans hunc non consentire. Ob-
id cum eius sententia fundetur in falsa presumptione: videtur qd
in veritate insurgat impedimentum.

¶ R. quòd eodem modo quando quis verbo consentit, et mē-
te dissentit; decipitur Ecclesia iudicans sponsalia, ita dicimus
impedimentum oriri, quia sic determinat. Tamen in isto, 2. quan-
do non iudicat sponsalia esse, eo qd sit expressus dissensus licet de-
cipiatur, non tamen impedimentum oritur. Quia non sic definit, <sup>Vbi sunt
presump-</sup>
vt tunc oriat. Et tandem ratio differentię clara est ex eo quòd ha-
bita ^{ta spon-}
vbi cumq; fuerunt presumpta sponsalia, licet non vera: vult impe-
dimentum.

dimentum hoc oriri, tamen non ubi nullo modo sunt presumpta, A
 et si essent vera. Tunc quidem illa solum manent sponsalia, non se-
 cundum iudicium Ecclesie, sed solum secundum ius nature, et di-
 uinum, secundum quod non oritur tale impedimentum.

5. conclu. ¶ Si ipsi infantes ante septennium, vel parentes pro ipsis spon-
 salia contrabant, et ipsi post septennium non explicent verbo, vel
 facto se in eadem voluntate permanere, in qua ante non oritur i-
 pedimentum publice honestatis iustitie. Conclusio est expressa in
 1. ratio. c. supra allegato. Cuius ratio hec est. Vbi non sunt vera sponsa-
 lia, nec presumpta ab Ecclesia: ibi nullum oritur impedimentum
 publice honestatis iustitie, sed sic est in proposito, quando infan-
 tes sunt minores septennio, quod non habent consensum, quo possint vera
 facere sponsalia, et postea non ostendunt talem voluntatem (ut
 supponimus) ergo non sunt vera, nec presumpta vera. Immo sunt
 ab Ecclesia annullata. Sequitur ergo quod non oritur tale impedimē-
 tum. Dixi in conclusione. Nisi verbo, vel facto consentiat de nouo.
 Nam non sufficit diuturnitas temporis ad hoc, ut ibi declarat glo. et
 sic sonat textus, sed requiritur quod preteritum consensum explicet
 verbo, vel facto. Verbo autem explicatur (ut ibidem Glo.) quan-
 do ipsi post septennium vocant se sponso. Et facto, quando dona
 adiuicem dant, et recipiunt: sicut iocalia, vel quid simile, quod
 consuetum est inter veros sponso. Vel si simul iacent, et deosculen-
 tur. Ex istis quidem factis per virtutem consensus precedentis ve-
 rificatur, et exprimitur consensus de nouo: et tunc causatur im-
 pedimentum publice honestatis iustitie, ut ibidem expressum est.
 Quia tunc sunt presumpta sponsalia ab Ecclesia. Si tamen non fi-
 at expressio consensus de nouo, verbo, vel facto, nullo modo ori-
 tur tale impedimentum publice honestatis iustitie.

6. conclu. ¶ Parentibus contrahentibus sponsalia pro filiis. ipsis presentibus, si ipsi filij nec dissentiant, nec consentiant, nec contradicant, sed taceant, oritur impedimentum publice honestatis iustitie. Conclusio est expressa determinata in c. supra allegato. Cuius verba sunt hec. Porro ex sponsalibus quae parentes pro filiis puberibus, vel im-
 pber i

Apuberibus plerunq̄ contrabunt: ipsi filij si expresse consenserint, vel tacite: vt si presentes fuerint, nec contradixerint: obligantur ei ex eis oriē iustitia publicę honestatis. Hęc ibi. Ratio potest esse, ad conclu. Ex quo enim parentibus incumbit cura filiorum, quā diu sunt sub tutela parentum, & ipsi tanq̄ procuratores filiorum: ipsi filijs presentibus tractant sponsalia, si filij non contradicant: videntur approbare factum parentum, . Et sic Ecclesia iudicat eos obligatos ad id. Ob quod oritur impedimentum hoc.

Ratio.

¶ Sed tamen hic aduertendum, q̄ licet ita sit sicut determinatum est, quantum ad hoc q̄ impedimentum oritur, non tamen ob hoc solum q̄ non contradicant, sponsalia sunt quantum ad forum conscientię. Nam (vt nos supra diximus) ad hoc q̄ corā Deo sit obligatio, necessario requiritur consensus, nec sufficit non habere expressum disensum. Verum est tamen, q̄ hęc sunt sponsalia quantum ad Ecclesię presumptionem. Eo enim q̄ non contradicit, presumit Ecclesia consensum. Tamen si verē non fuit: non

Cōsiderandum.

B erunt sponsalia quo ad Deum, quousq̄ talis sit consensus. **7. conclu.**

¶ Non solum parentibus contrahentibus sponsalia pro filijs, et ipsis presentibus, non contradicentibus: oritur impedimentum publicę honestatis iustitię, sed etiam alijs consanguineis contrahentibus in defectu parentum oritur similiter. Quia vbiunq̄ sūt sponsalia presump̄ta vera ab Ecclesia: ibi oritur hoc impedimentum, sed sic est, q̄ in casu quo alij consanguinei loquuntur pro paruulis: est presump̄tum sponsalium, vt supra determinauimus, ergo verē oritur impedimentum. Probatur minor, q̄ ibi sit presump̄tum. Quia consanguinei alij vicem habent parentum in defectu parentum. Ergo sequitur q̄ presumuntur sponsalia. Si cut quando loquuntur ipsi parentes, licet quantum ad deum non sit nisi per consensum interiorem.

Ratio.

¶ Si apud aliquos sit consuetum vt contractum sponsaliorū, **8. conclu.** vel matrimonij contrahant non parentes pro filijs solum, vel consanguinei pro consanguineis, sed alij qui presunt rei publicę, vel qui presunt illis pro quibus contrabunt, si sponsalia celebrentur ipsis

Ratio.

ipsi presentibus, pro quibus contrahunt, & non contradicentibus A
 oritur impedimentum publicæ honestatis iustitiæ. Probatur ex
 textu, et ex iam dictis. Oritur quidem impedimentum si parentes
 contrahant, vel consanguinei pro filiis: non ob aliud nisi quia ad
 eos spectat cura, et tutela parvulorum, ergo etiam orietur impe
 dimentum in casu conclusionis. Nam non minor cura ex consuetudi
 ne, et modo suæ politiæ incumbit domino, vel magistratui respectu
 suæ politiæ, quam incumbit patri respectu suæ familiæ, ut experientia
 constat apud incolas huius noui orbis. Immo nulla incumbit paren
 tibus, nec ipsi curam habent de proprijs filiis, sed potius qui præest
 Sequitur quod si insurgit parentibus loquentibus, et filiis non contra
 dicentibus, insurget etiam ipsis maioribus loquentibus pro paruulis
 suæ familiæ, si ipsi paruuli non contradicant. Hæc conclusio po
 sita est propter neophitos, qui degunt per familias, et vnus præest
 vni familiæ, et ipse habet merum imperium, et omnem curam om
 nium illorum qui sunt in familia. Sic habet eorum consuetudo, et
 politiæ modus, etiam post fidem susceptam. Videtur ergo quod hu
 iusmodi loquentibus pro paruulis ipsis presentibus, et non contra
 dicentibus, ex sponsalibus tale oriatur impedimentum. Hæc di
 xerim, quia quantum ad presumptionem Ecclesiæ iudicabuntur
 sponsalia. Nec obstat quod textus solum loquitur de parentibus, et
 non de alijs. Quia iam nos diximus in defectu parentum in
 telligi de consanguineis. Similiter intelligi potest de istis patri
 bus familias, quod possunt intelligi sub nomine parentum. Quia
 talibus incumbit ipsis paruulis prouidere in matrimonio. Et qui
 dem potest hoc optime fieri secundum leges suas, et mores in quibus
 tum matrimonium est quidam contractus necessarius in politia
 ad conseruationem cõmunitatis. Ob quod possunt isti pa
 tres familias (licet non sint parentes) curam gere
 re traddendi nuptui paruulos, et in
 eundi huiusmodi con
 tractum matri
 monialem.

¶ Ar

ARTICVLVS 53.

Utrum oriatur publica honestas ex sponsalibus conditionatis.



Pro complemento huius impedimenti restat disserere. Utrum hoc impedimentum etiam oriatur in sponsalibus contractis sub conditione. Nam hucusque loquuti sumus de contractis absolute, et cum certa persona. Sed potest contingere quod licet sint absoluta, non sit cum determinata persona, sed sic in confusso: ego capiam in uxorem unam ex filiabus non signando quam. Vel unum ex filiis, non signando quem. His suppositis sit. *1. conclusio.*

Ex sponsalibus sub conditione contractis nullo modo oritur impedimentum publicæ honestatis iustitię, vsq̄ dum adimpleta sit *1. conclusio.*
B conditio, dummodo conditio non habeatur pro non adiecta. Hęc conclusio patet ex. c. Ex sponsalibus in. 6. de sponsalibus. Cuius verba sunt hæc.

Ille verò qui sponsalia cum aliqua muliere contraxit sub conditione, si postmodum ante conditionis euentum cum alia prioris consanguinea contraxit per verba de presenti, cum. 2. remanere debet, cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem sicuti consensum non habentibus, et incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur. Hęc ibi. Ratio huius capituli est. Impedimentum enim non oritur nisi quando sunt tanq̄ vera iudicata sponsalia, sed nunq̄ conditionata sponsalia sunt iudicata vera ante aduentum conditionis (vt constat) ergo nunq̄ insurgit tale impedimentum, vsq̄ dum conditio adimpleatur. Quia quando adimpletur: tunc incipiunt esse vera sponsalia, et oritur impedimentum. Vnde patet q̄ si ante conditionem adimpletam contrahit cum sorore eiusdem primæ sponsæ: stabit cum. 2. et non cum prima: ex quo ex primis sponsalibus nullum fuit ortum impedimentum. Dixi in conclusione. Nisi conditio habeatur pro non adiecta.

Verba textus.

Ratio conclusionis.

ta. Et quia tunc habentur tanquam si essent absolute contracta: sic A
 oritur impedimentum publicæ honestatis iustitię. Pro quo sit. 2.
 conclusio.

2. conclu. ¶ Ex sponsalibus contractis sub conditione impossibili, vel
 turpi, & non contra bona matrimonij: vt si quis dicat: ducam te
 in vxorem, si cælum digito tetigeris, vel si hominem occideris: o
 ritur ante aduentum conditionis impedimentum publicæ honesta
 tis iustitię. Nam vbi sunt sponsalia absolute contracta oritur ta
 le impedimentum (vt supra dictum est) sed ista sic contracta sub
 istis conditionibus sunt absolute contracta. Quia habentur condi
 tiones, ac si non essent adiectę: vt patet Extra de cõditio. ap̃o.
 c. vltimo.

1. ratio.

2. ratio. ¶ Ibi insurgit hoc impedimentum, vbi Ecclesia iudicat vera
 esse contracta sponsalia, sed quando quis contrahit cū conditione
 turpi, vel impossibili, absolute Ecclesia iudicat contracta esse sp̃o
 salia, ergo insurgit impedimentum. Et quidem quod sic iudicet pa
 tet ex textu. Iudicat enim matrimonium si fiat per verba de præ
 senti cum tali conditione, quanto magis iudicabit esse sponsalia?
 Dixi in conclusione. Nisi conditio sit contra bona matrimonij. B
 Nam tunc vitiat contractum, et nullum est impedimentum, cum
 sponsalia sint nulla ex determinatione Ecclesię, ibidem.

3. conclu. ¶ Sponsalia contracta sub conditione quę subintelligitur:
 etiam si non exprimatur ipsa expressa: non causatur impedimen
 tum, vsque dum constet de conditione, tamen tacita statim oritur
 publicæ honestatis iustitia. Verbi gratia. Si aliqui sponsalia con
 trahant sub hac conditione: ego contraham tecum: nisi sit contra
 iura, vel nisi displiceat Deo, vel Ecclesię, licet tales conditiones
 tacite subintelligantur, et si non exprimantur faciunt sponsalia
 absoluta, et sic ex eis oriatur impedimentum: tñ si exprimantur:
 faciunt conditionatū, et non causant impedimentum nisi adueniē
 te conditione. Quare si inter tales fuerit inuentum impedimentū
 poterit talis absolute contrahere cum cõsanguinea primę sponse.
 Probatur. Vbi non sunt vera, seu presumpta sponsalia: non ori
 tur

Ratio.

A tur impedimentum, sed ante aduentum illius conditionis expressse non sunt iudicata sponsalia ab Ecclesia, ergo non causant impedimentum vsq̄dum adimpleatur conditio. Istam conclusionem tenet Hostien. in. ca. Ad audientiam, de sponsa. Et Io. An. in. 6. ca. vnico, de sponsali, et alij iuriste.

Hostien.
104. An

¶ Qd̄ etiam approbat Siluester in summa. Ratio quare non oritur tale impedimentum, solum est: quia in talibus sponsalibus deficit consensus absolutus, sine quo sponsalia non inferunt publicam honestatem.

Siluest. ma
rimo. 8.
S. 10.

¶ Sponsalia contracta cum incerta persona: vt sic: ego ducam vnā de filiis tuis. Vel si sit mulier: ego ducam vnū de filiis tuis, supposito q̄ talis plures habeat, non causant impedimentum publice honestatis iustitiæ. Hęc est expressse determinata in. 6. ca. allegato, vbi dicitur, q̄ tunc oritur impedimentum quando est consensus purē, ac determinatē cum aliqua. Sequitur ergo q̄ si non sit determinatē cum aliqua, sed in determinatē (vt

4. conclu.

B in casu) non insurget tale impedimentum. Sic Io. An. ibidem intelligit textum. Et probatur ratione sic. Vbi nulla sunt sponsalia, etiam quantum ad iudicium Ecclesie, non oritur tale impedimentum, sed in casu ita est, q̄ talia sponsalia sunt nulla. Quia vel sūt aliqua, et certa, cum omnibus simul. Hoc non potest esse. Quia repugnat. Vel si cum aliqua vna sola signetur, illa non erit aliqua ratio quare potius cum illa signata, q̄ cum alia, ergo vel cū omnibus erunt sponsalia contracta simul, vel cum nulla, sed non cum omnibus, ergo cum nulla. Sequitur ergo nulla esse sponsalia. Sic q̄ nullum oriri impedimentum publice honestatis iustitiæ.

104. An.

Ratio.

¶ Ex hoc sequitur manifestē, q̄ talis sic sponsalia contrahens in incertam: posset ducere in sponsam, vel vxorem, consanguineā istarum, in quas in incertum consenserat. Patet ex, conclusione. Nam si ex prioribus sponsalibus nullum ortum est impedimentū, non obstat quominus possit contrahere cum qua voluerit.

Coroll. p.

¶ Etiam sequitur, quod in isto impedimento ad libitum poterit Papa dispensare, cum solum sit ex iure positiuo.


Coroll. 2.

¶ Ar

f

ARTICVLVS 54

De cognatione spirituali.



Am sequitur tractemus de cognatione spirituali, que quidem insurgit ex propagatione spirituali. Nam sicut ex carnali propagatione insurgit vinculum quodam naturale, sic etiã suo modo ex spirituali propagatione insurgit vinculum quodam modo naturale, quod dicitur co-

gnatio spiritualis. Quemadmodum enim homo per generationem carnalem accipit esse naturale, seu nature, sic per regenerationem spiritualem accipit esse gratie. Eo etiam pacto quo per carnalem generationem generatus contrahit vinculum cum parentibus, quod est cognatio carnalis, sic per generationem spiritualem cum dante sacramentum, per quod fit talis generatio spiritualis, qui Dei personam representat, tanquam pater. Etiam contrahitur vinculum cum tenente, qui representat matrem spiritualem. s. Ecclesia. Et hoc est cognatio spiritualis. Vnde sic diffinitur. Cognatio spiritualis est proximitas quedam personarum, proueniens ex datione sacramenti, vel tentione ad illud.

Quid cog-
natio spiri-
tualis.
Nota.

¶ Notandum preterea quod solum per illa sacramenta istud vinculum causabitur, que verè generationem causant spiritualem. Et sic ex carnalibus, et sensibilibus capiendo similitudinem, declarabimus istam spiritualem cognationem. ¶ In carnali generatio-

ne tria sunt. Primum, quod disponit ad ipsam generationem, s. seminum comixtio. Secundum est, ipsa generatio, que est fetus animatio. Tertium est huius generationis manifestatio, que est quando fetus iam apparet egressus matris vterum. Sic similiter, in generatione spirituali tria consideranda sunt. ¶ Primum. Dispositio ad ipsam regenerationem, que fit per catechismum. Vbi disponitur homo regenerandus in vita spirituali per professionem credulitatis, et fidei expositionem, simul et baptismi desiderium. ¶ Secundum est ipsa regeneratio, que fit per actualem susceptionem baptismi. Tunc enim

Aenim regeneratur homo, Christo dicente, tales renasci aqua, & 10a. 3. spiritu sancto. ¶ 3. est ipsa manifestatio regenerati, q̄ fit per sacramentum confirmationis, per quod homo vngitur tanq̄ Dei atleta, & in publico ponitur ad manifestandam, & confitendam veram fidem absq̄ pauore aliquo. In omnibus istis tribus, & ex quolibet seorsum oritur vinculum, quod dicitur cognatio spiritualis, & ex nullo alio sacramento, cum per nullum aliud trabatur similitudo generationis spiritualis, que fit per gratiam, ex qua oritur ista cognatio spiritualis.

¶ Sed tamen licet ita sit, q̄ ex tribus istis oriatur, differenter tamen. Nam ex primo. s. catechismo, quia solum est dispositio ad regenerationem, debile oritur vinculum, sic: vt solum impediatur contrahendum, & non dirimat contractum. Verum in alijs duobus. s. baptismo, & confirmatione, quia plena fit regeneratio, plene & fortissimum oritur istud vinculum, vt impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat iam contractum. At vero quia melius poterimus singula percipere, si singula distinguamus. De catechismo liber primo aliquid loqui, de quo plene poterit qui voluerit videre supra de impedimento catechismi. Sed omnia que supra. ar. ibi late diximus, sub breui comprehendentes. fit. 1. conclusio. 22.

¶ Per catechismum qui precedit baptismum. i. per illam fidei protestationem, & baptismi promissionem solum, & per nihil aliud, quod baptismum precedit oritur istud vinculum, quod impedit contrahendum, sed non dirimit contractum. Volo dicere in conclusione, q̄ non contrahitur per exorcismum, non per saluam, non per salem, non per crucem, non per oleum, sed solum propter catechismum. i. propter illam fidei instructionem, que precedit ipsum baptismum. Et probatur. 1. q̄ per catechismum. Est expressus textus in. 6. eodem ti. Per catechismum. Et extra, eodem ti. c. Contracto. Sed q̄ per catechismum solum illud intelligatur, patet ex vi nominis vocabuli. Nam catechizari, idem est quod instrui. Sed adhuc clarius ex S. Tho. Ricardo, & Durando Per hoc contrahitur impedimentum in catechismo. Quia est quodammodo ibi q̄

dam
s ij

S. Tho. d.
42.
Ricardo
ibi.
Durando

- dam generatio spiritualis, licet imperfecta, que dispositio est ad **A** perfectam, que quidem non fit per sputum, nec per sal, nec per oleum, sed fit per fidei professionem, et instructionem. Iustus enim ex fide uiuit. Sine qua quidem impossibile est placere Deo. Sequitur ergo quod per solam istam fidei expressionem contrahitur, et non per alia. Hoc expresse tenet. S. Tho. vel ego non intelligo illum. Quod si contrarium dicentes non sic intelligant doctorem sanctum, non poterunt non intelligere Durandum, qui expressissime tenet, per nullum illorum que baptismum precedunt impedimentum hoc casuari, nisi solum per fidei protestationem, quod nos vocamus catechismus. Et sic respondet ad textum, qui contrarium sonare videtur, sicut et nos iam supra soluimus. Unde non placet dictum domini de Palude dicentis, quod quando dicitur per catechismus oriri impedimentum, debet etiam intelligi, et per exorzismum.
- Ad hebreos 11.**
Ad Romanos 1. pri.
Duran. d. 41.
Distu Palu. non placet in. d. 41. q. pri. conclu. 2.
Confirmatio.
Glossa.
3. conclu.
S. Tho. d. 42.
Ricardus Duran.
Confirmatio.
- ¶ Et probatur contra ipsum confirmando conclusionem ex regula iuris. Fauores quidem ampliandi sunt, et odia restringenda, sed quod insurgat hoc impedimentum est maxime odiosum, ergo restringendum. Si restringendum, et textus solum dicit per catechismus, quorsum ergo et ad exorzismum debet extendi: Sic glo. super c. allegatum in. 6. dicit, quod catechismus est instructio, que fit communiter ante fores Ecclesie, ubi interrogatur de articulis fidei. Et addit. Et proprie deberet fieri solis adultis.
- ¶ Probabile valde est si solum fieret catechismus sine baptismo (quia forte ante infans baptizatus est sine solemnitate) quod non insurgit per tale catechismum aliquod impedimentum inter tenentes, et cathetizatum, et parentes ipsius. Probatur ista conclud. ex dictis. S. Tho. Ricard. Durandi, et aliorum. Ob hoc oritur impedimentum hoc in catechismo, quia est quedam preparatio ad perfectam regenerationem, que fit in baptismo, sed quando iam puer est baptizatus, non est talis preparatio, cum regeneratio facta sit, ergo non videtur quod oriatur tunc impedimentum.
- ¶ Si oritur hoc impedimentum: est ex determinatione Ecclesie in. 6. eodem titu. sed ibidem dicitur per catechismus, qui precedit

A cedit baptismum, ergo si sequatur (ponderando verba textus) Albertus non oritur tale impedimentum. Hoc videtur sentire Albertus mag^{d. 42. ar. 5. ad. 6.} nur, vt supra dictum est, ar. 22.

¶ Adbuc arguo. Illa que sunt odiosa restringenda sunt, et non amplianda. Cum ergo loquatur textus de catechismo, qui prece dit baptismum, videtur q non prestet impedimentum. Et sic probabiliter posset teneri conclusio predicta, licet contraria teneant graues doctores, inter quos magister sententiarum.

¶ Sed anteq̄ vltra progrediamur in isto impedimento, opere precium erit scire. Vtrum impedimentum quod cognatio spiritu alis dicitur, impediatur matrimonium ex iure diuino Evangelico, quandoquidem ex iure naturali constat, et diuino veteri, non esse cum in lege naturali, nec in veteri fuerit baptismus, aut confir matio. Attamen, quia ista fuerunt a Christo instituta in lege noua refert scire. Vtrum istud impedimentum, quod oritur ex huius modi sacramentis, sit ex iure diuino, vel vtrū sit ex Ecclesie sta tuto. Pro solutione sit. 3. conclusio.

B ¶ Istud impedimentum quod cognatio spiritualis dicitur, que impedit contrahendum, et dirimit contractum, que causatur in baptismo, et confirmatione: non habet in pedire hoc aliquo alio iure q̄ humano. Probat. Non impedit iure naturali, vt constat. Nec iure diuino veteri, cum tunc non fuerint talia sacramenta instituta. Nec iure diuino Evangelico. Patet. Nusq̄ in toto Euan gelio reperitur talis prohibitio facta, nec ab apostolis institutum. Ergo si impedimentum est, non est aliud q̄ ex iure humano, vt patet Extra eodem titulo, per multa capitula. Et in. 6. eodē titu lo. Ob quod summus Pontifex potest in omni tali impedimēto dis pensare prohibito.

¶ Cum per catechismum multo minus vinculum oriatur q̄ per baptismum, et confirmationem, quod solum impedit contra hendum, et non dirimit contractum, et solum ex iure positivo, non solum summus Pontifex potest in eo dispensare, sed etiam Episcopus. At verò cum hec clara ex dictis sint, transeo ad alia.

¶ Ar
s ij

ARTICVLVS. 55.

A

Inter quos sit huiusmodi impedimentum.



Am ergo ad particularia descendendo, impedimē-
tum declarantes ponimus, cōclusiones, quomodo sūt
tres species istius cognationis. Quedā dicitur pater-
nitas, seu maternitas spiritualis, cui respondet simi-
liter filiatio spiritualis. 2. dicitur compaternitas,
quę est inter patres inter se. 3. dicitur fraternitas, quę est inter
fratres spirituales.

1. conclu.

¶ Inter baptizantem, et baptizatum, tenentem, et ipsum bap-
tizatum, oritur ista cognatio spiritualis, quę paternitas dicitur,
per quam impeditur matrimonium. cōtrahere inter ipsos, et iam
contractum dirimit. Hęc conclusio probatur ex decreto Nicholai
30. q. 3. ca. Ita diligere. Et in. 6. eodem titulo. Cuius ratio est. ex si-
militudine generationis naturalis. Nam sicut ex eo q̄ aliquis aliū
generat: pater eius dicitur, et inter ipsum, et filium tale vinculum
oriē, sic pariformiter ex Ecclesię statuto ex regeneratione spi-
rituali quę fit per baptismum causatur ista paternitas ex parte
generantis, in ordine ad regeneratum. At, quia iste qui se habet
tanq̄ concurrēns actiue ad generationem est qui baptizat, simi-
liter et qui tenet infantem in baptismo. Sequitur q̄ vterq̄ ipsorū
sit tanq̄ pater, et sic baptizatus est filius vtriusq̄.

2. conclu.

¶ Hoc idē vinculum paternitatis oritur inter vxorē cognitā
a baptizante, et ipsum baptizatum, et inter vxorem cognitā a
tenente, et ipsum baptizatum, seu tenentem. Probatur ex expressa
determinatione in. ca. vnico. in. 6. eodem titulo. Et extra, eodem
ti. ca. Martinus. Horum ratio est. Quia postq̄ sunt per copulam
carnalē facti. vna caro (Christo dicente erūt duo in carne vna)
si vir efficitur pater tenentis, vel baptizantis, et similiter vxor
debet effici sic mater. Quia vna caro sunt ipsa, et vir eius. Hanc
rationem assignat textus allegatus in decretalibus. Quod intelligi-
tur si sit carnaliter cognita a viro. Nam aliis, non oritur tale

d. 42. in.

4. senten.

vin.

Vinculum, vt patet ex textu, qui dicit, q̄ oritur cum vxore carnaliter cognita, & intelligitur quod sit cognita ante talē baptis-
 mū. **I**sta cognatio spiritalis quę paternitas vocatur, licet descendat a viro in vxorem cognitam carnaliter, et ei cōmunicetur, non tamen ascendit ad patrem ipsius baptizantis, vel leuā-
 tis. Impedimentum quidem hoc, et ista cognatio (vt ex supra dic-
 tis patet) solum habet vim ex iure positiuo, et non aliudē. Ergo tantumdem insurget, quātum iniure determinatum est. At, in iure non est determinatum q̄ baptizans, vel tenens cōmunicet illam paternitatem patri proprio, vel matri, sed solum q̄ vxori cognite. Sequitur ergo q̄ non deriuatur ad alios. Vnde pater tenentis, vel baptizantis nullam habent cognationem spiritualem, nec vin-
 culum aliquod cum baptizato. Patet hoc. Quia ista cognatio nō pedimentum non habet gradus sicut consanguinitas, vel affinitas. Immo nec deriuatur ab vno cōiugū in alterū, si vnus fidelis, et alter infidelis sit.

B **L**icet ita sit q̄ paternitas tenēis in baptismo, vel baptizantis deriuatur ab ipso ad vxorem cognitam carnaliter, non tamen deriuatur ad mulierem cognitam illicito concubitu. Conclusio habet difficultatem propter diuersitatem opinionum. Probatur Impedimentum nō oritur nisi solum ex iure humano, vt diximus Ergo intantum insurget, in quantum constat expressum in iure. At in. 6. in eodem titulo solum est expressum de vxore cognita, ergo solū ad vxorē cognitā transit. Concubina autem, vel alia fornicariē cognita minimē vxor dicitur, sed concubina. Ergo ad ipsam sic fornicariē cognitam non extēditur tale vinculū. Oportet quidem in odiosis non aliquid addere, quod expressum non sit in iure, vel ex expressis euidenter, vel nimis apparenter sequatur. Et ita est, q̄ iura loquentia de huiusmodi cognatione, quę modo transit a viro in vxorem: loquuntur de vxore, et non de alijs mulieribus cognitis. Et vbi expressa mentio facta est in. 6. dicitur, cum vxore. Quorsum ergo extendendum hoc impedimentum est ad mulieres, quę non sunt vxores? Hanc conclusionem credo verā cum Ricardo, et Petro de palude, et cum Archa. et Ioan. And.

3. conclu.

Ratio.

tum non habet gradus.

4. conclu.

Imped. cog.

Spirit. non

transit ad

mulierem

illicito coi

tu cogni.

Ricar. d.

42.

Palud. ibi

q. pri.

et

f. iij

- 10a. An.** in.c. primo eodem titulo libro. 6. in Noue, et Panor. in. d. ca. Mar. **A**
Panor. tinus, vbi ait Panor, q̄ hęc est cōmunis opinio, et q̄ est notanda,
 licet do. Silueſter demente. S. Tho. contrarium aſſerat, qui dicit,
Silueſ. ma q̄ omnes quos allegauit tenentes q̄ non contrahitur cum concubi
tri. S. 7 na decipiuntur, non aſpicientes ad rationem legis. Quia (dicit
 ipſe) ratio quare vir in vxorem, vel e contrario, cognationem
 iſtam transfundat eſt: quia ſunt per cōnubium vna caro, vt patet
 per capitulum Sciſcitatur. 30. q. 4. Et per ca. Martinus, Extra
 eodem ti, ſunt autem vna caro per cōnubium, non ratione vinculi
 quod. ſ. coniungit animos, ſed ratione copule carnalis. Vnde glo
 in. d. c. Sciſcitatur, et in. d. ca. Martinus, exponit, per cōnubium. i.
 per carnalem copulam, allegans. ca. Agatboſa. 27. q. 2. vbi hoc
 expreſſe patet in fine. Quia igitur hęc ratio legis locum habet in
1. cor. 6. coitu fornicario. Quia q̄ adheret meretrici, vnū corpus effiditur
 cum ea, oportet et ibi locum habere, et legem. Hęc Silueſter. Qua
 ratione exiſtimat concluſiſſe intentum, et q̄ contrarium dicentes
 decepti ſunt. Miror de viro tam d. c. lo, q̄ hac ratione ſuffultus: **B**
 dicat tot viros deceptos. Et probat (bona venia ipſius) ex ſua ra
 tione, et ſuo argumento q̄ ipſe fuerit deceptus. Nam ſi propter
Ratio con tione, et ſuo argumento q̄ ipſe fuerit deceptus. Nam ſi propter
tra Silueſ. hoc q̄ naturaliter fit vna caro per concubitum fornicarium, ſi
 cut et per licitum inter coniuges deberet hoc impedimentum or
 ri, vel ab vno ad alium deriuari: ſequeretur q̄ quomodocūq̄ eſſet
 talis coniunſtio carnalis: ſi vinculu cōtraheret vnus, cōtraheret
 et alter naturaliter, ſecluſo alio precepto, ſed hoc eſt falſiſſimū.
 vt ipſemet Silueſter aſſerit, et omnes alij doctores. Sequella pro
 feſſo eſt manifeſta ex ſuis dictis. Quia illud fundat ſolū in natu
 rali coniunſtione. Quōd ſit falſum patet. Poſteſt enī eſſe q̄ vxor
 contrahat tale vinculum, et non vir carnaliter cognitus, et e cō
 tra. Patet. Si mulier habeat filium ex alio viro: contrahit vincu
 lum cum baptizante filium, vir autem ſuus non contrahit. Atta
2. ratio ad menſi deriuatio iſtius vinculi ſolū ratione copule, et coniunſtio
uerſus Sil nis deberet eſſe: contrahente vxore, contraheret et vir.
ueſtrum. ¶ 2. ſic ex ſuis dictis. Nam ſi tota ratio quare hoc impedimē
 tum

A tum deriuatur ab vno in alium est coniunctio carnalis, & hæc est naturalis: sequitur q̄ hoc impedimentum non esset purè humanum (sicut ipse fatetur) sed esset naturale. Hoc verò est falsum, vt supra diximus. Est equidem purè humanum, ex humana institutio ne vim habens. Sequitur ergo q̄ non habebit amplius quàm in iure sit expressum. Solum autem est expressum de vxore cognita, ergo non est opus extendere ad cognitam fornicariè. Et licet ita sit, q̄ ratio huius præcepti humani sumatur ex naturalibus, non tamen propter hoc non est purè humana constitutio. Ob id non sequitur q̄ si ratio legis inueniatur in coitu fornicario, q̄ & ibi inueniatur præceptum. Patet. Quia potest esse q̄ ratio cesset, i qua fundatur præceptum, & adhuc præceptum tenet, quemadmodum S. tho. 22. q. 147.
 & ieiunij præceptum fundatur in ratione naturali, vt quilibet habeat moderatas, & subiectas passiones appetitus insurgentes ex nimio cibo. Tamen potest esse q̄ ratio cesset circa aliquem, qui sic habet refrenatas: vt fortè non insurgant, vel si insurgant, debilit. S. tho. 22. q. 147.

B At, talis adhuc tenetur ieiunare. Ergo in simili, q̄ illa ratio legis concurrat, vel cesset, non facit ad hoc q̄ præceptum teneat, vel non, sed solum faciunt ad hoc verba ipsius præcepti. Possent & alia exempla adduci. Sed hæc sat sint.

¶ Existis sequitur, q̄ cognita illicitè ab aliquo, poterit matrimonio copulari, & cum tenente in baptismo filium illius cum quo fornicata est, & cum baptizante eundem: similiter. Hoc patet ex dictis. Nam cum nulla inter eos sit cognatio spiritalis, non est impedimentum ex hac parte. Corolla.

¶ Licet paternitas viri comunicetur vxori cognite, & e contrario: vxoris ipsi viro per actionem, quando vir, vel vxor tenet in baptismo, vel baptizant, non tamen comunicatur per passionem, quando ipsi non agunt aliquid, sed patiuntur. Declaro conclusi- S. conclu.
 onem exemplo, postea verò probabo. Sint duo vxorati legitimi, & vir habeat filios ex alia vxore, vel vxor ex alio viro, & alius teneat in baptismo, vel baptizet filium viri ex alia vxore, tunc talis vir est coniunctus cognatione spiritali illi, qui baptizauit Exempli ad declarationem.

zavit proprium filium, vel tenuit, sed tamen non ipsa vxor coniū A
 Et est. Vnde mortuo proprio viro, posset matrimonialiter coniū
 gi viro alteri, qui baptizavit, vel tenuit filium prioris viri. Hoc
 non ob aliud, nisi quia proprius vir nihil egit, sed passus est, quia
 alius baptizavit. Et ob hoc non transiuit ista cognatio ab ipso in
 vxorem. Probatur ex expressa determinatione. 30. q. 4. c. Qui
 spiritualem. Et per glo. ibidem. Et do. de Turre Cremata sic inte
 lligentem. Et c. 1. Extra, eodem tit. li. 6. Ratio ad hoc. Sufficere de
 bet voluntas sic instituentis, vt notat Panor in c. Martinus Ex
 tra, eodem titulo.

Glo.
 Tur. Cre.

Panor.

6. conclu.

¶ Baptizans, vel leuans de sacro fonte: nullo modo efficitur
 pater spiritualis, nec aliquam cognationem spiritualem contra
 bit, si ipse non sit baptizatus. Ista conclusio est contra Ange. et Ro
 selam. et glo. quandā. Probatur. Nō potest esse cognatus carnalis
 in generatione carnali, qui nondum est carnaliter natus, ergo asi
 mili in regeneratione spirituali non potest quis esse spiritualiter
 cognatus, qui non est spiritualiter renatus, sed non baptizatus: B
 nullomodo est spiritualiter renatus, ergo nullo modo contrahit
 paternitatem, licet baptizet, vel leuet. Secus tamen si esset hereti
 cus. Quia tunc benē contraberetur. Similiter et contraberetur si
 quis baptizatus teneret, vel baptizaret filium infidelis non bapti
 zati. Tunc enim non posset talis contrahere cum matre paruuli,
 etiam si cōuerteretur ad fidem. Archidia, et glo. in. ca. primo. 30.
 Ricardus. q. 1. p. st. S. Thom. et Ricardus. tenēt hoc.

7. conclu

¶ Ista cognatio spiritualis que paternitas dicitur: ex parte
 leuantis non causatur per assistentiam in baptismo, sed solum per
 tactum baptizati. Probatur. Quia omnia iura que loquuntur
 de huiusmodi paternitate, que causatur in matrimonio; dicunt q
 cōtrahitur p hoc q tener, vel per hoc q leuat de sacro fonte, qd fi
 eri non potest sine tactu, ergo ad hoc impediendum requiritur
 tactus. Et q nō sufficiat assistentia patet. Quia requiritur q leuet
 vel teneat, sed qui assistit non ob id quia assistit leuat, vel tenet, ni
 si tangat. Hęc est cōmunis opinio omnium. Archi. in. ca. 1. eodē ti.

Et

A Et. S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 15. §. 3. et Hërricus in ca. Veniens, eodem ti. Florenti.
tu. et Silues. in verbo matrimo. 8. impedi. 7. Henri.
Silues.

¶ Ex quo sequitur, q̄ etiam si plures vocati sint tanq̄ patri-
ni: vt alicubi honoris causa fit, q̄ si solus vnus tangat, alijs solùm
astantibus, cum viro illo solùm contrahitur cognatio spiritualis,
et illa paternitas. Sic S. Anto. 3. p. ti. 1. c. 15. §. 3. & Decius consi. 2. p. c. 6.
51. Et est tex. in c. Veniens, eodem ti. in 6. & glo. Et Prepo. in di
cto. c. Roma. in sing. 53. Et ob id non contrahit per procuratorē. S. 4.
Florenti.
Decius.

¶ Sed aduerte obsecro istum tactum sic requiri, non quòd im-
mediatè tangat carnes pueri, sed quòd tangat eum immediatè,
vel mediatè, mediatè vestimēto ei cōiuncto. Et sic cōmuniter dici
solet, q̄ talis aliū tangit, quando vestimentum quo alius operitur
tangit. Hęc omnia cōmuniter concedunt doctores. Glossa.
Preposi.

¶ Ex quo sequitur apertè, q̄ licet non plures q̄ vnus sit adbi- 2. Corolla
bendus patrinus in baptismo: De cōsecra. d. 4. Non plures, tamen
B si plures adhibeantur, et omnes tangant, cum omnibus contrahi-
tur cognatio spiritualis, & omnes sunt patres spirituales baptiza-
ti, vt patet in. 6. eodem ti.

¶ Qui leuando de fonte puerum tangit, & non respondet, ne S. conclu.
patrinus efficiatur: licet per talem actum non intendat fieri pa-
trinus: verè efficitur pater spiritualis, & oritur cognatio spiri-
tualis. Probat. Facit quod est de essentia illius paternitatis. s. tā
gere in baptismo, ergo licet non respondeat: verè erit pater spiri-
tualis. Responso quidem non est de essentia, sed solùm tactus, vt
diximus. Hoc tamen intellige, dummodò intendat facere q̄ patri-
nus solet facere, licet ipse non intendat esse patrinus. Sic Archi-
& Pisana. & Panor. in c. si. Extra, eodem ti. Idem dicendum de
illo qui baptizat, & vult baptizare, licet ipse non intendat esse
pater spiritualis. Nec obstat ius ciuile in l. Consensu. Et l. In omni
bus negocijs. ff. de actio. & obli. g. Quia iste leges habent veritatē
quando nihil voluntariè fit. Hic autem licet iste nolit esse compa-
ter, tamen vult baptizare, vel tenere, quod sufficit ad hęc cogna-
tionem spirituales.


Ratio.

Archidi.
Pisana.
Panor.

¶ Ex:

- Coroll. p.** ¶ Ex ista cōclusionē sequitur determinatio cuiusdam dubij. *A*
 Vtrum si aliquis apud istos non pretendat esse patrinus, tamen
 respōdeat vt patrinus, et leuet, vcl tangat in baptismo: teneatur
 vt patrinus. Aperta est solutio ex cōclusionē. Talis quidem tene-
 tur ad omnia vt verus patrinus, licēt ipse non pretēdat. Eo enim
 quōd voluit ea agere, quę veri patrini agere solent: obligauit se,
 sicut alij patrini obligantur. Quōd si id quod maius est inest, nece-
 sario inerit quod est minus. Volo dicere. Si ex tali casu oriē cog-
 natio spiritalis, quod est maius, a fortiori et oritur obligatio ad
 alia quę sunt minora, quę conueniunt patrino.
- Dillutio.**
- Aris. 2.**
Topi., c. 4
- 2. coroll.** ¶ Sequitur ēt ex dictis, q̄ si quis respondeat, et fingit se tange-
 re in baptismo, et non tangat, q̄ non est verē patrinus, nec oritur
 talis cognatio spiritalis per talem actum. Patet ex dictis. Quia
 ad hoc quōd oriatur tale impedimentum, requiritur quōd faciat
 id quod est de essentia patris spiritalis, sed de essentia est vt tan-
 gat (vt constat ex dictis) ergo si non tangit, licēt fingat: non ori-
 tur ista cognatio spiritalis, nec aliqua obligatio. Sic tenet Ver-
 uecē. et Ioan. An. in reg. Qui per alium in. 6, et Archi. in. ca. 1. eo-
 dem ti. lib. 6. Ad hoc facit. ca. De bis, et. ca. Ad limina, et. ca. Om-
 nes, et. ca. primum. 30. q. 1.
- Verus.**
Ioan. An.
Archi.

ARTICVLVS. 56.
 Quomodo compaternitas oriatur.

- 1. conclu.**  *O*mpaternitas, cognatio. s. spiritalis, impediens
 matrimonium contrahendum, & dirimens con-
 tractum, causatur inter leuantem de fonte, seu
 baptizantem, & patrem carnalem baptizati.
 Idem respectu vxorum, ad sensum iam declara-
 tum. Probatur ex expressa determinatione Ex
 tra, eodem ti. c. Martinus, & eodem ti. in. 6. Necdum, & 30. q. 4
 c. Si quis. Vnde non est opus alia probatione.
- Theologi.**
d. 42.
- 2. conclu.** ¶ Inter leuantem, & baptizantē, qui sunt spiruales patres
 bap

A baptizati: nulla oritur compaternitas, nullum est cognationis spiritualis vinculum. Quia cum impedimentum hoc, siue ista cognatio solum habeat vim a iure positio: non aliunde oritur, nisi in quantum in iure expressum est, sed non inuenitur, q̄ inter patres spirituales oriatur aliqua cognatio spiritualis, ergo nullo modo asserenda est, vel ponenda. Et sic ad hoc quod impedimentum quod dicitur compaternitas oriatur inter duos, requiritur q̄ alter sit pater carnalis. Sequitur ergo q̄ si nec leuans de fonte, nec baptizans sit pater carnalis ipsius baptizati, licet vterq̄ sit pater spiritualis, inter ipsos tamen non est aliqua compaternitas que est cognatio spiritualis.

¶ Si pater teneat, vel baptizet proprium filium carnale: cōtra bitur inter ipsum, & propriam vxorem ista compaternitas, seu cognatio spiritualis. Conclusio expressē est determinata Extra, eodem ti. c. Martinus, & in. 6. similiter, sicut in. 1. conclusio de paternitate adduximus Ratio est. Quia semper leuans de fonte, vel baptizans: contrahit compaternitatem cum patre, vel matre carnali baptizati.

¶ Si pater, vel mater sciēter proprium filium teneat, vel baptizet citra necessitatem extremam, ratione cognationis spiritualis id faciens, non potest debitum exigere ab alio. Probat per c. De eo. 30. q. 1. vbi dicitur, q̄ talis, mortua coniuge, debet manere sine spe coniugij, ergo ante mortem saltem non poterat exigere. Sic intelligit istum textum Panor. Extra eodem ti. c. Si vir. Dixi Si scienter. Nam si ignoranter: non priuatur iure petendi debitum. Patet expressē in. d. c. Si vir, eod. ti. vbi dicitur. Nec alter alteri debet debitū subtrahere, q̄ si ignorantia id factum est, eos excusare videtur. Dixi p̄terea. Si fiat extra necessitatem. Aliās si in necessitate, licet fiat sciēter, nō priuatur id facies iure exigēdi debitū, sed potest exigere, vt patet expressē. 30. q. 1. c. Ad limina, vbi ponitur casus expressus. Conclusionem communiter tenent doctores. Nam cum matrimonium legitime contractum per nullum tale vinculum superueniens dissoluatur quantum ad vinculum,

lum oritur talis cognatio spiritualis, & causat hoc impedimentū **A**
quando est ex certa scientia, q̄ talem sic facientem cuius causa
ista compaternitas introducta est: priuat iure exigendi debitum
a coniuge innocente. Sed quid si vterq̄ coniugum id scienter ope
retur?

- §. conclus.** ¶ Si vterq̄ coniugum scienter filium baptizet, vel teneat ex
tra necessitatem, vterq̄ manet priuatus iure exigendi debitum,
Ratio. nisi cum eis fuerit dispensatum. Probatur ex præcedenti. Si vnus
manet quando ipse scienter id fecit, sequitur a simili, q̄ si vter
q̄, & priuatus vterq̄ erit iure exigendi debitum, licet vterq̄ te-
Ricar. d. neatur reddere petenti. Conclusionem hanc expressè tenet Ricar
42. dus, & Panor in loco citato, contra Gof. & Vincen. qui dicunt, q̄
Panor. tunc quando vterq̄ sciuit, nullus esset priuatus. Quia esset compē
Contra satio. Contra istos tenet ibi do. Panor dicens, q̄ compensatio fit
Gof. & vbi agitur de vtilitate, & commodo delinquentium, sed in casu
Adri. in 4 posito, priuatio exigendi debitum non fit ad vtilitatem alterius, **B**
d. restitu. sed ob reuerentiam cognationis spiritualis. Quarè vnus delictū,
Hostiens. alium non excusat. Ante Panor. tenet Hostien.
- Obiectio.** ¶ Sed cōtra istam conclusionem videtur expressus textus in.
c. Si vir. Extra, eodem titulo, vbi expressè dicitur, q̄ alter alteri
non debet debitum subtrahere, vbi loquitur textus, & de ignorā
tibus, & de scientibus.
- 1. solutio.** ¶ Re quòd textus non est contrarius, si rectè intelligatur. Nā
est sensus, q̄ sciens: non debet ignoranti debitum subtrahere. Vel
2. solutio. potest dici, q̄ intelligitur indistinctè respectu ignorantium. Et tūc
sic est q̄ vnus alteri non debet debitum subtrahere. Istam textus
intelligentiam dat do. Panor ibidem in textu. Cui fides meritò ad
Panor. hibenda est in expositione iuris canonici, sicut & Theologo in ex
Per ep̄m positione sacre scripturę. Dispensatio tamen in istis facilis est,
dispensa que per Episcopum fieri potest.
quoad exi ¶ Ista sententia cōfirmari posset per c. Peruenit. 30. q. 1. vbi
genū de dicitur, q̄ matres que proprios filios tenuerunt in baptismo: sepa
bitum. rentur a viris suis. Certum est q̄ ibi non loquitur summus Ponti-
Confirmatio. fex

A flex de separatione matrimonij quantū ad vinculum. Esset quidē *Matth. 19*
error dicere q̄ matrimonium legitimē contractum dissolui possit *1. corin. 7*
nisi per mortem carnalem, vel spiritualem, ergo de alia solutiōe
loquitur. Et non videtur alia, nisi hęc, q̄ debitum non exigant ad
inuicem, si in culpa vtriusq̄ stetit. Et si vnus, ille per quem stetit
non potest exigere.

¶ Et quidem meritō inter istas personas, inter quas cōpater-
nitas ista oritur prohibetur matrimonium. Quia inter tales ratio
ne talis vinculi est amicitia quedam. Et ob id Ecclesia ad dilatā
dam amicitiam voluit prohibere cōnubium istis, vt cum alijs con-
traheretur amicitia ratione matrimonij. Quia ex tentione in fō
te, vel ex baptizatiōe oritur familiaritas inter patrem, & ma-
trem carnalem pueri, & tenentem, vel baptizantem.

¶ Ex quo volo notent religiosi, q̄ sit prohibitum eis tenere in *Noiēt mi*
fantēs in baptismo, ne contrabant hanc familiaritatem cum for *nistri Re*
ligiosi.
B minis. Prohibitum est siquidem eis cōmatres habere. *16. q. 1. Pla*
cuit. Et de consecra. d. 4. Non liceat. Vbi d̄r q̄ non licet mona- *Raymū*
chis, & abbatibus. Idem dicit, & bene Ray. intelligendum de ca- *Raymū*
nonicis regularibus, & alijs religiosis. Argu. Extra, d posthu. c.
Ex parte, vbi dicitur, q̄ prohibitio facta monachis extendit ad
canonicos regulares.

¶ Et ad hęc Petrus de palude in. 4. addit, q̄ si religiosi non
licēt leuare, nec baptizare, quia prohibitum est conmatres ha- *Palud. d.*
bere, ne sint mulieribus familiares, fierent autem magis familia- *42. q. Po*
res eis baptizando, q̄ tenendo. De conse. d. 4. Monachis. Si autem *conclu. 3.*
prohibentur hoc facere, multo magis nubentes benedicere, quan-
dō illud sacramentum est magis alienum a statu monachorum,
et cōnubiā reconciliare. Dico autem. Nisi ex iniuncto officio
babeant, sicut religiosi baptizant, et benedicunt nubentes. Hęc Pa-
lude. Libuit hęc hic ponere, vt religiosi qui ista, iure prohibita no-
bis, exercemus officia, cognoscamus non esse nobis propria, sed
sub dispensatiōe cōmissa. Ob id tantumdem oportet cōmissione
vni, quantum necessarium videtur ad salutem proximorum. At

Noti pre-
sules ob-
seruandi.

¶ Vtinam tanta esset fidelium ministrorum copia clericorum, ut A
religiosi eo modo quo in Hispania antiqua degunt, et in isto nouo
orbe sua sorte contenti manerent, siquidem tunc aperte Ponti-
fices huius orbis obseruandi cognoscerēt, religiosos necessitate vr
gente istorum tan peculiarem curam habere, et non ambitione,
aut dominandi libidine, ut putant emulatores esse.

ARTICVLVS. 57.

Quomodo cōtrabat cōfraternitas.



Am sequitur tractemus de ipsa fraternitate, q̄
cōrrabitur ex huiusmodi sacramētis. Nā nō solū
ibidem inuenitur paternitas, et compaternitas,
sed etiam reperitur fraternitas inter filios tene-
tis, et filios illius qui est pater, vel mater carnalis
baptizati. Pro quo sint cōclusiones.

2. conclu.

¶ Per hoc q̄ quis baptizat, vel tenet in baptismo, oritur vin-
culum cognationis spiritualis, q̄ fraternitas dicitur, inter ipsum
baptizatum, seu leuatum, et omnes filios carnales leuātis, vel bap-
tizantis, quo stante, non possunt matrimonialiter coniungi. Ista
conclusio est expressa. Extra, eodem titulo, ferē per totum. Et in
6. ca. Nedum, eodem ti. In decretis. 30. q. 3. c. Pyclatium, et. c. Non
oportet. Et. ca. Ita diligere, Cuius ratio est. Eo quidem q̄ talis pa-
ter genitor est carnalis suorum filiorum, et illius quem tenet, vel
baptizat, si niliter suo modo et genitor dicitur spiritualis. Conse-
quens ergo est, ut vbi vnus est pater cōmunis, ibi et omnes tales
fratres dicantur. Vnde non possunt matrimonialiter iungi ¶ Cō-
clusio non solum intelligitur de filiis natis ante illam mentionem
sed de omnibus natis ante, vel post: ita q̄ omnes filij carnales pa-
tris baptizantis contrabunt hanc cognationem cum illo, quem pa-
ter tenuit in baptismo, vel baptizauit.

2. conclu.

¶ Licet verē contrabatur talis fraternitas inter baptizatiū,
et omnes filios baptizantis, vel leuantis, non tamen contrabitur
hec

Ab eorum alijs fratribus carnalibus ipsius baptizati, si non fuerint leuati, vel baptizati ab eodem parente. Cōclusio est expresse determinata Extra eodem ti.ca. Vtrum autem. Et. ca. Super eo. Et. ca. Tua nos. Ratio potest esse. Quia fraternitas eo dicitur inter aliquos esse, quia est cōmunis eis vnus pater, vel mater, sed sic est q̄ fratres carnales baptizati, & filij carnales baptizantis, vel leuantis non habent vnum patrem communem, ergo non sunt fratres. Nam non eundem habent patrem scilicet spiritum alium vt notum est, sed distinctos, vt supponimus. Nec habent eundem carnalem, vt constat, ergo nullo modo sunt fratres inter se. Eo nemp̄e inter ipsum baptizatum, & omnes filios carnales baptizantis, vel tenentis est fraternitas, quia vni videntur habere patrem. Et ob hoc fratres dicuntur.

Ratio cō.

¶ Sed tamen contra istam conclusionem, & primam est textus in contrarium. 30. q. 3. c. Post susceptum, vbi dicitur q̄ filij cōmatrum, vel compatrum non possunt iungi matrimoni aliter inter se. Ergo falsum dicit. 2. conclusio.

Obiectio.

¶ Re. primo sicut in .1. c. eodem ti. quod iam est talis canō ab rrogatus per posteriorem. s. per illum quem nos in cōclusione allegauimus. ¶ 2. Potest dici, & benē, sicut respondet Hugu. & do. de Turre Cremata ibidem in decretis, q̄ non est ille textus contrarius conclusionibus, quia intelligitur sic, q̄ illi qui nati fuerint coniungi non possunt illi suscepto, vel susceptę, sed omnibus alijs fratribus suscepti, vel susceptę coniungi possunt. Sic intelligendo nō est contra conclusiones, sed pro eis, vt constat. Vnde tanq̄ verū tenendum q̄ filij leuantis, vel baptizantis, & fratres baptizati, vel leuati possunt coniungi inter se matrimonialiter, illo solo excepto, per quem deuentum est ad compaternitatem. Ita q̄ omnes filij leuantis, vel baptizantis, possunt coniungi cum omnibus alijs, quos pater, vel mater non baptizauit, vel de fonte leuauit, tamen non cum leuato, vel baptizato.

Solutio, p.

2 Solutio.

Hugu.

Tur. cre.

¶ Licet ita sit q̄ filij leuantis, vel baptizantis possint coniungi matrimonialiter cum fratribus leuati, vel baptizati, illo solo

3. conclu

ex

t

excepto, qui baptizatus est. Tamen si cōsuetudo sit, q̄ nullo modo **A**
 debeant iungi filij omnes leuantis, vel baptizantis, & fratres om-
 nes baptizati, seruanda est, neq̄ iungi debent. Hoc patet expres-
 sē, eodem t. c. Super eo, vbi habetur casus. Vtrum filij duorū com-
 patrum deberent iungi. Summus Pontifex respondet. Si tales fi-
 lij fuerunt per quorum alterum, vel vtrumq̄, parentes ad cōpa-
 tnatem venerunt, eos coniungi nulla ratione sustineas, & comun-
 ctos non differas separare. Ceterum, si per neutrum eorum ad cō-
 paternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinē tuę
 metropolitane Ecclesie, vel aliarum circumpositarum inquirere.
 & diligentius imitari: ita q̄ si eiusdem Ecclesie consuetudo habē-

Consuetu-
do facit p-
sonas ali-
as habiles
inhabiles
ad ma-
trimo. &
e contra
Panor.

at, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis
 robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi cōmissa coniugii bu-
 iusmodi fieri non permittas. Et si quos taliter coniunctos inuene-
 ris, iuxta earundem Ecclesiarum consuetudinem ipsos separare
 adinuicem non omittas. Hęc ibi. Ecce q̄ expressa est determina-
 tio omnium que diximus de fraternitate. Et quomodo siandū est **B**
 consuetudini. Quod obsecro notēt, sicut notat, & bene do. Panor.
 super eodem. c. ponendo quatuor intellectus textui, sed approban-
 do. 4. vt. s. sit sensus textus, q̄ dato ita sit, q̄ secundum ius com-
 mune possint filij duorum compatrum, per quorum neutrum deuentū
 est ad compaternitatem iungi inter se, tamen si consuetudo habet
 contrarium: vt tales separentur quantum ad thorum, vel quantum
 ad vinculum. Pręcipuē quia scandalum generaretur: debēt sepa-
 rari. Hoc intellige si consuetudo est approbata iam per summum
 Pontificem, quia tunc cum ipse possit personas inhabiles: habiles
 reddere ad matrimonium, vel e contrario, tale matrimonium cō-
 tra talem consuetudinem contractum non valeret, cum esset sicut
 si esset contra ius expressum. Hęc est sententia Hostien. vt refert
 ibidem do. Panor. Et in fine dicit Panor. vnum, quod placet hic
 inserere, propter ea que inferius in. 2. p. in principio dicturi sumus
 de matrimonio infidelium. Inquit ille. Et notabis glo. sing. quia nes-
 cio alibi vnum dictum, quod sentit Dicit enim q̄ si in aliquo loco
 esset

A eſet hodie conſuetudo: vt in quinto gradu non poſſit contrahi ma-
 trimonium, & ex contractu generaretur ſcandalum, q̄ non vale-
 ret matrimonium, licet cap. Non debet. De conſan. & affi. hoc per-
 mittat. Et poteſt eſſe duplex ratio. Quia hec conſuetudo concur-
 rit cum iure antiquo, nec cenſetur ſublata per ius nouū, ex quo
 non reprobatur per illud ius. Concurrit etiam ſcandalum. Hanc
 rationē ſentit glo ¶ Secunda ratio colligitur ex his que prædixi.
 Quia conſuetudo continens in ſe ſcandalum ex præteritiōe: poteſt
 inhabitare aliās habiles, ſed vbi a principio nullum fuiſſet impe-
 dimentum, ſolum ſcandalum ſuperueniens non poſſet diſſoluere
 matrimonium. Hęc Panor. ibi. Notanda iſta propter ea que dice-
 mus, quantum conſuetudo valeat in matrimonio cōtrahēdo apud
 infideles.

¶ Filij leuantis, & filij baptizantis, in: er ſe nullam fraternita- 4. conclu-
 tem ſeu cognationem ſpiritualem contrahunt, quominus poſſint i-
 ter ſe coniungi. Quia iſti tales inter ſe non habent patrem cōmu- Ratio.
 nem ſpiritualem, & carnalem. Ergo nullam contrahunt. Itē. Nō
 eſt ſic expreſſum in iure, ergo non eſt talis cognatio ponenda.

¶ Filij ſpirituales vnus patris qui baptizat, vel qui leuat, nul- 5. conclu.
 lo modo inter ſe cōtrahunt aliquam fraternitatem, nec aliquam
 cognationem ſpiritualem. Probat. Cū hoc odioſum ſit, nullo
 modo eſt aſſerendum, niſi ſit expreſſum in iure, ſed non eſt expre-
 ſum in iure.

¶ Et ſic habes huiusmodi impedimentū. Has eſſe etiā p̄ſonas li- Epiloga-
 gatas per paternitatem, ille. ſ. q̄ tenet in baptiſmo, cum illo quem tio.
 tenet, ſed non cum fratribus, vel ſororibus illius quem tenuit. Eo-
 dem modo qui baptizat pater efficitur illius, quem baptizat, &
 non aliorum fratrum, quos non baptizauit. Et ſic poſſet ſoror ba-
 ptizati iungi ipſi baptizati. 30. q. 3. ca. Illud etiā. Et cū eius filia
 & cum eius vxore, & cum filia ſpirituale ſui filij carnalis. Nam
 licet cognatio ſpiritalis a patre in filium tranſeat, non tamen
 e contrario, a filio in patrem. Quia illam quam filius alicuius ba-
 ptizauit: poteſt pater ducere. Non enim huiusmodi cognatio ha-

bet

t ij

bet ramos, aut transit ad nepotes, aut ad alias personas non expressas. Hoc quod diximus de baptizante, vel tenente, dici potest, & debet de vxore legitimè cognita. Nam ipsa efficitur etiam mater spiritualis illius, quem vir suus tenuit, vel baptizauit, non tamen est mater aliorum quos vir non tenuit, sicut neq; pater efficitur vir eius.

¶ Per compaternitatem coniunguntur isto vinculo ipse qui tenet in baptismo, & vxor eius cognita, simul cum patre, & matre carnali tenti, vel baptizati. Et similiter baptizans, & vxor eius efficitur compater patris carnalis, & matris baptizati.

¶ Sed tamen ipse tenens, et baptizans inter se nullam cognationem habent. Quod intellige siue vnus teneat, seu baptizet, siue plures. Per fraternitatem enim coniuncti sunt vinculo cognationis spiritualis omnes filij carnales leuantis, vel baptizantis cum ipso baptizato, vel leuato. Non tamen cum alijs fratribus baptizati. Hoc intellige etiam si filij sint illegitimi ipsius tenētis, vel baptizātis, vt dicunt docto. Et est tex. in. ca. si. eodem ti. Et. 30. q. 3. Tamen filij baptizantis, vel leuātis possunt in matrimonio coniungi cum fratribus, vel sororibus baptizati, nisi contrarium teneat consuetudo, ad sensum iam declaratum. Attamen, cum hoc impedimentum solum constet ex iure positivo humano Papa potest in omni tali cognatione dispensare, vt dictum est.

CARTICVLVS. 88.

De ultimo impedimento, quod dicitur cognatio legalis, quæ est adoptio.

Diffinitur
cognatio
legalis.



Adoptio legalis est propinquitas quedam ex adoptione proueniens. Adoptio verò est extraneæ personæ in filium, vel nepotem, et deinceps legitima assumptio, quandoquidem inuēta est ad supplendum defectum generationis naturalis, si: vt filium, vel nepotem quem quis

non

A non potest habere per naturam, habeat per artem. *Ars e-* *Aris. 2.*
 nim imitatur naturam in quantum potest, et supplet defectū eius. *pbisf. tex.*
 Quaré, sicut per generationem naturalem aliquis filium sibi ge- *co. 79. et*
 nerat, et procreat, sic per ius positivum (quod est ars equi, *4. Metiba*
 et boni) aliquis sibi generat, vel procreat prolem per adoptionē. *co. 28. phi. tex.*
 Hoc autem ad supplendum defectum naturalem naturalis prolis
 Vndé sicut per generationem carnalem causatur quedam propin-
 quitas naturalis, quę consanguinitas dicitur, sic etiam ex ge-
 neratione ista ficta (quę adoptio dicitur) causatur quedam propin-
 quitas, seu cognatio legalis, quę ideo legalis, quia per legem ca-
 usatur, sicut alia naturalis, quia a natura ortū habet.

¶ Adoptio est duplex. Quedam perfecta. Alia imperfecta. *Adoptio*
 Perfecta est illa, per quam transfertur adoptatus in potestatem *perfecta.*
 adoptantis. Sicut filius naturalis est positus sub patris potestate,
 et sub tutela eius, quō ad certū tempus. Hęc dicitur in iure. Arro-
 gatio.

B **¶** Alia est adoptio imperfecta, per quam non transfertur *Adoptio*
 adoptatus in potestatem adoptantis. Hęc vocatur in iure. Simplex *imperfecta.*
 adoptio. Et est differentia inter adoptionem, et arrogati-
 onem, quę arrogari non potest nisi ille, qui est sui iuris. Nam cūm *1. differē.*
 debeat transire in potestatem adoptantis, necesse est quę talis qui
 arrogatur sit sui iuris. Adoptari tamen potest qui est iuris alieni.
 Quia cūm per adoptionem adoptatus non transeat simpliciter
 in potestatem adoptantis, adoptari potest etiam ille, qui est sub al-
 terius potestate.

¶ Est etiam differentia. Quia arrogatus habet de necessita- *2. discri.*
 te legitimam in bonis arrogatoris. Vndé siue emancipetur, siue
 non, debetur ei quarta bonorum ad minus, si legitimam nollit
 arrogans dare. Adoptatus autem, non habet in bonis adoptantis
 legitimam. Quaré adoptans non tenetur ei aliquid relinquere. Si
 tamē ab intestato moritur adoptans, succedit adoptatus.

¶ Est. 3. differentia. Arrogatio enim non fit nisi auctoritate *3. differē.*
 te Principis. At, adoptio fit auctoritate cuiuslibet magistratus

- competentis.
- 4. discrim.** ¶ 4. verò discrimen est, q̄ arrogatio requirit verbum expre-
sum vtriusq̄. Ob qd̄ infans non potest arrogari, qm̄ loqui non po-
test ad cōsentiendū, sed tamē adoptari potest. ff. de adop. l. 1. et. 2.
- 5. diffe.** ¶ Et tandē, res arrogati liberē omnes transeunt in potestātē
arrogatoris. ff. Eo si pater, non autem adoptantis, nisi esset auus
maternus, vel paternus. His suppositis, oportet nunc scire quis po-
ssit adoptare, postea autem differere quomodo impedimentum ex-
tendatur ad alios consanguineos adoptantis, et adoptati.
- 1. conclu.** ¶ Minor natu: alium maiorem, & frigidus, seu impotens, aut
sexagenario minor: aliquem sibi in filium adoptare non potest.
Probatur quātum ad primam partem. Ista quidem adoptio (vt
diximus) inuenta fuit ad supplendum defectum nature, quam
Ratio, p. p.
- Aris. 2.** ars imitatur inquantū pōt. Et tantō ars melior, quātō magis acce-
dit ad naturalem. Sequitur ergo q̄ ille per artem poterit habere
phi. 1. ex. filium, qui per naturam posset, sed non habet. Et qui per naturam
co. 79. et habere non potest, neq̄ poterit per artem. Alioqui ars non imi-
4. Metha. taretur naturam. At, secundum naturam minor natu non
T. co. 28. generat maiorē natu, ergo nec poterit. Verbi gratia, Homo. 20
annorum, vel. 60. adoptare eum qui est. 62. annorum, vel eiusdē
ætatis nō pōt. Quia illū nō posset habere filiū naturalē, et sic non
Etate sup. potest eum habere per adoptionem. Sic determinatur. Insti. de
at adoptās. adop. §. Si minorem. Immo debet p̄cedere ætate adoptans ipsū
adoptatū. 18. annis.
18. 1.
- Ratio 2. p** ¶ 2. pars conclusionis probatur, q̄ impotens non potest. i. qui
non potest exercere actum generationis. Ista enim adoptio, seu
arrogatio inuenta est ad supplendum defectum naturalē, et illis
conceditur qui naturaliter filios habere possent, sed qui impotens
est, et actum generationis exercere non potest: nullo modo per na-
turam filios habere posset, ergo nec per artem ei conceduntur.
Solum namq̄ conceditur illis, qui steriles sunt, potentes tamen ex-
ercere actum generationis.
- Ratio 3. p** ¶ Ultima pars, q̄ ante. 60. annū non conceditur probatur.
Adop

A Adoptio hæc, siue arrogatio inuenta est ad supplendum de defectum filiorum naturalium. Ergo quandiu potest esse spes q̄ erunt filij naturales, non potest fieri adoptio, sed vsq̄ ad. 60. annum semper est spes de prole, ergo vsq̄ ad talem ætatem non potest quis adoptare, vel secundum aliquos vsq̄ ad. 40. Itaq̄ oportet hoc habere ob oculos, quòd solùm conceditur adoptatio, vel arrogatio illis qui possent secundum naturam filios habere, sed aliquo accidentali impedimento carent. Ob id in solatium conceditur per artem filios habere. Vnde qui perpetuum habent impedimentum naturale procreandi filios, non possunt adoptare, vel arrogare.

¶ Mulier, nisi a principio sibi sit specialiter idultū, licet adoptare non possit, sicut neq̄ vir minor. 25. annorū, pōt tamē adoptari minor tali etate, siue fœmina, siue vir, dummodò non sit propinquus qui necessario succedat in hereditatē adoptantis. Probatur. Quia

B ista adoptatio, seu arrogatio a iure concessa est ad supplendum de defectum generationis carnalis, sed fœmina minimè potens ē ad generandum, sed solùm est potens ad concipiendum. Ergo sequit̄ q̄ fœminæ habenti perpetuum impedimentum ad generationem: non conuenit adoptio. Tamen conceditur interdum specialiter a Principe ī solatiū amissorū filiorū ī bello rei pu. C. De adop. l. iuris.

¶ Secunda pars, q̄ minor. 25. annorum nō possit. Patet. Quia hæc adoptio adinuenta est, vt etiam hereditatis successio sit adoptantis in adoptatum, ergo illi conuenit (vt ait. S. Tho.) adoptare qui sui iuris est ad disponendum de suis bonis. At, iste non est minor. 25. annorum. Et ob hoc seruus, nec filius familias non possunt aliquem adoptare, cum non sint sui iuris ad disponendū de bonis.

¶ Tertia pars est, quòd adoptari potest quilibet, qui filius naturalis esse potest, siue fœmina, siue vir. Sic est expressum. ff. eo. l. Nec absens.

¶ Dicitur. Dummodò non sit propinquus. Nam non est opus adoptare talem, cum succedat in hereditatem, si non sit alius.

PARTICVLVS 59.

A

De impedimento cognationis legalis.

Considera
tio.

Ed iam sequitur ad propositum, quomodo ista cognatio legalis, quę adoptio dicitur, impediatur.

¶ Pro quo notare oportet, q̄ tripliciter contingere potest istud vinculum. Est quidē vna cognatio quasi descendentiū inter patrem adoptantē & filium, & inter ipsum filium adoptiuum, & filium suum, & nepotem. Et sic de reliquis.

¶ 2. Est cognatio collateralium, s̄. inter filium naturalem, & filium adoptiuum.

¶ 3. Cognatio est tanq̄ affinitas quedam, quę est inter filium adoptiuum, & vxorem adoptantis. Vel e conuerso, inter adoptantem, & vxorem filij adoptati. His suppositis sit. 1. conclusio.

1. conclusio. ¶ Cognatio legalis in linea recta descendentiū impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, sicut in cōsanguinitate dictum est, sic: q̄ adoptans non potest contrahere cum adoptato, nec cum filio eius, nec cum nepote. Et sic de alijs. Prohibetur. ff. De ritu nuptiarum. l. Quando. Et. l. Adoptiuus. Cuius prohibitionis ratio a S. Tho. datur. Quia meritō a matrimonio contrahendo prohibendi sunt illi, qui simul conuiuiunt in eadem familia: vt sic concupiscentia reprimatur. Cū ergo contingat q̄ simul habitent pater adoptans, & adoptatus, & filij ipsius adoptati: sequitur q̄ iustē p̄hibitio talis facta est. Ita q̄ quantum ad hoc impedimentum in linea descendentiū eodem modo lequēdum est, sicut in consanguinitate. Hęc autem cognatio, & p̄hibitio, perpetuō durat, cū semper debeatur reuerentia ex parte filiorum ipsi patri adoptanti.

2. conclusio. ¶ Cognatio legalis quę est inter filium adoptatum, et filium naturalem: impedimentum prestat matrimonio, tandiu, quandiu inter se simul cohabitare contingit. Est textus Extra, de cognatione legali, c. Si qua. Ratio. S. Tho. ad hęc est. Quia ob id impedimentum

Ratio.
S. Tho.
d. 42.

Amentū ē, quia eos simul cohabitare contingit. Ergo ubi cessat ista simul cohabitatio, vel propter mortem parentum, vel propter emancipationem, cessat communis cohabitatio, et sic cessabit impedimentum. Ob id possunt inter se contrahere post mortem patris. Et propter emancipationem. Est enim emancipatio, patris potestatis relaxatio, facta coram iudice competente dicta, eo q̄ extra potestatem patris filius ponitur: Inst. Qui mo. ius. pa. po. sol. §. Præterea. Sed filius naturalis arrogantis contrahere potest cum filia arrogati, et filij adoptiui inter se, cum inter eos nulla sit cognatio legalis.

¶ Sicut est impedimentum perpetuum cognationis legalis inter adoptantem, et filium adoptatum, et filios omnes adoptati, sic etiam est inter uxorem filij adoptantis, et patris adoptantis, et inter uxorem filij: filij adoptati, et inter ipsum filium adoptatū et uxorem patris adoptantis. Et quemadmodum cognatio ipsa est tanq̄ quedam consanguinitas, erit etiam eodem modo impedimentum cum vxoribus ipsorum, sicut supra dictum est de consanguinitate. Verbi gratia. Si alicui aliquis est iustus. per istā adoptionem, in gradu quo ei est iustus, erit et uxori illius. Quia videtur naturalis quedam reuerentia debita ex parte uxoris adoptati, ipsi patri adoptanti, sicut et eam debet vir suus. Attamen de isto impedimento non libet amplius disserere, quia nunq̄ contingit apud istos neophitos, pro quibus precipue ista scripsimus. Item nec facile cōtingit apud Hispanos. Ob q̄ sufficiat hæc dixisse vt non sit ignotum tale etiam esse impedimentum matrimonij, q̄ quidem impedit, et dirimit, cum illis personis iam supra signatis.

¶ Sciendum tamen: hæc impedimentum non esse tale stando i iure naturali, vel diuino, sed solum est ex Ecclesiæ ordinatione. Quocirca si contingeret in vsu esse talem adoptionē apud aliquos infideles, et esset matrimonium contractum inter personas iam supra signatas, verum esset matrimonium, neq̄ dissolvendū esset, si ad fidem conuerterentur. Quia si solum impedit ex iure positio humano, cui infideles non subduntur, matrimonium sic

contractum non posset dissolui. Et sic est finis primæ partis, in qua
de matrimonio, & eius impedimentis generaliter dictum est, in qua
tum ad fideles attinet

F I N I S
primæ partis ad
Dei gloriam

QDISTHICON FRATRIS LO
donici Hurtado Augustiniano sub contu
bernio professoris in præconiū
authoris.



Monte Caballino fluxisti maximus auctor.
Dum sancte præstas gesta per alta tuis.
Nectarum redolent spirant & carmina gustum.
At tibi Parnasus cedit & pronus adest.
Concurrunt Musæ, gaudetq; per altus Apollo.
Per gentes tandem quolibet ire velis.
O mibi si Andini concessum vincere pectus,
Gauderem valde, pangere facta tua.
Defecit verò stilus carmenq; perurget,
Et mibi Parnasi blanda fluenta negat.
Eripiunt placidam prorsus calantq; Pyrenen:
Obstantes Musæ pandere gesta tua.

Index

INDEX ARTICVLO RV M ET DV
 biorũ primę partis speculi coningiorũ. R. P. F. Illephonsi a ve
 ra cruce Doctoris, & instituti sancti Augustini.



R. Pri. Vtrum
 sit matrimoniũ.
 Et an sit natura
 le, pagi. 10.

¶ Ar. 2. Vtrũ
 i matrimonio

requiratur necessario con
 sensus, pagina. 18.

¶ Dubium pri. Vtrum sufficiat
 q̄ consensus sit in carnalem
 copulam, vel in matrimonij
 vinculum, aut in donationem
 potestatis corporis, pagina.
 20. A.

¶ Dubium. 2. Vtrũ sufficiat ad
 matrimonium cõsensus vnus
 hodię, et alterius crastina die
 ibidem. C.

¶ Ar. 3. Vtrum consensus nece
 sario sit exprimendus verbis
 vel signis, aut factis, pagi. 21.

¶ Ar. 4. An cõsensus expressus
 per verba de futuro faciat
 matrimonium, pa. 26.

¶ Ar. 5. An consensus vnus su
 fficiat, dum alter non contra
 nititur, pa. 32.

¶ Ar. 6. Vtrum consensus parẽ
 tum ad matrimonium suffici

at, filijs ignorantibus, pa. 38.

¶ Ar. 7. An ad matrimonium
 contrahendum sufficiat Gu
 bernatoris consensus. pagi.
 40.

¶ Dubium. Vtrum aliqua potes
 tas humana possit compellere
 inuitum ad matrimonium con
 trahendum, pa. 41. A.

¶ Ar. 8. Vtrum matrimonium
 vi contractum sit ratum, pa.
 45.

¶ Dubium primum. Si quis metu
 iusto contraxit, & postea ma
 net cum coniuge, & potens fu
 gere non aufugit, sed du
 rat. Vtrum solũ per illam
 cohabitationem fiat verum
 matrimonium, quod ãtea erat
 nullum ob deffectum cõsensus.
 pagi 57. A.

¶ Dubium. 2. Vtrum matrimo
 nium contractum blanditijs,
 vel importunationibus teneat
 pa. 58. C.

¶ Dubium. 3. Si quis iustę ad sup
 plicium ducat, & timore mor
 tis consentiat in matrimoniũ.
 Vtrum sit ratum, pa. 59. B.

¶ Dubi

- ¶ **Dubium. 4.** Si quis contraxit timore pœnæ peccunariæ, vel alterius. Vtrum teneat. pa. 60. C.
- ¶ **Ar. 9.** Vtrū si quis promissit alicui ob metum cadentem in virum constantem, per copulā subsequutam fiat ratum. pa. 61.
- ¶ **Ar. 10.** De matrimonio clandestini. pagin. 64.
- ¶ **Questio incidens.** Vtrum sit peccatum mortale semper clandestinē contrabere sine testium presentia, pag. 65 in principio.
- ¶ **Dubium.** Vtrum vsus ipsius clandestini matrimonij sit peccatum mortale. pagina. 70. A.
- ¶ **Ar. 11.** Vtrū et apud istos sit peccatum vsus clandestini. pa. 72.
- ¶ **Ar. 12.** De benedictionibus nuptiarum. pag. 76.
- ¶ **Ar. 13.** Vtrum. 2. nuptiæ sint benedicende. pag. 81.
- ¶ **Ar. 14.** De tempore feriarū in quibus nuptiæ sunt interdicte. pag. 82.
- ¶ **Dubium.** Vtrum sit peccatum contrabere tempore feriarū. pag. 82. B.
- ¶ **Ar. 15.** Vtrum votum simplex impediatur contrabendum. pag. 87.
- ¶ **Dubium. 1.** Vtrum contrabens post votum simplex possit exigere dbitū ab vxore. p. 88. C.
- ¶ **Dubium. 2.** Vtrum talis qui post votum simplex contraxit, mortua vxore teneatur votum adimplere, an possit aliam ducere. pag. 92. A.
- ¶ **Dubium. 3.** Vtrum si sint duo legitimi ad cōtrabendum, & vterq̄ ipsorum votum fecit continentię, si matrimonium sit inter ipsos ratum. Ibidē. B.
- ¶ **Dubium 4.** Vtrum non habēs votum, si contrabat cum habente, scienter tamen, sit matrimonium. Et sic contrabendo an peccet. Ibidem. C.
- ¶ **Dubium. 5.** Vtrum sic voto ligatus querēs a me: vtrū possit contrabere, debeam respondere q̄ sic. pa. 93. in principio.
- ¶ **Ar. 16.** De sponsalibus. pa. 95.
- ¶ **Dubium. 1.** Vtrum si cōsumēt ante etatem perfectam impubes sit iudicandum pro matrimonio. pa. 96. A.
- ¶ **Dubium. 2.** Quot modis spōsalia possint contrahi. 1. bidē. B.
- ¶ **Dubium. 3.** Si solum vnus verba

ba precefferunt. Vtrū in missiōe anulū, & receptiōe arrarū denotet consensum alterius expressū licēt verbis taceat, recipiat tamen arras. Ibidem. G.

¶ **Dubium. 4.** Vtrum sponsalia possit fieri p̄ procuratorē. pa. 97. A.

¶ **Dubium. 5.** Vtrum sufficiat ad hoc q̄ procurator contrahat p̄ alio q̄ sit misus, vel requiratur ad id speciale mandatū. Ibidē. B.

¶ **6. dubium.** Vtrum sit validus cōtractus procuratoris si dum vadit reuocat sententiam altera pars. Ibidem. C.

¶ **Dubium. 7.** Si quis consentiat in absentem per verba de presenti, postea mittat procuratorem ad illam, & anteq̄ alia persona consentiat, ille qui prius consentit in absentem dissentit. Vtrū ipsa cōsentiēte sit matri. pa. 98. in principio.

¶ **Dubium. 8.** Vtrum quantum ad Deum in foro conscientię teneāt sponsalia, vel matrimonium, q̄n do quis consentit in absentem, et mittit procuratorem, & pōst reuocat anteq̄ alia consentiat, & talis reuocatio solū interior ē. Ibidem. B.

¶ **Dubium. 9.** Sed quid si primo cōsensit, & nūcium misit, & pōst

nūq̄ dissentit, nec assentit, sed distractus ad aliqua non aduertit. pag. 99. A.

¶ **Dubium. 10.** De modo quo quis potest contrahere per litteras. Ibidem. G.

¶ **Dubium. 11.** Vtrum mittens litteras per procuratorem, iurans tamen se non reuocaturum, reuocat nibilominus. An sit matri. Pa. 100. B.

¶ **Ar. 17.** De verbis quibus cōtrahuntur sponsalia. pa. 101.

¶ **Dubiū. 1.** Vtrum istis verbis contrahat matri. Volo te esse vxorem meam, & vo'o te esse maritum meum. pa. 102. B.

¶ **Dubium. 2.** Quid agendum erit quando non constat de intentione. pa. 103. A.

¶ **Dubium. 3.** Vtrum istis verbis Contrabo tecū, vel do tibi fidē si vis, & altero similiter respōdente, contrahantur sponsalia, vel matri. Ibidem. B.

¶ **Dubium. 4.** Vtrum istis verbis. habebo te in vxorem. Et muliere respondente. habebo te in virū, sit matri. vel spō. pa. 104. B.

¶ **Dubium. 5.** Vtrum istis verbis sit matri. Non capiam aliam nisi te. pa. 106. B.

¶ **Ar. 18.** De contractu sub conditione.

- tione impossibili. pa. 107.
- ¶ *Ar. 19.* De conditionibus appo-
sitis. pa. 113.
- ¶ *Dubium. 1.* Vtrum si postq̄ semel
pater consentit: dissentiat, ma-
nentibus pueris ipsis in. 1. promi-
ssione, & voluntate priori, sint
sponsalia, Et si iungantur: vtrū
sit matri. Ibidem. C.
- ¶ *Dubium. 2.* Quid si pater neq̄ cō-
sentit, neq̄ dissentit, pa. 114. B.
- ¶ *Dubium. 3.* Quid de isto contra-
ctu. Capio te in vxorē: si es vir-
go. pa. 115. in principio.
- ¶ *Dubium. 4.* Quid de isto contra-
ctu. Contrabo tecum si Papa di-
spenset. pa. 116. A.
- ¶ *Dubium. 5.* Vtrum spōsalia sint
istis verbis, vno dicente: ego ac-
cipiam te in vxorem, alio respō-
dente: fortē ego accipiam te in
virum. Ibidem. B.
- ¶ *Dubium. 6.* Quid de istis verbis
Quando morieris sepeliā te. pa.
gi. 118. A.
- ¶ *Ar. 20.* Vtrū sponsalia de futu-
ro per consumationem copule
transeant in matrimonium de
presenti, vel per traductionem
in domum. pagi. 118.
- ¶ *Dubium.* Quid si coniuges dubi-
tant, vel ignorant quem habue-
runt consensum quando consu-
- mauerūt matrimoniu. p. 120. C.
- ¶ *Ar. 21.* De solutione sponsalio-
rū. Quot modis id fiat. pa. 122
- ¶ *Dubium. pri.* Vtrum sponsi po-
ssint dissoluere sola sua volun-
tate sponsalia legitimē cōtrac-
ta. pa. 124. B.
- ¶ *Dubium. 2.* Vtrum existente ali-
quo casu ipso facto dissoluātur
sponsalia, vel reseruari debent
vt iudicio Ecclesię dissoluātur
pagi. 125. C.
- ¶ *Ar. 22.* De impedimento cate-
chismi. pa. 126.
- ¶ *Dubium. pri.* Vtrum catechis-
mus sit impediens, & dirimens.
pa. 127. B.
- ¶ *Dubium. 2.* Vtrum contrabatur
hoc impedimentū post bap-
tismum. ibidem.
- ¶ *Dubium. 3.* An solūm contraba-
tur impedimentum per solam
responsionem credēdorum, aut
etiam per salis, & saliuę imposi-
tionem. ibidem.
- ¶ *Dubium. 4.* An inter istos neophi-
tos oriatur hoc impedimentum
si parentes leuāt filios proprios
pa. 131. B.
- ¶ *Ar. 23.* De impedimento incestus.
pa. 133.
- ¶ *Dubium. pri.* Vtrum dato impe-
dimentum incestus habeat ex iu-
re

- re ortum liceat alicui incestuo
so ducere absq̄ dispensatiōe. Et
quis possit cum eo dispēsare. pa.
135. A.
- ¶ Ar. 24. De impedimento uxori-
cidij. pa. 137.
- ¶ Ar. 25. De impedimēto raptus.
pa. 139.
- ¶ Ar. 26. De impedimēto cogna-
tionis spiritualis per leuationē
a sacro fonte. pa. 140.
- ¶ Ar. 27. De impedimēto presby-
tericidij. pa. 142.
- ¶ Dubium. Vtrum cōtrahere abs-
q̄ dispensatione in oibus impedi-
mentis supra dictis, quę solū im-
pediunt, sit mortale. pa. 143. sta-
tim in principio.
- ¶ H A C T E N V S D E I M P E D I M E N-
tis solū impedientibus, sequitur consequenter de impedi-
entibus, simul & dirimentibus.
- ¶ Ar. 28. De impedimētis divinē
tibus. Et primo de errore p̄so-
nę. pa. 144.
- ¶ Dubium pri. An error antece-
dens impediatur, & dirimat. pa.
146. C.
- ¶ Dubium 2. An concomitans simi-
liter impediatur, & dirimat. pa.
147. A.
- ¶ Dubium 3. Quid si Maria con-
traxit cum Petro, quem optimē
nouit, decepta tamē quia existi-
mabat esse filium alicuius comi-
tis. pag. 147. B.
- ¶ Ar. 29. De impedimento conditi-
onis seruilis. pa. 148.
- ¶ Dubium pri. Vtrum seruus con-
trahens cum serua, putās esse li-
berā, verē cōtrahat. pa. 149. B.
- ¶ Dubium 2. An si liber contraxit
cum ancilla ignorāter, p̄st au-
tē donata libertate, maneat cum
ea, & habeat accessum ad ipsā
sicut antē sit matrimo. sine no-
uo consensu. pa. 149. C.
- ¶ Ar. 30. Vtrum seruus possit con-
tra voluntatem domini contra-
here. Et si cum voluntate eius
contrahat, si fiat liber. pa. 151.
- ¶ Dubiū pri. Vtrum si dominus
dat ancillam in matrimonium
libero, libero ignorante seruitu-
tis conditionem, sit matrimonii
pa. 153. A.
- ¶ Dubium 2. Vtrum ad hoc q̄ do-
minus ancillę incurrat in p̄nā
s. q̄ fiat libera, sufficiat q̄ tace-
at, & nolit matrimonium impe-
dire

- dire pa. 153. C.
- ¶ **Dubium. 3.** Vtrū si dominus ser-
uę precipiat ministro q̄ coniun-
gat seruam & liberum, fiat ex
hoc libera. pa. 154. B.
- ¶ **Ar. 31.** De voto solēni. pa. 154.
- ¶ **Ar. 32.** De disparitate cultus.
pa. 156.
- ¶ **Dubium.** Vtrum dato ita sit q̄
matrimonium contractum iter
fidelem & infidelem non habi-
tatum sit nullum. An si post con-
uersionem infidelis ad fidem ma-
neant simul sit matris sine cōsen-
su nōiō, sed solū ex communi
cohabitatione. pa. 160. B.
- ¶ **Ar. 33.** De impedimento crimi-
nis ob homicidium. pa. 164.
- ¶ **Dubium.** Vtrum si aliquis pro-
prium occidit uxorem vt aliā
ducat, non intendens hanc, vel
illam, sed solū in generali
possit aliquam post mortem du-
cere. pa. 167. A.
- ¶ **Ar. 34.** De impedimento crimi-
nis propter adulteriū. pa. 168.
- ¶ **Dubium. 1.** Quid si interueniat so-
lummodō promissio cum adulte-
rio, & non fides, vel iuramentū
pa. 170. C.
- ¶ **Dubium. 2.** Vtrum si aliqua con-
iugata permittit se cognosci ab
alio, & hac lege, q̄ ipse ducet
post mortem vxoris suę illā quā
soror eius signauerit, intendens
in hoc q̄ soror designabit eam,
possit post corrabere. pa. 171. C.
- ¶ **Dubium. 3.** Si aliquis infidelis ha-
bens legitimam uxorem contra-
hat de facto cum aliqua fide-
li, viuente adhuc vera vxore, v-
trum post mortem primę possit
contrahere cum illa, cū q̄ adulte-
rium commissit. pa. 172. B.
- ¶ **Dubium. 4.** Quid si quis tempo-
re infidelitatis, viuente legitima
vxore promissit adultere, &
tunc non habuit accessum, sed
post baptismum, non tamen pro-
missit. Vtrum mortua legitima
vxore possit talis ducere adulte-
ram. pa. 173. A.
- ¶ **Dubium. 5.** An ita verum sit quā-
do existimatur legitimus vir,
sed non est. pa. 180. A.
- ¶ **Ar. 35.** De eodem impedimento
criminis. Quando est dubium ā
fuerit legitimus vir. pa. 181.
- ¶ **Ar. 36.** Quando de facto quis
adulteram ducit. Quomodo im-
pediat. pa. 185.
- ¶ **Dubium. 1.** Vtrum sit impedimē-
tum quando illa existimat adul-
terum veram habere uxorem,
& non est. Similiter si adulter
existinet. pa. 189. B.

¶ **Dubi**

- ¶ **Dubium. 2.** Quid dicendum de illa que alicui commiscetur, qui non habet legitimam uxorem, ipsa sic existimante non esse legitimam. pa. 190. A.
- ¶ **Ar. 37.** De impedimento ordinis. Ibidem. B.
- ¶ **Ar. 38.** De impedimento impotentie. pa. 194.
- ¶ **Ar. 39.** De matris. impuberum. pa. 203.
- ¶ **Ar. 40.** De impu. maleficij. pa. 206.
- ¶ **Ar. 41.** De furia, & amentia. pa. 208.
- ¶ **Dubium pri.** An amens possit petere debitum. pa. 210. A.
- ¶ **Dubium 2.** An liceat coniungere amentes. Ibidem. B.
- ¶ **Ar. 42.** De impedi. ligaminis. pa. 210.
- ¶ **Ar. 43.** De consanguinitate. pa. 213.
- ¶ **Dubium primum.** Quo iure gradus consanguinitatis sint prohibiti. pa. 225. A.
- ¶ **Dubium 2.** An quando vnus per duos gradus, & alius per. 3. distat: debeant coniungi. pa. 227. B.
- ¶ **Dubium. 3.** Vtrum illi qui iuncti erant in tertio, vel quarto gradu ante dispensationem, facta dispensatione, matrimonium necessario teneat: ita vt non possint separari. Item. Dato facta sit dispensatio, sed ipsi ignorant impedimentum. Vtrum quoties noverit possit adinuicem separari. pa. 229. A.
- ¶ **Ar. 44.** De compoto graduum consanguinitatis. pa. 230.
- ¶ **Ar. 45.** Vtrum summus Pontifex valeat dispensare in omnibus gradibus consanguinitatis. pa. 235.
- ¶ **Dubium.** Vtrum si Papa sine causa rationabili, sed solum prohibito prohiberet vsq. ad. 10. vel ultra, & aliquingerentur esset matrimonium. pa. 236. A.
- ¶ **Ar. 46.** De impedimento affinitatis. pa. 237.
- ¶ **Dubium.** Si quis inter huius noui orbis Indos tempore infidelitatis cognouerit vnam, & post baptizatus duxerit sororem, vel consanguineam in secundo gradu illius: an sint segregandi. pa. 240. A.
- ¶ **Ar. 47.** Quo iure gra. affin. prohibeantur. pa. 242.
- ¶ **Ar. 48.** De dispensatione in gra. affini. pa. 248.
- ¶ **Ar. 49.** Vtrum tempore infidelitatis contrahatur affini. pag. 251.

¶ Ar

v

- ¶ Ar. 50. De impe publi. honestatis pa. 257.
- ¶ Ar. 51. An impe. publi. honestatis oriatur ex sponsalibus quomodo libet contractis. pa. 261.
- ¶ Dubium. Vtrum ad hoc q̄ oriatur publi. honestatis requiratur q̄ cōsensu verbis exprimatur Ibidē B
- ¶ Ar. 52. Vtrum publi. honestas oriatur quando parentes loquuntur pro filijs. pa. 264.
- ¶ Ar. 53. Vtrum oriatur publi. honestas ex sponsa. conditionatis. pa. 271.
- ¶ Ar. 54. De cognatione spirituali pag. 274.
- ¶ Dubium. Vtrum cognatio spiritualis sit impedimentum iure diuino Euangelico pa. 277. A.
- ¶ Ar. 55. Qui sunt qui contrahunt impedimentum cognationis spiritualis? pa. 278.
- ¶ Ar. 56. Quomodo compaternitas oriatur pag. 284.
- ¶ Dubium. Quid si uterq̄ conjugū scilicet filium proprium baptizant, vel leuant. Possunt ne petere, et reddere debitū. pa. 286 A.
- ¶ Ar. 57. Quomodo oriatur fraternitas pa. 288.
- ¶ Ar. 58. De impedimento adoptionis, seu arrogationis. pa. 292.
- ¶ Ar. 59. De impedimento cognationis legalis. pag. 296.

ERRATA IN PRIMAPARTE.

- ¶ Pag. 8. li. 26. vbi legeris. Atq̄ cum decem annos, lege. Atq̄ cū ante decem annos.
- ¶ Pag. 41. vbi in margine allegatur Adrianus in. 4. de rescriptis, lege de prescriptionibus.
- ¶ Pag. 56. vbi in principio in margine dicitur. Institu. Theol. c. 6. lege. 16.
- ¶ Pag. 70. vbi in margine dicitur. Dillutio do. Caie. to. 2. q. 1. lege. to. 1. q. 2.
- ¶ Pag. 116. li. 5. vitiant coniecturam, lege vitiant contractum.
- ¶ Pag. 193. li. penul. vbi dicitur Quare ex statuto Ecclesie prouenit q̄ Papa possit dispensare cum sacerdote &c. sic lege. Quare sequitur manifeste, cum sit ius humanum, Papam posse dispensare cum sacerdote.
- ¶ Pag. 193. li. 20. quando vxorē ducat. lege. quin vxorem ducat.
- ¶ Pag. 238. li. 30. c. Discreticnis, lege: Discretionem.

Linea ascendendum in qua secundam aliquem gradum perpetuum impedimentum est.

Typus graduum

consanguinitatis



Linea descendendum in qua secundum aliquem gradum perpetuum impedimentum est.

Hoc eodem modo gradus affinitatis sunt intelligendi secundum dicta de consanguinitate, et affinitate supra.

SECUNDA PARS SPECV-

li coniugiorum ædita per R. P. F. Alphonsum
a vera cruce Augustinianum.



Post primam partem in qua disputauimus de matrimonio, et eius impedimentis omnibus in particulari, in quantum ad fideles spectat, qui subduntur legibus Ecclesie, restat in hac 2. disserere de ipso matrimonio, in quantum ad solos infideles attinet. Differt enim non parum loqui de fidelibus, et de infidelibus, eo quod illa que in matrimonio valida sunt apud infideles, apud christianos irrita habentur. Ob id cum diuersum sit iudicium, diuersum requirit tractatum. Unde pro virili contendam ea omnia que a doctoribus scripta sunt in medium afferre. Si que autem fuerint obscura, et indigesta digerere. Dubia vero que nos apud istos infideles cognouimus, a doctoribus non scripta, quia non fuerint dubitata, eorum ignota, etiam differemus. Hoc solum obsecro, ut nullus ob prolixitatem scripturae ab eius lectione desistat. Nam si que scripta fuerint bona et utilia, nullo modo contemnenda, si tamen nullius momenti sunt, etiam si una sit scripta pagina sola non expedit legere.

Nec ideo contum-

nat, quia scripta sint alibi.

Non no-

ua

edere intendere, sed quia

magistris loquentibus, et mutis

accepimus, et cogere, et elucidare, si opus est et extendere, et ampliare, quando res expostulat, quod non semel, atque iterum, sed frequenter eueniet.

¶ Ar

A **C**ARTICVLVS. I.
Vtrum inter infideles sit verum matrimonium.



Nte omnia proponitur tanq̄ fundamentum hu-
ius partis. Vtrum inter infideles sit matrimoni-
um verum, vel solum nomine tenus coniuñctio
sit vaga, et incerta viri ad fœminam.

¶ Pro solutiõe cuius oportet reducere in me-
moriã quod nos in principio primę partis in-
ipso primo ingressu diximus, matrimonium esse quid naturale, li-
cet non sit naturale tanq̄ quid causatum ex principijs nature
ex necessitate quadam, tamen naturale, quia ad id inclinã natu-
ra, et si compleatur mediante libero arbitrio. Sicut virtutes di-
cuntur homini in esse naturaliter, non q̄ in nobis inueniãtur habi-
tus perfecti per naturam, sed inest nobis a natura, q̄ possumus ta-
les virtutes suscipere, et q̄ perficiãtur per operationem nostrã.

Nota que
supra, p. p.
arti. p.

B Vnde Aristo. ait. Inclinari ad virtutes innatum est homini, ta-
men habere eas perfectẽ genitas, non cõpetit homini naturali-
ter, sed per assuefactionẽ ad opus. Sic de matrimonio. Naturale
enim est, quia natura inclinã ad istam coniunctionem maris et fœ-
minæ, licet ipsa perficiãtur per voluntatẽ. Hinc Aristo. dicit,
hominem esse naturaliter magis animal coniugale, q̄ politicum,
quippe qui coniunctionem maris et fœminæ ponit inter coniun-
ctiões naturales. De quibus ibi in principio diximus. Hijs ergo su-
positis, cum infideles propter infidelitatem naturalia non amise-
rint, sequitur non esse negandum eis matrimonium. Pro quo sit. i. q. 10.
conclusio.

¶ Contractus matrimonialis viri certi ad certam fœminam,
sicut reperitur legitimus inter fideles, sic et inter infideles. Hęc cõ-
clusio supponitq̄ inter fideles reperiatur, qd non est opus proba-
re, sed dicitur q̄ sic reperitur inter infideles. Anteq̄ veniamus ad
huius probationem, primo oportet scire quando fuerit matrimo-
nium institutum. Vtrum precesserit infidelitatẽ. Et ad quid insti-
tutum

p. conclu.
Hugo, li.
2. de sa-
cra. p. 11
ca 13
Idem in
summa s̄e
ten. tra. 7
c. p.

Gen. 2. **tutum. Et a quo institutum. Et quidem, quando fuerit insti-** **A**
 Alex. balē **tutum constat ex sacra scriptura in principio genescos, quando**
 4. p. q. p **dominus dedit. Adæ adiutorium simile sibi, quod non inueniebatur**
 ar. 2. **inter animalia omnia. Missoq̄ sopore in Adam, formauit ex**
 Digressio **costa eius Euā verē, et realiter, et nō metaphoricē, vt Caie, aliās**
 in fauorē **caatholicus, et ad miraculum doctus existimat, quem si inter cla-**
 Caie. **sicos scholaísticos, simul et orthodoxos doctores apponeret aliās**
grauis et non mediocriter doctus, et mibi pater obseruandus Alfō
ius a Castro, optimē, cūm inter hereticos in cathologo, in illa sua sū-
ma ascribat. Stomachum mouet, et ab heresi tantum vindicare
doctorem potest facillē quilibet etiam mediocriter eruditus. Atq̄
nisi viri religiositas, et sanctitas aliās nobis cum Salmanticę esse
mus cognita esset, bilem concitatā existimāremus. Quam credi-
mus nimis ebullisse, et plus iusto in Ambrosio Catherino Senensi ali-
ās eiusdem instituti, qui sua illa virga Censoria, qua nemini par-
cit non leniter sed ad sanguinem vsq̄ terigit virū bene meritum **B**
de re Theologica, et p̄ quē omnes hui⁹ etatis Theologi p̄ offecerūt
At reuertentes vnde digressi sumus, quia alibi erit locus amplus,
quando contra Cathe. scribemus, dicimus tunc illa coniunctio-
ne foeminae, et maris facta primo, institutū fuisse matrimonii. Vt
cōstat. Ext. d̄ frigi, et malef. c. fi. et. c. 1. et. c. Ante peccatū. 32. q. 2
Ergo ante omnem infidelitatem matrimonium institutum ē, ci. m
 Io. stobeus. **in paradiso ante omne peccatum facta dignoscatur coniunctio**
 in sermo. **65. elegā maris et foeminae, quod institutum est in offitium nature. i. ad-**
 ter ex mu **ter ex mu multiplicandum genus humanum, ad conseruationem speciei. Si**
 sione phi- **non esset tunc talis maris et foeminae coniunctio: absq̄ dubio cūm**
 lasopho. **non esset generatio, in totum periret humana species. Cbid tunc**
institutum in offitium nature. Et quidem dato non esset peccatū
 Gen. 2. **sed primi parentes manerent in statu innocētie, et omnes filij eius**
 Benedic- **matrimonium esset. Cuius promissio fuit illis verbis. Non est bonū**
 tio mari. **hominem esse solū, faciamus et adiutorium simile sibi. De facto**
 Alex. ba. **autem instituit, quando Adam soporato, ex costa. Euam forma-**
 4. p. q. 2. **uit. Per verba etiā ista: Crescite, et multiplicamini nō fuit institu-**
 ar. p. **tum**

Atum: vt aliqui dicunt, sed talia verba fuerunt benedictio ipsius matrimonij iam instituti, et perfecti.

¶ Unde Pater Augustinus. Nos nullo modo dubitamus benedictionem Dei: Crescite et multiplicamini, et replete terram, dominum esse nuptiarum, quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum, et foeminam. Augusti. 14. de ciuitate. c. 22

¶ Et matrimonij perfectio inter Adam et Euam facta est per illa verba: Hoc nunc os ex ossibus meis, per que videtur consensus expressus, sine quo matrimonij minimè sit Que protulit Adà et non ipse Deus, vt intelligamus matrimonium licet naturale sit perfici tamen mediante consensu. Quod autem talia verba prolata ab Adam fecerint matrimonium, maximè videtur ex hoc: quia sunt dicta per os Adæ, significantia vnitatem carnis inter virum et uxorem. Extra, de diuortijs. ca. Gaudemus. § Quia vero. Et. 33. q. 5 ca. Mulierem. Gene. 2. Necessarius cōsensus. 4. d. 26. Supra. p. ar. 2. Gene. 2. Math. 19.

B ¶ Et in verbis illis prolatis ab Adam, Hoc os ex ossibus meis et caro de carne mea, propter banc relinquet homo patrem, et matrem, et adheret uxori sue, et erunt duo in carne vna, declarata sunt tria bona matrimoni Bonum inseparabilitatis, in quantum dicit. Propter hanc relinquet homo patrem, et matrem. Bonum fidei, quando dicit Et adheret uxori sue. Bonum denique prolis cum dicit. Erunt duo in carne vna s. vnus pueri procreandi.

¶ Attamen, post peccatum fuit matrimonium in remedium, vt s. carnis vitium cobiberetur, et posset fieri absque peccato. Per peccatum namque facta est rebellio maxima carnis et spiritus, et concupiscentia vehemens, que vix cobiberi potest. Ob quod dominus voluit in remedium esse matrimonium, vt sic homini liceret accedere ad mulierem absque peccato, vt contineret se respectu aliarum, et posset concupiscentiam explere cum propria uxore absque peccato. Quod apostolus declarat dicens. Vnusquisque habeat suam propter fornicationem. 33. q. 2. §. His itaque. Et quidem hec institutio in remedium facta est implicite a Deo, cum dixit mulieri. In dolore paries filios, et sub viri potestate eris, qui dominabitur Matrimonio in remediū. Alex. 4. p. q. 4. ar. p. 88. ar. 2. Ad ro. 5. Ad ga. 5. 1. corin. 7. 32. q. 4. c. Nemo. et. c. Sicut Gene. 2.

tur tui. Adq̄ verò dixit. Quia audisti vocē vxoris &c. Ex q̄b̄ ver A
bis, & sequentibus simul in vnum collectis: videtur insinuasse co-
rum copulam non esse in officium tantum, sed etiam in remedium
Expressius hoc instituit post diluuium, quando dixit Noe, & fili
is. Crescite, & multiplicamini, & replere terram. Quibus preliba
tis probatur conclusio.

Gene. 9.

p. ratio.

S. Bona. d.

39. arti.

p. q. 2.

Diffinitio

matrimo.

22. q. 154

ar. 9. ad.

3. ibi. ca. 1e.

B. Bona. d.

40. c.

41.

Ricar. ibi

Alex. 2. p.

q. 169. m.

2.

2. ratio.

3. ratio.

Gene. 2.

Math. 19

4. ratio.

p. corin. 7

¶ Inter illos poterit esse matrimonium, inter quos inueniri po
test vera ratio matrimonij. At inter infideles potest inueniri ve
ra ratio matrimonij. Matrimonium enim est maris & fœmine
legitima coniunctio, indiuiduę vitę consuetudinem retinens.
Inter infideles autem reperitur legitima coniunctio maris,
& fœmine: quia non omnis fœmina: omni viro coniungitur, sed
abstinent ab aliquibus gradibus: vt est inter patrem, & filiam,
filium, & matrem. Nec aliqua gens est tam barbara, quę non ha
beat aliquem gradum prohibitum in matrimonio, a quo abstinet
Est etiam indiuidua vitę consuetudo. Nam licet contingat inter
infideles q̄ post diuertant, & contrabant cum alijs, dimissis legiti
mis coniugibus, de per accidens contingit, & non est intentum a
per se. Eo nempe quo conueniunt, animo conueniunt non diuerten
di, si omnia sint grata, sicut a principio, & seruandi in hoc suam
antiquam consuetudinem.

¶ 2. Omnis concubitus inter personas: quę non sunt coniuges:
est fornicarius. Infideles autem esse fornicatores non asserimus, q̄
sic inter se copulati sunt, vt constat. Et prolis eorum legitima iu
dicatur, quod non esset, si matrimonium verum inter eos non esset

¶ 3. Matrimonium est institutum a Deo in principio. Ergo ibi
erit matrimonium, vbi inuenitur coniunctio, eo modo quo Deus in
stituit, s. q̄ copulentur vir, & fœmina, & propter hanc relinquat
homo patrem, & matrem, cum legitimo consensu, sed sic est: q̄ in
fideles qui mutuo consensu iunguntur, matrem & patrem relin
quunt propter vxorem, cum non copulentur parentes filijs, ergo
inter eos erit matrimonium.

¶ 4. Idem probatur ex Paulo dicente. Si quis frater vxorē
habet

A habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illa, non dimittat
 Ex istis verbis aperta est conclusio, ubi Paulus loquitur de illis
 qui coniuncti sunt, quando vterq; erat infidelis. Alioquin, si loque
 retur de fidele, & infideli, non posset esse matrimonium ratione di
 sparitatis cultus: vt in prima parte dictum est. Ergo loquitur de i
 fidelibus, & dicit q; non dimittat iam fidelis infidelem coniugem *P. ar. 32.*
 Vnde verè fuit matrimonium inter ipsos infideles. Conclusio pa
 tet ex Ecclesie determinatione. Extra de consan. & affi. c. De in
 fidelibus. Et de diuortijs. c. Gaudemus. Et quidè nuptiarum singu
 laris cõsideratio, quæ apud antiquos lumine fidei priuatos fuit. Suffi
 cientissimum est argumentum. De quo multa ex antiquis conge
 sta per Ioa. Strobeu. in suis sermõibus, serm. one. 65. ex Menãdro
 Euripide, Demosthene, Musone, & alijs. Et sermõe. 83. elegãter *Ioa. Stobe.*
 multa ex Pythagoreorum documentis.

¶ Est etiam sententia hæc omnium catholicorum. Nec infide Cõmunis
 litas in vtroq; nocet, quominus posset esse ista coniunctio matrim. opinio.
 nialis, quæ a Deo fuit instituta ante omnem infidelitatem, & ante
 omnem infidelem. Neq; ab aliquo est vnq; dubitatum, quin inter i
 fideles possit esse matrimonium. Neq; obstat qd. B. Hiero. dicit, vt
 B. refert. B. Bona. in 4. q. tota vita infidelium si peccatum, & q. Hieroni.
 non habent matrimonium verum. Immo eorum coniugium est pec *B. Bona.*
 catum. Ideo baptizatis ipsis non imputatur, neq; computatur, sed *d. 39. ar.*
 in baptismo deletur, sicut & cetera veteris hominis opera. In istis *P. 94*
 enim. B. Hiero. opinatiuè loquutus est, non assertiue. Hæc Bonauè.

ARTICVLVS 2.

Vtrum inter infideles huius noui orbis sit matrimoniũ.

Resoluto, & concesso q; inter infideles legitimum reperia
 tur matrimonium. Vtrum inter infideles noui huius
 orbis sit matrimonium legitimum. Ratio dubitandi
 iudicio meo non est parui momenti. Nam si ita est, q; *Ratio. p.*
 matrimonium requirit ad sui veritatem legitimam coniunctione *dubitandi*
 simul

simul cūm indiuidua vitę consuetudine, cūm ista indiuidua consu- A
etudo vix inter istos fuerit reperta, propter facilitatem quā ba-
bebant inter se, dimittendi vxorem primam, & ducendi aliā: vi-
detur q̄ non sit matrimonium.

2. agrum ¶ Preterea. Matrimonium est vnus ad vnam, sed iter istos
non hoc obseruabatur, cūm vnus vir plures ducebat vxores, &
retinebat eas simul.

3. ¶ Ad idem. Ad matrimonium legitimum requiritur q̄ sit
cognitus talis contractus, et q̄ sit expressio consensus inter tales
qui coniunguntur. Inter istos autem infideles tempore suę infide-
litas nullo modo cognitus erat talis contractus, imō sic iungebā-
tur, sicut pecora solent iungi, nec magnificiebant aliquo modo
et vix erat expressio consensus. His non obstantibus respondetur.

1. conclu. ¶ Inter infideles huius prouintię Michuacanenſis erat legi-
timum matrimonium, vbi coniuncti fuerunt secundum mores suos
vir et fœmina, voluntarię, ad prolis procreationem, et operum B
cōmunicationem. Probatur ex supra dictis. Inter illos reperitur
matrimonium, inter quos inuenitur vera ratio matrimoniij, sed in-
ter istos infideles vera ratio matrimoniij inuenitur, ergo et verū
matrimonium. Inuenitur quidem inter eos coniunctio maris &
fœminę, vnus ad vnam, coniunctio inter legitimas personas se-
cundum suam consuetudinem, et etiam indiuisa vitę consuetudo,
quia aliq̄ reperti sunt, q̄ postq̄ semel a principio iuncti fuerunt:
nunq̄ separati sunt, ergo non est dubitandum esse matrimonium
inter aliquos ipsorum. At, quia dubium est circa modos particula-
res diuersos quibus coniungebātur, de singulis in particulari libet
disputare, vt sic omnia sint in manifesto.

¶ Primo erat mos inter Principes ipsorum, vt antē inter se
parentes loquerentur, et pater filij quę volebat traddere nuptui
do in ma mittebat nūcium in domum patris puellę, quā volebat traddere
trimonio filio suo, simul et dona, et narrabat quomodo talis Princeps volebat
contraben vt filius eius duceret filiam suam in vxorem. Respondebant tunc
do inter vt parentes puellę sic fiet. Nuncius reuertebatur, et loquebantur in
primates. ter

A ter se omnes consanguinei puellæ de matrimonio futuro, et diffini-
ebant futurum, et ornabāt puellam, simul et pedisequas famulas
Puella verò portabat vestem pro sponso, et alia donaria. Et secū
deferebat vten fillia, simul et falcem ad ligna scindenda pro tem-
plis Deorum, simul et stramen vnum ex iuncis factum. Cum istis
mulieribus ibat vnus sacerdos idolorū in domum sponsi, vbi etiā
omnia pro nuptijs ornata erant. Panis nuptiarum quem faciebāt
distinctus. Et muliebria ornamenta quæ parata habebat sponsus
pro sponsa, et cetera dona vtrinq̄ parata recipiebat sacerdos
in manu sua, et dabat sponso, et sponsæ, quibus dicebat sic. Dū ve-
lint vt vos bene conueniatis in vnum, fidem seruantes ad inuicem
inter vos. Parentes autem ipsorum iuuenum dicebant eis. Videte
vt ad inuicem vos diligatis, et ad inuicem dona detis, et recipia-
tis. In hac coniunctione non aliquid leuitatis admiscebitur.

Quæ parē
tes admi-
cem dice-
bant filijs,

B aliquis vos interficiat ob aliquod adulterium. Peculiariter autem
dicebat puellæ. Vide ne inueniaris ab aliquo in via loquens cum
alio viro, quia tunc infamabunt nos. Sacerdos verò virum in
hec verba alloquebatur. Si mulierem tuam in adulterio deprehē-
deris, relinque eam, et mitte in domum propriam, pacifice, sine
hoc quod ei iniuriā inferas, quia ipsa pœnitentia dei est, dolebit.
His dictis, omnes consanguinei, et alij vicini comedebant simul in
vnum, et signabat pater sponsi prædia, in quibus deberent agri-
culturam exercere. Et præbebat sacerdoti, et alijs mulieribus quæ
venerant cum sponsa vestimenta quædam. Et simul mittebat do-
naria patri sponse. Hic erat modus matrimonij inter nobiles isto-
rū infidelium in puintia Michuacā, vt didicimus ab ipsis seniori-
bus, et sacerdotibus demonū. Nullus eorū sanæ mentis est, qui non affir-
met huiusmodi contractum matrimonij esse, cum præcesserint
verba ipsorum parentum, et simul donaria ex vtraq̄ parte, et
admonitio de fide seruanda in matrimonio. Et tādē oīa alia quæ pla-
nè explicant consensum matrimonij. Nam et fiebat per manus
sacerdotum, et non licebat eis aliquo modo disiungi, nisi propter
adul.

Propter a
adulterium
diuortium
cōcedeta-
tur.

adulterlum, vt aiunt.

¶ Verum non idem modus seruabatur inter infimos homines in reliqua plebe, sed varij admodum erant modi. Dicam tamen vnum satis vsitatum.

*Modus cō
trabendi
populariū*

¶ Primo parentes proprij ipsorum iuuenum, qui coniungendi erant, vel cognati, si mortui erant parentes, loquebantur inter se de matrimonio, & conueniebant, tamen non mittebant ad nuptiam dona, nec sacerdos cōmitabatur sponsam, sicut inter nobiles, sed ipse sponsus communiter dabat sponse aliqua donaria, vel vestem, vel panem, vel quid simile, quo ipsi vtuntur in victu, vel vestitu. Et si militer sponsa quando non adeo erant pauperes: vt id nō possent facere. Et sine expressione aliqua vocali consensus conueniebant iuuenes inter se ad dictum parentum, & pater sponse monebat filiam dicens. Nullo modo relinquant proprium virum in lecto noctu, & vadas alibi aliquod adulterium cōmittere. Caue tibi ne facias maleficium, eris mihi augurium. Et non diu viues super terram: si malum feceris. Occidēt te, simul & me, si adulteriū cō-

*Ecce quo
modo indi
ssolubilitas
decla
ratur.*

missis. Istis modis (vt in plurimum) infimi homines iungebātur vel quia parentes loquebantur iter se, vel quia ipsi domini, seu patres familiās conueniebant loquentes de matrimonio sine expressione consensus ipsorum qui iungebantur. Dubium quippe non est talem contractum esse matrimonium, quandoquidem tales inter se conueniebant animo non diuertendi, sed perpetuō manendi in vnum. Et iste erat mos inter eos, vt postq̄ parentes, vel cognati conuenerant de matrimonio, anteq̄ carnaliter iungerentur sponsus & sponsa, ipse sponsus quatuor diebus continuis ibat in montē & adducebat ligna, quę cremabantur in templis idolorū. Et sponsa ipsa verrebatur domum, & magnam partem vię, qua perueniebat sponsus in domum sponse. Hęc erant tanq̄ preces, quę clam, quibus orabant Deos suos, vt bene inter ipsos coniugatos eueniret. Et tunc, istis consumatis, quando carnaliter conueniebāt primo dicebat sponsus sponse, vt eum cooperiret veste, & sic remanebant tanq̄ vxorati. Aliqui verō nō spectabant quartū diē, sed

A Sed in. 2. vel. 3. conueniebant. Alij verò plures spectabant dies. Hoc enim ad libitum fiebat. Ex omnibus his ostenditur inter eos esse matrimonium legitimum, quia non sic vaga erat coniunctio, & incerta inter eos, sed erat certi viri ad certam fœminam.

¶ Preter istum cõmuncem modum coniunctionis erant alij plu
res quando inter se secretè cõueniebant duo, ipsis parentibus p̄ di contra-
prijis, et cognatis ignorantibus. Alij mo-
bendi.

¶ Primo, quando duo, vir et fœmina amore incitati dice-
bant inter se, tu mihi prædium coles, ego tibi vestimenta texam,
ego tibi similiter panes decoquam, et alia victui necessaria mi-
nistrabo. Et tandem, vel vir, vel fœmina sic conueniebant vt ve-
lent inter se iungi ad cõmunicationem operum. Aliqua quippe sũt Aris. li. p̄
Oeco. c. 3

quæ pertinent ad fœminas, quæ masculus nescit operari. Et simili-
ter aliqua pertinent ad masculos, quæ fœmina nescit. Ob quod
Aristo. vocat istam coniunctiõẽ naturalem viri et fœminæ. Sic Arist. 8.
c. 12.
P. poli.
c. 2. & P.
Oeco. c. 3

B ¶ Erat consuetum inter eos istẽ modus coniunctionis, vt vno hæc
loquente, siue masculus, siue fœmina, alio tacente, simul statim cõ-
iungerentur, et conuenirent in vnum, tanq̄ maritus et vxor, sine
expressione alia consensus, & sine hoc q̄ parentes, vel consanguini-
nei loquerentur de matrimonio. Fortè i ste modus coniuncticnis
posset esse dubius apud aliquem. Nunquid per hoc sit matrimoni-
um sine expressione alia cõsensu. Sed credo pro certo esse huiusmõ rat expre-
di coniunctionem matrimonium, etiam si non fuerit expressio alia sio consen-
sus, dum modò inter se tales conuenerint veluntariè ad cõsũs verbo
communicationem operum. Nam coniunctionem maris & fœminæ in
matrimonio dicimus esse naturalem: quia id natura decet, ob q̄ pra. p. p.
affirmamus, & reperiri inter infideles, inter quos naturalia ad ar. 3.
huc manent integra, ergo inter illos inter quos fuerit coniunctio S. Tho.
maris certi ad certam fœminam, ad opus ad quod ipsa natura in 22 q. 10
clinat, & cum expressione talis finis: erit matrimonium, sed sic ẽ
quòd natura inclinat hominem vt sit operum communicatio in
ter virum & fœminam, quia non eadem vtriq̄ conueniunt. Ergo Aris. 1.
Oeco. c. 3.

Verè

veré erit matrimonium.

2. ratio.

¶ 2. sic. Si vir diceret *foemine*: ego te accipio in uxorem: vt mihi pares cibum quotidianum, & vestem, *foemina* dicente viro: ego te accipio in meum virum: vt *queras aliundé vnde tibi textã vestem*; item: vt agrum colas, ex quo habeamus alimentum. Et ipsi hęc dicentibus conuenirent simul, animo perseuerandi in perpetuum: verum esset matrimonium absq̃ dubio, ergo etiam erit si solúm dicant inter se: tu mihi coques cibos: ego veró colam agrũ. Et hoc animo conueniant inter se, quia siue dicat: accipio te in meam ad hoc, vel non dicat expressé, sed solúm: conueniamus in vnum, tu mihi hęc facies, & ego hęc tibi: intelligitur sub istis verbis, q̃ sic mutuo se recipiant, & idem significat talis coniunctio. Cũ ergo per primam verum & legitimum celebratur matrimonium, & per secundam coniunctionem similiter, quia in tali coniunctione id intendunt facere, quod solent alij coniugati.

3. ¶ 3. Si parentes ipsorum iuuenũ dicerent filiis suis hęc verba: B tu *foemina*, & tu vir, adiuuicem conuenite, & communicate ad iuicem opera: sicut vir & *foemina* solent, & sic iuuenes coniungentur, id volentes facere: esset verum matrimonium, vt supra probatum est in prima parte (quod maximé erat in vsu apud istos) Ergo sequitur q̃ etiam si inter se ipsos hęc loquantur, erit verum matrimonium.

4. ¶ 4. Si duo inter se conuenirent, masculus & *foemina*, sic dicentes: conueniamus in vnum ad operum communicationem, simul & ad filiorum procreationem: esset matrimonium, si animo perpetuo permanendi conuenirent. Sequitur ergo q̃ si solúm sit explicatio communicationis operum: erit matrimonium. Probatur consequentia. Ad hoc q̃ sit verum matrimonium, non requiritur consensus expressus, aut intentio in carnalem copulam, nec in filiorum procreationem. Nam sine tali consensu est legitimum, vt inter illos qui habent in animo seruare castitatem. Ergo sequitur q̃ dato non exprimat hoc, 2. cum expressione primi sufficit ad matrimonium.

Supra, p.
p. ar. 2. du
bio pri.

¶ Si

A ¶ Si sine verbis: solum aliquibus signis esset consueta ista ma-
 ris & fœminæ coniunctio in matrimonio: est verum matrimonium,
 vt supra in 1. parte determinauimus, & in sequentibus dicemus, P. P. ar. 3.
 & est textus expressus supra allegatus. Alioqui mutus non pos-
 set contabere. Sequitur ergo q̄ si vbi consuetum est: sola signa fa-
 ciunt verum matrimonium, quod a fortiori talia verba quibus *Sola sig-
 na cõsen-*
 communicatio operum explicatur faciunt matrimonium, vbi cõsus suffi-
 cietum est illis vti ad coniunctionem istius maris & fœminæ. *ciunt.*
 Ma-
 ior enim manifestatio est talis coniunctionis p̄ talia verba, q̄ si so-
 lum essent signa. Quod sit frequentissimus hic modus conueniendi
 in vnum in prouintia: constat omnibus callentibus linguam ipso-
 rum, quia nihil tam frequentius q̄ hoc. Immo suspicor ante ad-
 uentum Christianorum non fuisse alium, sed q̄ modus esset vt di-
 ceret: iste vir agrum colet, & ibit querere illa ex quibus vestes fi-
 ent, & ipsa fœmina decoquet cibos, & vestem parabit viro, quia
 inter istos hæc est cõsuetudo: vt fœmina vestem faciat p̄ viro suo.

B Verũ tamen, q̄ modo nõ explicant istis verbis modum quo tra-
 debant nuptui, dicentes: capies vxorem talem, que tibi hæc, & hæc
 faciet. Et simili modo respectu viri, cum iam a religiosis audie-
 rint modum contrahendi.

¶ Alius modus coniungendi erat non rarus, vt sine hoc q̄ parẽ *Moduscõ*
 tes, vel cognati aliquid loquerentur de matrimonio, nec ipsi inter *trahendi*
 se, sed cum mutuo se aspicerent: iungerentur, sine aliqua promissi-
 one preuia, neq̄ aliqua ceremonia, et sic manerent ad annos pluri *precessu.*
 mos, sine hoc quod aliquid loquantur de matrimonio, et p̄est succe-
 su temporis manentes simul, dicit vir fœminæ. (Hipirandescia
 ibungumi tembuni) Quod latinè sonat: ego accepi te in vxorẽ.
 Vel alijs verbis. Ego gaudeo quod te acceperim in vxorẽ.
 Et ipsa aliquãdo respondet (enquam) Quod significat: ita sit, vel
 vt in plurimum nihil respondet, et sic manent simul tanq̄ vir et
 vxor. Modus hic maximè contingit quando vel vir aliam pri-
 mò habuit, que adhuc viuebat, quando huic coniunctus est, et cum
 prima moritur, quam primo acceperat, tunc solent dicere talia

verba. Vel si ipsa fœmina alium habebat virum, et moritur: eodẽ modo solent dicere illa verba. Vel q̄ uãdo venit in notitiam cognatorum q̄ sint iuncti. De hoc etiam non dubitandum est quin sit matrimonium quando illa verba sic profferunt: ego accepi te in meã licet a principio nulla fuerit promissio. Probat. Vbi cunq̄ est cõ iunctio maris et fœminæ, inter legitimas personas, cum expressione consensus: est verum matrimonium, sed in casu ẽ talis cõiunctio inter legitimas personas, vt suppono, et cum expressione consensus, ergo est verum matrimonium. Quod sit expressio consensus per illa verba probatur. Verba non significãt naturaliter, sed ad placitum ex impositiõẽ hominum, et inuenta sunt ad exprimẽdum interiores animæ conceptus vt ait Aristo. Cũ ergo per talia verba ipsi profferentes intelligant expressiõem consensus in matrimonium: sequitur q̄ verum erit matrimonium. Et q̄ ipsi sic contrahentes intelligant, immo et omnes audientes: est manifestũ, et ipsis et nobis, qui linguam ipsorũ non ignoramus. Perinde enim est apud ipsos dicere (bi pirandescã thunguini tembuni) i. ego accepi te in vxorem, sicut si diceret: scias q̄ dato a principio nõ dixi tibi: accipio te in vxorem, et dato coniuncti sumus sine hoc q̄ aliquid p̄cessisset de matrimonio: tamẽ ego habui in animo te accipere in vxorem, et sic te habeo exnunc velut vxorem. Sequitur ergo in aperto, q̄ talis modus contrahendi est verum matrimonium, ex illo tempore quo illa verba prolata sunt, si adsit consensus inerior ex vtrãq̄ parte. Quod maximẽ hoc probat, est: quia tunc dicebant vt in plurimum illa verba, quando sublatum cognoscebant aliquod impedimentum, quod putabant obstaculũ fuisse a principio.

- ¶ 2. Ad idem. Si essent solũ signa aliqua, et non verba explicita consensus, illis signis eßet matrimonium, vt supra determinatum est. Sequitur ergo q̄ vbi fuerint verba ad id sumpta, qualiacunq̄ fuerint, efficiunt matrimonium, si ipsi audientes intelligunt expressiõem consensus.

A **PARTICVLVS 3.**

Vtrum quando in modo non exprimebatur
consensus erat matrimonium.



Alius modus contrahendi apud istos est, quando
coniunguntur vir & fœmina, sine hoc q. aliquis
loquatur de matrimonio, nec ipsi adinuicem se
promittant, sed obuij sunt. Et cùm omnia bona
sua secum portent, adeo pauperes sunt: vt simul
maneant in vnum, sicut iunguntur duo bruta a-

nimalia, nihil amplius loquentes, hoc excepto, q. communicant se
in operibus sicut vir & vxor, & seruant fidem adinuicem, & sic
intus in corde se reputant tanq̃ si essent veri coniugati. Et respõ
dent interrogati: vbi est vir tuus? Ignorando virũ. Et si virum in-
terroges: vbi est vxor tua? ipsam fœminam designat. Et nihil p̃
cessit. Sed quando interrogamus eos: quomodo vos primo in vnu
conuenistis. Vtrum fidem adinuicem de matrimonio dedistis? res-
pondere solent (Exeb pera parincubche pibperapibca) Vel sic.

B (Erateb pera parincubche pibcbuperapibca) quod significat
latine. Cùm nos adinuicem videremus: simul iuncti sumus. Vel sic.
Cùm adinuicem nos in faciem aspiceremus. coniuncti sumus car-
naliter, nihil aliud loquentes. Immo aliqui sunt adeo rudes: vt in-
terrogati: quid tunc cogitabatis? respondeant: nihil, tanq̃ si vo-
luntatem suspensam habuerint ab omni actu, quod credo cõtinge-
re posse apud istos, qui magnopere sunt stematici, vt vulgo
dici solet. Tamen alij respondent. q. tunc cogitabant in matrimo-
nium coniungi, & no ad peccandum. Alij dicunt q. ad peccandũ.
Ad hoc dubium: quia & inter doctos, & indoctos dubitatum est
respondetur.

¶ Iste modus coniunctionis quando nullum p̃cessit signum Conclu-
expressiuum consensus, nec p̃cessit aliquod verbum, nec aliquid
aliud de matrimonio, nullum facit matrimonium. Immo neq̃ p̃e-
sum ptum, etiam si ad mille annos simul maneant tanq̃ maritus, et

vxor

x

uxor, siue in animo habeant velle coniungi matrimonialiter, siue nihil cogitent, siue solum cogitent peccatum. Hęc conclusio probatur solum in lumine naturali loquendo, omittendo expressam iuris determinationem. Nos enim loquimur de illis, qui tempore in fidelitatis iungebantur, qui astricti erant legibus nature, & diuinis Euangelicis, non Ecclesie determinationibus.

Ratio,
1. corin. 7

¶ Hęc coniunctio naturalis maris & femine est ad hoc, quod vir potestatem habeat vtendi muliere absque peccato, & mulier potestatem habeat vtendi viro similiter, sed non potest in tali coniunctione viro constare, quod mulier se tradiderit viri potestati, nec mulieri, quod vir se tradiderit eius potestati, ergo nullo modo potest eo vti absque peccato. Consequentia est bona. Nam alias sequeretur, quod ego possem vti palio Petri sine expresso consensu eius vt interpretatiuo, quod nullus sane metis dicit Nec sufficit, quod sit actus interior voluntatis in matrimonium. Dato quidem per solum actum anteriorem transferatur dominium in alterum, tamen alter in quem transfertur, nullo modo potest licite vti, vsque dum ei constet, quod in eum translatum fuerit dominium, quod non potest ei constare per solum actum anteriorem. Ergo non sufficit actus interior, quia mala fide vtetur re aliena, licet verè sit sua, cum ei non constet, quod sit sua. Sicut si quis furatus est vestem: vtitur ea cum peccato, & dominus verus videns vestem propriam: in animo donat illi, qui furatus est. Certum est, quod adhuc ille qui vtitur veste peccat, quia non constat ei, quod sit sua. A simili ergo in proposito.

S. Tho. d.
27.
Seco. d. 29
Abulen.
Gene. 29.
q. 11.
Vual. de
sacramen
6. 132.

2. ¶ Stando in iure nature matrimonium est quidam contractus, scilicet de: vt des. Ergo sequitur naturam aliorum contractuum, sed sic est in alijs contractibus, quod non est verus per solum actum anteriorem, nisi constet de consensu verbis, vel signis. Et quod non sit presumptum patet etiam stando in iure naturali. Presumptio enim debet fundari in aliquo, quod reputatur sic esse, ex alijs quibus que apparent, ex quibus eliciuntur alia, de quibus non constat. At, in casu nostro non est aliquid ex quo eliciatur esse presumptum matrimonium, ergo non presumitur. Nam si esset aliquid:

Supra. p.
p. ar. 3.
Hugo de
sacra. li. 2
p. 11. c. 6.
Ricard. d.
27. arti.
p. 93.
Suplem.
ib. q. p.

A quid: maximé coniunctio carnalis, sed ex illa non presumitur apud ipsos matrimonium. Nec etiam ex hoc q̄ diu maneant iuēti. Quia feré solum illud matrimonium reputabant, quando anté loquutū erat. Et si non erat loquutum apud parentes, vel cognatos, vel alios qui erant tanq̄ patres familiās: matrimonium non reputabant validum. Item. Vbi alia erant signa exprimentia consensum, & in vsu apud ipsos, & verba, quomodo poterat esse presumptū matrimonium, vbi constat nihil horum precessisse. Et si forté apud vicinos tale esset presumptum: ideo esset, quia putabant inter eos sic cōiunctos aliqua verba affuisse, vel signa exprimentia cōsensū

¶ Sed contra istam sententiam est argumentum. Quando aliqui duo inter se cōmutant triticum pro vino, vel alia similia, sufficit q̄ vno accipiente vinum: alter accipiat triticum, sine aliquo alio signo, & sine alia expressione consensum. Ergo cōm in proposito sit quedam mutatio: sufficit q̄ vir vtatur fœmina, & ipsa fœmina vtatur viro sine alio cōsensu, vel verbo, vel signo.

¶ Re. esse dissimile. Et ratio est. In cōmutatione enim duarū rerū sufficeret talis modus cōmutandi, quia tunc sic dando libere vinum pro tritico: constat illi qui recipit triticum: q̄ alius veré dat et q̄ vult dare, cum vinum recipit, et ad hoc habebat triticum expositum. Nec potest in alium vsu dare triticum, nisi ad vtendū eo in suam utilitatem. Ob quod sufficit talis modus cōmutandi, sed non sic est in contractu matrimonij, quia per hoc q̄ Ioanni iungitur Maria: non potest constare Ioanni: An Maria Ioanni iungatur in matrimonium, vel ad peccandum, cum vtroq̄ modo potest iungi, et in bonum vsu, et in malum. Similiter etiam non potest fœminæ constare: dato vir iungatur ei carnaliter: vtrum iungatur ei ad matrimonij vsu, vel solum ad fornicandum. Quare non potest mulier vti viro, nec vir fœmina, nisi constet de expressione consensus, ad quem vsu velit vir iungi, vel fœmina. In cōmutatione autem aliarum rerum: quia vnus est vsus. s. ad utilitatē hominum: sufficeret exterior cōmutatio sine alia expressione.

¶ Potest 2. dici, q̄ iste contractus matrimonij licet sit quedā cōmu

cōmutatio. Tamen adhuc quod cōmutatur manet in potestate cōmutantis, et solū per cōmutationem conceditur vsus ad tempus quia vir non semper vxore vti potest in quocunq; tempore, et in quocunq; loco, nec vxor viro. Vnde necesse est q; in tali cōmutatione adueniat consensus expressus, per quem constet viro q; possit fœmina vti tempore et loco congruo. Similiter et fœminæ vti possit viro vti. At in cōmutatione aliarum rerum, quod cōmutatur transit in potestatem alterius, et amplius non manet in potestate cōmutantis. Quarè sufficit datio ad inuicem, vel cōmutatio ipsarum rerum sine aliqua alia expressione.

2. obiectio

Sententia
Caietani.

¶ Contra hæc videtur esse sententia domini Caietani. qui interrogatus de dubio: vtrum esset matrimonium inter istos infideles, etiã si non esset aliqua expressio consensus: dixit hæc verba. Serupulus autè de consensu expresso, vel non expresso: pro nibilo reputatur quando certum est q; vir et mulier coniugali affectu se coniungerant. Sufficenter exprimitur cōsensus in coniugium per carnalē copulam, cum affectu coniugali. Hęc est quod vir non cognoscit illam vt fornicator, sed vt maritus, et mulier tradit corpus suū, non vt meretrici, sed vt coniux. Hęc Caietani. Tamen, vel ipse Caietani. (vir nostrę tempestatis eruditissimus) deceptus est: istorum ignorans mores, vel si sufficenter (saltem auditu) cognouit, non rectè iudicauit. Sed quia mihi persuadere non possum: quin rem certò cognoscens, rectè sententiã ferret: existimo deceptum fuisse, eo q; ipse putauerit inter hos infideles nullum alium esse modum contrahendi matrimonium, et exprimerendi consensum: nisi per solam irraductionem in domum, et per copulam carnalem, et mutuã cohabitationem. Haud dubiè vera esset sententia domini Caietani. si ille modus esset contrahendi solū: quando sic duo contraherent, vnus cum vna, et simul remanerent illo animo maritali coniugum. Verum enim esset matrimonium, eo q; per talem modum secundū consuetudinem ipsorum exprimeretur verus consensus in matrimonium. Tamen vbi sunt alij modi contrahendi expressè per verba, et per signa exprimentia consensum: nullo modo potest sta-

Explicatur
sententia
Caietani.

Are sententia eius. Per talem quippè coniunctionem, etiamsi sit affectus interior maritalis, non explicatur sufficienter talis cōtrahendus, cum sint alij modi clari, & manifesti contrahendi. Sequitur ergo q̄, cum apud istos alij sint modi, sicut diximus supra, & apud Mexicanos similiter: q̄, nullo modo matrimonium erit per hoc q̄ sic iungantur, sine signis, & sine promissione, sine aliqua loquutione, etiamsi in animo habeant conueniendi ut maritus & vxor. Sufficit pro ista sententia esse communem opinionem Theologorum, nemine excepto. Dicere verò q̄ ad matrimonium sufficeret consensus interior est error. *Vuiclef, damnatus in concilio Cōstāntiensi. De quo in prima parte de consensu ar. 3.*

Error Vuiclef. Vual. d. sacramentis

c. 132. Alia ratio.

¶ Sed adhuc pro ista opinione est ratio. Si esset verum q̄ talis modus contrahendi inter istos efficeret matrimonium, quando cōuenirent maritali affectu, & non fornicario: sequeretur q̄, si pōst contraherent cum alijs, vir cum alia fœmina, cum expressione consensus, & fœmina cum alio virò: q̄ compellendus esset redire ad primam vxorem, & q̄ vxor rediret ad priorem virum, q̄ videtur falsum. Et q̄ sequatur patet. Quia si verum fuit primum matrimonium, ubi nō fuit expressio consensus per verba, nec per

Vide lapū alega. 57

B signa, pōst secundum contractum nou erit ratū. Ob id cogēdi sunt redire ad primum matrimonium. Sed q̄ hoc sit falsum ex eo patet: quia certa non sunt dimittenda propter incerta, sed de isto. 2. constat, & est certum, ergo non dimittendum propter primum, quod est incertum. Et constare non potest, fatcor, siquidem si qui primo conuenerint affectu maritali ad inuicem suos cognoscerēt interiores conceptus, sicut angeli cognoscunt, fortè non esset necessarius expressus consensus, ut dicit Maio. Sed tamen quia nō sic se possunt homines cognoscere, nullo modo per solum interiorem consensum erit matrimonium, sicut supra dictū ē. p. p. ar. 3.

Maioris. i. 4. d. 26 S. Tho. p. p. q. 57.

ar. 4.

Tiraq. de leebus conub. Glossa 5. fo. 162.

nu. 17.

¶ Alius est modus contrahendi inter istos satis vsitatus, ut quis acciperet fœminam in vxorem. Interim dum filia esset nubilis, et pōst cum filia peruenit ad etatem iunguntur sine alio cōsensu de nouo. Vel contingebat si essent duę sorores, vna iam prouecta et etatis, alia puerilis etatis, accipiebat in vxorem illam quę erat

pro

x iij

proiecte etatis spectans infantulam, vsq; dum iam posset concipere, & sic eam capiebat sine alio nouo consensu. De quo videtur dicendum esse verum matrimonium, si sic affectu maritali iungebantur inter se ipse vir & puella, dummodò ipsa puella intellexerit q; mater tradiderit eam illi viro in matrimonium. Vel si soror erat, q; soror. Hoc sic probatur communi argumento. Quando est coniunctio aliqua viri & fœminę, qui sunt legitime persone, cum expressione consensus, verbis, vel signis: est verum matrimonium, sed in presentiarum est talis coniunctio inter legitimas personas, cum expressione consensus, cum sufficienter exprimatur quando talia precesserunt verba. s; si mulier habens filiam puellulam diceret viro: accipies hęc puellam in vxorē: cum proiecte fuerit etatis, & interim me habebis velut vxorem, & ipse consentiebat, & post puella iam nubilis intellexit matrem eam matrimonio copulasse, & illo affectu iungitur viro. Haud dubie satis expressus videtur consensus, ergo erit matrimonium. Et perinde erit, siue sit mater, siue soror: fœmina que sic matrimonium tractauit, quandoquidem talis erat mos.

Ratio.

2. ratio.

¶ 2. Non possumus melius intelligere talem coniunctionem esse matrimonium, q̄ ex vsu ipsorum, et cōmuni intelligentia eorum qui iungebantur, sed (vt nobis constat ex ipsorum consuetudine) per talem modum matrimonium contrahi credebant, sicut si ipsi inter se conuenirent, et adinuicem se promitterent, ergo habendum est tanq̄ matrimonium, si tali affectu maritali iungebantur, dato id non exprimerent voce, vel aliquo signo. Dixit athen. Si puella intellexit verba, que precesserunt de matrimonio. Nam si ipsa nunq̄ intellexit matrem, vel sororem loquitam de matrimonio, et ipse vir eo q; audiuit verba iungitur puellę sine noua expressione, vel promissione, et ipsa puella consentit in copulam, & cōmunem cobabitationem, ignorans tamen q; aliquid precessit de matrimonio inter matrem, & virum, nunq̄ erit matrimonium, vsq; dum cognouerit verba precessisse, vel quid simile inter cognatos, & postq; sciuerit libere voluerit illi viro cobabitare, tanq̄ vera vxor.

A vxor. Et ex tunc matrimonium habet vim. Sed tamen quoad ipsa ignorauit factum, et sic temerè coniuncta est viro, sine aliqua expressione consensus: nullum erit matrimonium, vt patet ex dictis.

¶ Sed quid si puella iam sciens factum quod precesit. liberè cobabitat viro, sine consensu interiori, nihil de illo cogitans. Dubium.

¶ Re. quod videtur tunc virtualiter consensisse. Nam ex quo sciuit contractum precesisse, et non reclamatur, nec dissentit, videtur approbasse factum, quod precesit. Quare habendum esset tamquam matrimonium. De quo etiam in 1. parte latius disputauimus.

Omnes modi huius contrahendi erant in usu apud istos infidelitatis tempore, et ipsorum omnium visitior erat: vt parentes, vel nobiles, seu patres familias loquerentur de matrimonio pro iuuenibus, et ipsi iungerentur sine aliqua expressione consensus, et sine aliqua cerimonia. Et licet alij modi essent in usu, iste tamen frequentior.

B quentior.

¶ Ex istis in aperto est quod a principio probare contendebamus, inter istos infideles esse matrimonium, quando quidem habebant suos modos coniungendi, quibus ipsi intelligebant coniunctionem naturalem viri et femine perfici. Dato in modo non omnes conuenirent in tota prouintia, immò nec in vno oppido, quia erant varij modi, tamen ista signorum variatio non variat matrimonium, dum modo per talia signa ipsi contrahentes intelligerent coniunctionem naturalem viri et femine velle perficere. Nec mirandum est de hoc, cum ex scriptura constet non eundem modum fuisse contrahendi apud antiquos, sed alium, et alium, secundum diuersas nationes, vt adducit Florentinus de nuptijs.

¶ Apud Cimbro: hec erat expressio consensus, quod postquam parentes loquerentur de matrimonio: sponsus scinderet ungues, et mittebat in domum sponsæ, et sponsa similiter.

¶ Teutonij radebant capita ad inuicem sponsus et sponsa in consensu matrimonij. Teutonij.

¶ Apud Armenos hoc erat in usu, vt sponsus scinderet aurem dextram sponsæ, et sponsa sinistram sponsi.

Elamitę. ¶ Elamitę hunc serauabant ritum, vt sponsus digitum cordis sponsę gladio percuteret, & sanguinem lamberet, sic & sponsa.

Numidia
ni. ¶ Numidiani certum est habent in vsu, vt luto facio adinuicem liniventur sponsus & sponsa.

Macedo-
nes. ¶ Macedones per hoc quod panem gladio diuisum degustasset vterq; coniugum.

Panonię
Galatę. ¶ Panonię noua nominum impositione coniungebatur.

¶ Galatę contrabebant quia eodem speculo vir & femina potabant.

Tracij. ¶ Tracij, ferro ignito, caracteribus in fronte signabant sponsum & sponsam.

Tarenti. ¶ Tarenti nisi sponsus id comederet quod sponsa ferrigebat & sponsa quod sponsus, velut coniuges non seputabant.

¶ Apud scitbas tam e q; adinuicem se mutuo tangerent sponsum & sponsa in pede, in cruribus, & manibus, simul et capite. Et de multis alijs & varijs modis & admirandis legat qui vulerit Alexan. ab Alexã. Genialium dierum. lib. 2. cap. 5. & Ioa. Ee mur de moribus gentilium per totum. Et sic non miremur de istis q; signa quedam haberent, & vix verba, quando tam varius modus apud varias nationes fuit contrabendi. Et quidem apud quosdam huius prouintię, qui tamen sunt alterius idicmatis, erat mos q; adinuicem se tangerent in capite sine alio consensu exteriori. Sufficiat tamen q; omnes nationes hanc habent naturalem coniunctionem maris & femine.

¶ Liber hęc adduxisse ad probandum iter hos verum esse matrimonium. Idem apud Mexicanos probatur, licet alius esset modus contrabendi.

Apud Me-
xicanos vt
fertur. ¶ Primo inter filios nobilium sic febat, vt parentes iuuenis, vel cognati, si nõ erant parentes, quando iam decreuerant dare iuueni uxorem, consulebant Astrologos, seu diuinos, & petebant ab eis vt ipsi viderent per astra, seu signa, vtrum talis iuuenis cum tali puella quam volunt ei dare in uxorem conuenient bene in vultu vtrum pacificę victuri essent simul, & mutuo se perpetuo dilecturi.

Aturi. Et vtrum filios procreabunt. Tūc Astrologi, seu diuini, aspi-
 cientes quibusdam signis, & incantamentis: vtrum bene conueni-
 ent, nec ne. Respōsso dato q̄ non, cessant ab incepto. Si respondēt
 fœlicem exitum: mittebant parentes, vel cognati iuuenis in domū
 puellę matronas petere puellam pro tali iuvene. Parentes verō so-
 lent se excusare quibusdam ambagibus, vel eo q̄ puella non sit
 nubilis etatis, vel aliquo alio argumēto, dicētes matronis illis: q̄ re-
 nuncient parentibus iuuenis, esse valdē gratum, q̄ voluerint pone-
 re oculos in filiam suam. Hęc verba ad litteram. Et q̄ filia sua ad-
 huc non poterit commodē viro suo ministrare, nec domum p̄tere-
 re. Matronę autem reuertuntur pōst aliquibus diebus p̄teritis,
 Rursus mittuntur in domū puellę vt renūcient eis: qua causa nō
 vellint dare puellam? Et dicunt, q̄ iuuenis est filius nobilium, &
 parentes habere diuitias, & p̄dicia. Et parentes puellę r̄stondēt
 rem narraturos per ordinem omnibus cognatis, & ipsi puellę, &
 q̄ si ipsa voluerit, traddent ipsam illi iuveni. Et conueniunt cog-
Bnati puellę in vnum, quod si decernunt eam sponsare: mittunt ipsi
 similiter matronas in domum iuuenis, renunciare iam conuen-
 tum esse inter eos, vt puella iungatur adolescenti. Parentes verō
 adolescentis vocant ipsum, & renunciant ei velle traddere vxo-
 rem talem puellam, & monent vt sit vir, & paterfamilias, & q̄
 conueniant bene inter se, ipse, & puella, q̄ mutuo se diligant. Ec-
 dē etiam modo parentes puellę renūciāt. Similiter ei hortātur
 & dicunt vt seruat viro suo. Alōqui relinquet te, & dacet aliā,
 & non bene conuenietis in vnum. Quibus peractis, signant diem
 in quo nuptię sunt celebrandę. Et certis quibusdam ceremonijs in
 humeris portant puellam in domum sponsi, vbi simul sedent sup̄
 stratum paratum coram igne, & ibidem duę mulieres diuinatri-
 ces quadam veste linea vtrunq̄ ligant, s̄ sponsum & sp̄sā. Sp̄s-
 sus verō dat sponse tunicam, & ipsa: sponso vestem, qua ipsi vi-
 ri vtuntur. Ciboq̄ posito coram ei: sponsum comedit per manum
 sponse, & sponsa per manum sponsi. Et quatuor diebus integris
 manent, & ibi ardet ignis in presentia ipsorum, & ibidem dormi-
 unt.

Nota quomodo illis quatuor diebus, & ad superflua naturę expellenda non lo-
modo a- ge progrediuntur, eo qđ si contingebat sponsum, vel sponsam fo-
pud nobi- ras egredi illis diebus: dicebant esse signum, vel qđ non diligenter
les Mexi- se maturo, vel quid simile, illis qđ quatuor diebus, parentes, et cognati
canos ma- ti omnes egregie bibebant vsqđ ad ebrietatem. Sponsus tamen &
trimonium celebraba- sponsa ieiunabant, deprecante: Deos suos vt felix esset coniunc-
tur. tio, & bonum haberet exitum. Transactis itaqđ quatuor diebus:
mulieres diuinatrices defferebant sponsum & sponsam in lectum
ornatum, & paratum. Hic erat modus coniungendi inter nobiles.
Quare nulli dubium est, quin talis modus coniungendi efficiat ma-
trimonium, quandoquidem tam sollicitę curabant scire: vtrum be-
ne esset conueniendum in vnum, existimantes per talem vnionem
perpetuo manendum in societate, & qđ nullo modo licebat eis di-
uertere. Et ferę (vt aiunt) idem modus seruabatur apud ceteram
plebem, hoc vno excepto, qđ non omnes poterant omnes obseruare
ceremonias, propter eorum magnam paupertatem. Consuetumqđ B
erat apud aliquos sine huiusmodi ceremonijs iungi, quippe qui nō
cōcubina se habebant velut vir & vxor, sed tanqđ concubinarios, eo qđ po-
que duce- stea (quādo eis libebat) iungebantur istis ceremonijs. Ex quo ma-
batur abs- nifeste constat inter eos verum fuisse matrimonium. Alias, quor
qđ cerimo- sum differentiam haberent inter coniuges, & concubinas: vt con-
nijijs. cubinam dicerent illam, quam temerę absqđ solemnitate coniunge-
runt sibi, & vxorem, quam cum ceremonijs. Si verō contingeret
qđ amorem cōcubini iuuenis cum puella iungeretur, parentibus ignoran-
tibus. Postea successu temporis adolescens adibat parentes puellę,
petens veniam de commisso delicto, qđ filiam acceperit ipsi inui-
tis, quibus dicebat, se velle de nouo eam accipere vt vxorem, &
sic solemniter iungebatur. ¶ In puertia de Nicaragua (vt aiunt)
matrimonium celebrabatur per hoc quod sacerdos Idolorum ex
minori digito manus: vtrunqđ apprehendebat sponsum, & intro-
ducebat in locum vbi erat ignis accensus, & cum
consumaretur ignis, etiam erant
nuptię celebratę.

ARTICVLVS. 4.

Vtrum si plures quis duxit sit matrimonium.



Via apud Mexicanos audio fuisse consuetudinem vt nobiles aliquādo vnā acciperent in vxorem cum ceremonijs, et habent quidem in animo eam accipere in vxorem veram, sed tamen cum hoc nollunt q̄ filij illius mulieris sint heredes, sed firmanent in corde aliam recipere, cuius filij succedant in principatu paterno. Et dato istam. 2. reciperet, prima sēper habebat tanq̄ vxor, et dominabatur domi.

¶ De isto modo coniungendi posset esse dubium, eo q̄ quando iungebatur primæ: habebat in animo non habere solū eam, sed simul cum ea aliam accipere in vxorem, ex quo videtur agere contra essentialia matrimonij, s. contra bona ipsius. Quia fides nō poterat seruari. Dubium.

B. ¶ Et vt dubium augeatur amplius pro omnibus infidelibus, ponimus q̄ quicumq̄ infidelis quando coniungebatur secundum ritum et morem suum habebat in animo: si sibi non placeret illa aliam ducere, vel q̄ dato placeret: repudiaret eā, et sumeret aliā. An esset verum matrimonium? Equidem multum iuuat scire, eo q̄ incolæ huius noui orbis infidelitatis tēpore frequēter isto animo iungebantur. ¶ Solutio huius dubij erit declaratio illius modi contrahendi quem proposuimus.

¶ Pro solutione oportet primo distinguere. Vel habebant solū in animo accipere aliam, vel non solū habebant in animo, sed exterius ducebant in pactum. Nota.

¶ Infidelis contrahens cum aliqua muliere, in animo habens aliam recipere simul cum ea: verum contraherat matrimonium cum prima. Probatur. Vbi est cōsensus inter personas legitimas: ibi est verum matrimonium, sed in casu inter illas duas personas est talis consensus, ergo et matrimonium. 1. conclusio.

¶ Si non esset verum matrimonium: ex eo esset, quia habet in animo 2. ratio.

Contra- animo aliam ducere simul, sed hoc non obstat quominus sit matri-
bens cum monium. Finis enim principalis matrimonij, qui est procreatio p
vna ani- lis, cōmodē stat etiam si aliam ducat. Immo melius q̄ si vnam so
mo accipi- lam. Finis etiam secundarius, qui est operum cōmunicatio non
endi aliā simul, ve- tollitur propter hoc q̄ secundam ducat simul cum prima, ergo
re contra dato id habeat in animo: non per hoc tollitur matrimonium.
bit.

3. ¶ Ad idem in c. Gaudemus, Extra de diuortijs, vbi compelli-
tur infidelis conuersus ad fidem primam recipere, si plures ha-
buerit. Sequitur ergo q̄ cum prima verum fuit matrimonium,
etiam si animum habuerit accipere aliam, vel alias.

2. conclu. ¶ Infidelis contrahens cum aliqua animo repu diādi quando
ei displiceat: contrahit matrimonium. Si non eſset matrimonium

Ratio, p. maximē, quia repudium tolleret eſſentiam eius, sed ſtante repudio
Qui con- stat matrimonium, ergo non tollitur eſſentia eius. In. c. Gaudemus
trahit a ni vbi ſummus Pōti ſex p̄cipit q̄ i fidelis conuersus: quā primo re
morepudi- pudiauit: retineat. Sequitur ergo q̄ etiam ſtante repudio in opere
andi vere manet matrimonium. Vndē a fortiori etiā ſi ſolū ſtet in intētiōe.

2. ratio. ¶ Illud habitum in intentione non vitiat contractum, quod
poſt exhibitū in exſequitione non vitiat, sed repudium poſt ſequu-
tum non tollit contractum, ergo nec etiam ſi ſit in intentione. B

3. ratio. ¶ In pacto poſitum repudium non vitiat, ergo nec in intentio-
ne. Conſequentia eſt bona. Et probatur antecedens. Si aliquis Iu-
deus duceret vxorem tali pacto: q̄ poſset repudiare quando volu-
erit: verē cōtraheret, qd qd alij dicant. Quia ex omni cauſa pote-
rat repudiare: vt poſtea probabimus. Ergo et infidelis gentilis, ſi
id in pactum duceret: contraheret. Nam quod licuit Iudeo p̄ Dei
diſpenſationem: licuit gentili per conſuetudinem habentem vim
legis, vt poſt dicemus. Ergo ſequitur q̄ etiam infidelis cum tali
pacto contrahens: verē contraheret. Ergo etiam ſi haberet id in
voluntate, ſi non exprimeret. Hanc ſententiam tenet Panor. cum
Panor. multis alijs, Contra glo. in. c. De infide, de conſan. & affini. dicens
ſic. Ex quo lex eorum hoc permittit: licitē deducitur in pactum.

4. ratio. ¶ Si aliqui duo facerent contractum, & vnus haberet in ani-
mo poſt mēſem retro cedendi. eſſet verus contractus, ergo etiam

A in presentiarum: datotalis haberet in animo relinquere vxorem
 esset matrimonium, si voluit eam vt vxorem accipere, sicut tenet
 Glosa, vbi supra. Et in c. vni co. lib. 6 de sponsa. dicens, q̄ conditio Glosa.
 contra substantiam matrimonij si fuerit in mente non vitiat con-
 tractū. Id ipsum fatetur Innocentius, sicut refert Panor. in c. Si Inno.
 condiciones, de conditio. appo. qui dicit, quod quando conditio ap- Panor.
 ponitur contra substantiam matrimonij, si vnus contradicat, &
 processum est ad consumationem: non vitiat. Ergo a fortiori: si
 solum sit in animo, dum voluntarie illam accepit in vxorem. Hoc
 etiam videtur affirmare do. Abulen. super Mat. licet super. p. Re-
 gum sentiat contrarium. Ergo consuetudo apud infideles Mexi-
 canos q̄ vnam recipere in vxorem cum ceremonijs. tamen in
 animo haberent aliam ducere: verum erat matrimonium cū pri-
 ma, etiam cum tali intentione. Immo existimo etiam si duceret in
 pactum illud. Ratio est. Quia id sic cōsuetum erat apud eos. Qā
 inferius declarabimus latius. Dato enim iam hęc sint contra legē
 B Christi, tamen non constabat eis ante diuulgationem. Itaq̄ apud
 infideles gentiles nec intentio de pluralitate vxorum admittēda,
 nec de repudiando vxorem, vitia bat matrimonium: si aderat ali-
 as consensus, & non ob aliud, nisi quia per consuetudinem illis lice-
 bat. At, cū solum ista duo sint, quę viros graues dubios reddide-
 rūt in hac quæstione: vtrum apud istos infideles esset legitimum
 & verum matrimonium, considerantes vnitatem vxoris esse de
 essentia matrimonij, ex Christi præcepto simul, et idissolubilitatē:
 aliqui non solum dubitauerunt de matrimonio ipsorum, sed in ap-
 to asseruerunt nullum esse inter eos. Quare duas solemnes quæstio-
 nes: primam de libello repudij. 2. de vxorum pluralitate propone-
 mus. Et primo dicemus quid circa vtranq̄ fuerit in vsu apud is-
 tos. Deindē quid generaliter tenendum circa vtranq̄ quæstionē.
 Et duabus tertiam adijciemus. Vtrum eo q̄ in gradibus diuina
 lege prohibitis isti contrahēbant: etiam sit ratio, quę minus mati-
 monium non valeat. Sicq̄ declarabimus ferē omnem huius. 2. par-
 tis materiam, istis tribus absolutis quæstionibus.

Abulen
 Math. 19
 9. 28. &
 1. regum
 8. 9. 214

ARTICVLVS. 9.

De libello repudij.



In ca repudiū in prouintia Michuacanensi vt habui a sacerdotibus idolorum hęc sunt. Quam primū si duo coniugati inter se non conueniebant, renūciabant sacerdoti maiori idolorum, qui vocabatur ūguai pſorum (Petamuti) et sacerdos admonebat tales coniugatos vt inter se benē conuenirent, & diligereſe mutuo. Et reprehendebat illum qui erat in culpa, & ceſſabant a queſtione. Et ſi. 2. perdurantes erant in odio, ſacerdos ruruſus monebat dicens. Non vultis deſiſtere ab odio? Iam non poterit benē conueniri inter vos. Diſcedite adinuicem. At q̄ſic mutuō ſe repudiabant, vir q̄ aliam ducebat, et fœmina alium virum. Poſt iſtā verō ſententiam nulli licebat. 2. repudiare, quam. 2. acceperat, ſed ſi deprenderet eam in adultero: renuciabat ſacerdoti, et adultera interficiebatur. Quōd ſi ipſe vir iungebat ſe alijs fœminis: parentes fœminæ auferrebant filiam de poteſtate viri, et cauſa propoſita coram ſacerdote, vir qui primo repudiarat: ponebatur in carcere publico, et ſi poſt primum repudium non conueniebant inter ſe: non permittebatur eis repudium celebrare, ſed manebant iuncti inuiti in carcere publico. Hęc ſunt que illi dixerunt. Ita q̄ ſi iſtorum vera ſunt dicta: probatur verum eſſe matrimonium inter hos infideles, quandoquidem ſic iungebantur animo in perpetuum perſeuerandi. Nec facile repudium concedebatur. Tamen non credo ſic de omnibus verum, quia contrarium conſtat, cūm ferē maiorem partem ipſorum videamus repudiaſſe primas vxores, et liberē ſine aliqua ſententia, vel iudicio ſacerdotum. Et in terrogāti de cauſa, quare repudiarunt, dicit vir, reliqui eam, quia non me diligebat, vel quia non coquebat, & parabat cibum, vel quia nō texebat veſtem. Et mulier ſimiliter repudiabat virū. Cauſam ſolent assignare, quia nimium reprehendebat eam vir ſuus, vel verberaret eam, vel quid ſimile. Ex quo probabile credo

Nota quomō adu-
terium fu-
it reproba-
tum apud
eos.

A credo apud naturales prouintiæ Michuacanensis, saltim apud plebem esse in vsu repudium, sine aliquo iudicio, vel sententia sacerdotum, sed solum suo arbitrio. Et fortè quod illi sacerdotes dixerunt, erat verum in ciuitate quæ caput erat prouintiæ, in qua habitabat qui dominabatur omnibus. Crediderim tamen eos quando iungebantur matrimonialiter bono animo coniungi, ad permanendum, licet postea contingeret contrariū. Hæc de repudio apud istos.

In prouintia de Nicaragua (vt aiunt) ob adulterium repudium concedebatur. Et quando sponsam ducebat in existimatio ne quod esset virgo: si inueniretur corrupta.

Modus repudiandi apud Nicaragua.

A pud Mexicanos (vt ferunt) repudium erat per sententiam iudicum ad hoc signatorum. Vel (vt alij referunt, & credo verius) id fiebat solum q̄ aliquibus inter se male conuenientibus in matrimonio: denunciabatur quibusdam iudicibus, & ipsi admonebant eos. Quod si semel, et bis admoniti, nolissent aquiescere, ipsi non contradicentibus inter se, coniuges disiungebantur. Ferunt etiam q̄ propter repudium oriebantur bella, & dissensiones inter parentes, et cōsanguineos, & affirmant q̄ in prouintia Mexicana, quæ satis magna est, non dabatur sententia Diuortij: nisi in ciuitate metropoli Mexicana, vel in Texcuco, vel in alia q̄ dicitur Tlacuba, quæ sunt prope ciuitatem ipsam Mexico sitæ, in quibus locis erant per principem positi quidam seniores, qui iudicarent in causis matrimonialibus. Et si agebatur de adulterio: mortis pœna erat. Si ob aliud contentio oriebatur inter conjugatos: tunc iudices eos pacificabant. Quod si rursum, 2. conquerebantur: sententiam ferebant diuortij. Hoc dicebant esse in vsu. Alij verò dicunt q̄ absq̄ sententia separabantur, ipsis iudicibus non contradicentibus. Nonnulli secretè sine iudicis sententia, nec monitione

Modus repudiandi apud Mexicanos.

adinuicem disiungebantur. Hunc modum di-

cunt fuisse in repudio. Ex quibus col-

ligitur repudium non esse fa-

cile apud eos.

¶ Ar

ARTICVLVS 6.

De indissolubilitate in matrimonio.



Rima & solemnis quaestio in ista materia sit
Vtrum indissolubilitas matrimonij, quae repug-
nat repudio sit de iure naturae.

¶ Pro solutione quaestionis notandum, quid
sit ius naturale, seu lex naturalis. Quot etiã mo-
dis capiatur.

S. Tho. in
4. d. 33.
Gabr. in 3.
sen. 1. 3. 7.
Alex. ha.
3. p. 9. 2. 7
m. 4. 4. 3.

Aris. 12
metaphi.
in fine.

S. Tho
12. q. 94
arti. 2.

¶ Omnibus rebus mundi insunt naturaliter quaedam principia
quibus non solum proprias, & sibi convenientes operationes, sed
quibus eas convenientes fini suo facere possunt. Verbi gratia.
Homini conuenit comedere ad vitae sustentationem, quod fieri non
potest nisi per digestionem cibi. Habet ergo ob hoc quaedam prin-
cipia a natura, quibus perficiat operationem. Habet enim os
& dentes, quod non solum habet a natura, sed cum hoc habet, q-
conuenienter ad finem talem: habeat operationem. Ob quod habet
dentes acutas: vt sic melius cõneri possit cibus. Hoc ideo est, quia
cũ in natura sit optime instituta (vt Arist. ait) non solum prouidet
rebus vt agant, sed etiam vt conuenienter agant. Et tunc dicitur
naturale: quicquid a natura datur. Et talia principia ad reddendum
operationes convenientes fini: naturalia dicuntur. Reddere
etiam operationes convenientes fini: naturalia dicitur. Hoc autem
siue sint operationes quae conueniunt rei ratione generis, vel sint
quae conueniunt ratione speciei. Verbi gratia. Si sit in homine prin-
cipium ad comedendum, quod conuenit ei ratione generis, in quantum
animale est. Eo quippe quod animal est: naturale est ei sumere cibum.
Item Et est principium in ratione ad bonum prosequendum. Hoc
naturale est, quod sequitur naturam speciei, in quantum homo est.
Sine hoc, siue illud: naturale dicitur ipsi homini, cum a natura prin-
cipium habeat ad utranque operationem. Item. Lapis habet prin-
cipium ad complendam hanc operationem. scilicet descendendi deorsum
quod principium est granitas, quod habet a natura insitum per
for-

A formam suam.

¶ Sicut ergo in rebus inanimatis cognitione carentibus, que ex necessitate nature agunt principium actionum est forma ipsa, a qua operationes procedunt conuenientes fini: ita in his que cognitione participant principium agendi sunt cognitio, & appetitus. At, quia naturale est habenti cognitionem agere ex his principijs: necessario dicendum est q̄ illa sunt principia naturalia. Nam eo modo quo lapidi conuenit descendere deorsum a forma sua s̄ propter grauitatem: sic et animali conuenit operari: opera conuenientia ei per cognitionem, et appetitum. Et hec naturaliter agunt, quia a natura habet mouere animal ad operationes conuenientes ei. Ob quod necessario oportet ponere in vi cognoscitiua naturalem conceptionem rei quam cognoscit, & in vi appetitiua quãdam inclinationem. Hoc quidem est in appetitu inclinari, quod in vi cognoscitiua cognoscere. Per huiusmodi uerò actus potest reddi operatio conueniens rei cognoscenti: sicut &

B per grauitatem lapidis reddit actus, qui est descensus conueniens ipsi lapidi. Et hoc est uerum in cognoscente, siue operatio sit ^{S. Tho. 12} que conuenit cognoscenti, ex conditione generis, in quantum animal, ^{q̄ 94. a. 2} uel ex conditione speciei, in quantum tale animal est. Sicq̄ reperiuntur hec principia, s̄ cognitio, & appetitus, & in brutis, & in hominibus

¶ Est tamẽ differentia inter homines, & bruta animantia. ^{Li Nota. 1.} cetera omnia animata suos habeant proprios fines ex inclinatione nature, & consequantur ipsos fines, non tamen attingunt ad cognoscendum proportionem operis ad finem, seu mediorum in ordine ad finem. Nam & si finem consequantur, non tamen intelligunt suam finem esse. Et quamq̄ contingat finem ipsum cognoscere: nesciunt quis sit modus perueniendi in finem. Homo tamen habet per ^{S. Tho. 12} rationem ut non solum finem suum cognoscat, sed & media fini ^{q̄ 1 ar. 2.} conuenientia, & proportionem ad ipsum finem. Verbi gratia. Brutum animal coniungitur alteri in diuersitate sexuum, s̄ masculus & femina, & inclinatur ad illum, non tamen cognoscit finem, q̄ sit ad prolem generandam. Dato quidem cognosceret, uerum

rum

y

rum medium nõ cognoscit proportionatum fini, sed instinctu, vel appetitu fertur in talem coniunctionem, cum ad id inclinetur. At tamen homo non sic, quia non solum cognoscit finem s. procreationem proles, sed etiam medium proportionatum tali fini. Et quod dato in homine, et in animalibus sit naturalis conceptio, et inclinatio, tamen cognitio naturalis indita homini dicitur lex naturalis, vel ius naturale, quia dirigitur ad operandum. Eademque naturalis cognitio in brutis dicitur naturalis extimatio, et non lex naturalis. Ratio diuersitatis hæc est. Lex quippe dicit regulam ad aliquid agendum, per quam regulamur in operationibus, regulatio solum potest illis competere, qui ad regulam aspicere possunt. Cum ergo homo solus ad regulam possit aspicere, eo dominus suarum operationum, et potest in regulam dirigere: in eo dicitur lex naturalis, et non in brutis. Bruta namque non habent dominium suarum operationum, sed ex vi insita nature mouentur ad exercendum suas operationes, quasi impulsæ. Ob quod in homine dicitur lex naturalis, et non in brutis. Unde lex naturalis est quedam conceptio naturaliter homini indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus proprijs, siue competant ei ex natura generis, in quantum animal est: vt comedere, et gignere, siue in quantum homo est, vt ratiocinari, legere, vel simile quod. Ex quo patet quod cum lex nature sit qua homo dirigitur ad consequendum suum finem per operationem conuenientem fini: omne illud quod reddit operationem non conuenientem fini, quem natura intendit, erit contra ius naturale.

Quid lex naturalis.

¶ Dupliciter actio potest esse non conueniens fini. Vel quia omnino impedit ipsum finem. Vel quia dato non impedit, tamen difficilem facit consequutionem eius. Sicut per comestione in natura intendit sanitatem, et conseruationem animalis. Superflua vero et inordinata comestio impedit finem, quia non erit sanitas cum superflua comestione. Sit a tamen sit temperata comestio, sed non sit congruo tempore, licet non impediatur finis, qui est sanitas, tamen facit difficilem consequutionem finis, eo quod non bene

Ane conseruabitur sanitas cum tali comestione.

Item notandum, q̄ natura intendit in actionibus duos fines. *Nota. 3.*

Vnum principalem. Alium sub isto minus principalem: sicut in exemplo posito. Per comestionem enim in homine non solum natura intendit sanitatem, & conseruationem ipsius hominis, sed etiã intendit bonam habitudinem in negotijs gerendis: vt. s. homo habeat robur, & fortitudinem, & non deficiat in exercitio negotiorum. Vnde potest esse q̄ actio impediatur finem principalem, quẽ natura intendit, vel q̄ non principalem tollat, sed secundarium, & minus principalem. Vel potest esse q̄ difficultet, vel operationem difficilem reddat ad consequutionem finis secundarij, & nõ ad consequutionem finis principalis. Vt non recedamus ab exemplo posito. Superflua enim comestio non solum tollit finem principalem, s. sanitatem, sed et secundarium. s. bonam habitudinem in

Bnegocijs gerendis. Et idem de nimio defectu cibi. Cibatio verò inordinata quantum ad tempus, non tollit finem principalem, sed difficilem reddit secundarium. Nam non existente bona valetudine, non potest homo commodè negotia exercere. His suppositis sit prima conclusio.

In actionibus humanis si sit aliqua operatio quẽ omnino tollat finem principalem, quem intendit natura in suis operationibus: illa talis operatio est prohibita iure nature per prima principia iuris nature. Verbi gratia. Intendit natura conseruationem hominis. Homicidium autem directè tollit istum finem. Ob hoc homicidium dicitur esse prohibitum de lege nature per prima principia legis nature. Item. Natura intendit bonum cuiuslibet. Si alicui malum inferat, tollit omnino istum finem, quem natura intendit. *Quare est de primis principijs iuris nature hoc. Nulli malũ est faciendum. Talia enim sunt principia prima legis nature, q̄* *Math. 7.* sunt nota omnibus statim sine aliquo discursu, quẽ audita statim quilibet approbat. Sicut etiam est hoc. Omne bonum est profectum, & omne malum est fugiendum. Quia ergo natura intendit finem primo, prohibet primo quod omnino tollit illum finem.

¶ Om

y ij

2. cōclusio. **Q**uoniam operatio faciens difficilem peruentionem ad finem que principaliter intendit natura in suis operationibus, vel faciens eam minus decentem: est prohibita iure naturæ, de secundis præceptis iuris naturæ, quæ quidem præcepta sunt tanquam quedam conclusiones, quæ deriuantur ex primis principijs. Hęc conclusio probatur. Quia cum natura (vt diximus) non solum det operationem ad consequitionem finis, sed etiam ad conuenientem consequitionem: illud quod impedit istam conuenientem consequitionem finis erit contra ius naturæ, sed non est contra prima principia. Nam per tales operationes finis principalis non tollitur, ergo erit de secundis principijs, quæ sunt velut conclusiones deriuatæ a primis. Verbi gratia. Stando in exemplo proposito. Comestio inordinata quantum ad tempus; quia licet non tollat finem principalem, scilicet sanitatem hominis, quam intendit natura, reddit tamen consequitionem finis difficilem, quia non comode habetur. Ob quod est iure naturæ prohibitum comedere ante tempus. Non quidem de primis præceptis, quia non est de per se notum comedere ante horam. Unde non est de primis præceptis iuris naturæ, sed fit notum ex primo principio sic. Cuilibet est necessarium conseruare vitam, sed ex inordinata comestione quantum ad tempus non bene conseruatur vita, seu salus hominis, ergo non est comedendum ante horam. Ecce quomodo hoc quod difficilem reddebat finem intentionem a natura est prohibitum iure naturæ, tanquam quedam conclusio, quæ probatur ex principijs per se notis in natura, quæ sunt de primis principijs, ex quibus deriuantur conclusiones, quæ dicuntur esse de lege naturæ, vel prohibita, vel præcepta de secundarijs præceptis. Hęc sunt valde notanda in omni materia, precipue in hac matrimonijs: ad exacte intelligendum quid sit contra legem naturæ.

3. cōclusio. **O**mnis actio quæ tollit finem secundarium nature, vel difficilem facit peruentionem ad ipsum: est prohibita de iure nature per secundaria præcepta iuris nature, et non per prima. Probatur conclusio. Natura in suis operationibus post finem principalem.

Alem intendit debitam peruentionem ad ipsum, et finem secundarium. Ergo illis preceptis iuris nature erit prohibitum quod impedit finem secundarium, quibus est prohibitum quod impedit debitam peruentionem in fine, quia eadem omnino est ratio utriusque, sed quod impedit commodam peruentionem in fine est prohibitum. 2. preceptis iuris nature, ut in 3. conclusione patuit.

¶ Illud dicitur esse prohibitum. 2. preceptis iuris nature: quod non est per se notum malum, sed elicitur ex per se notis, sed quod impedit, et tollit finem secundarium, quem natura intendit: non est per se notum malum, sed est tanquam conclusio que elicitur ex per se notis. Ergo quandoquidem est prohibitum: solum est prohibitum secundis preceptis iuris nature. Exempli gratia. Multum comedere impedit finem secundarium, quem natura intendit, per comestionem, scilicet bonam habitudinem ad negotia gerenda, ergo multum comedere est prohibitum iure nature sed tamen non primis preceptis, si cum tali comestione conseruatur sanitas. Quia non est per se notum illud esse malum, sed debet fieri notum per prima principia per se nota. Sic, scilicet. Omne malum est fugiendum, et bonum prosequendum, sed non exercere negotia que sunt homini conuenientia est malum, ergo fugiendum est. Ecce quomodo elicitur hoc tanquam conclusio quedam ex per se notis. Ob quod illud tale dicitur esse de iuris nature preceptis secundarijs.

¶ Applicando in proposito in matrimonio. Duplicem finem intendit natura inclinans ad illud. Primum et principalem, procreationem prolis, et eius sufficientem educationem. Qui finis competit homini in quantum animal est. Omnibus quippe animalibus profectis conuenit procreare filios, et educare eo tempore quo educatione parentum indigent. Et ob id Aristoteles hanc causam associationis maris et femine assignat communem omnibus animalibus quod est primum bonum matrimonij, scilicet prolis educatio.

¶ Finis secundarius, et minus principalis in matrimonio est communicatio operum maris et femine, ut ibi Aristoteles dicit, que communicatio est in necessarijs ad vitam. Et quantum ad hoc ponitur bonum aliud matrimonij, scilicet fides, in quantum debent sibi adiuuare

serua

y iij

2. ratio

Math. 7.

Duplex si
nus inten

tus a na-

tura in ma-

trimonio.

Abulen.
math. 19.
q. 45.Aris. 8.
Ethi. c. 12

seruare, quandoquidem in operibus communicandum. A

¶ 3. finis respectu fidelium solum sacramentum, de quo quia de infidelibus agimus nihil in presenti.

Ius naturale tripliter accipitur. V
 Vno modo, pro eo quod est a principio naturali. 2. modo, pro eo quod est a principio extrinseco Diuino. 3. modo, pro eo quod non solum est a principio naturali, sed est a natura, i. de re naturali, prout distinguitur contra rationem.

¶ Primo modo capiendum, ius naturale est illud, quod est ex principio, quod a natura inditum est. Verbi gratia. Homo a natura habet rationem inditam. Eo enim est homo: quod rationem habet, qua distinguitur ab alijs animalibus. Quod ergo ab isto principio procedit in homine, dicitur esse de iure nature, quomodocumque homo dirigitur per rationem ad aliquid absque aliqua lege scripta, siue illud ad quod inclinatur conueniat ei: quia homo est, vel quia animal est: dicitur esse de iure nature. sicut videmus hominem absque aliqua lege posita inclinari ad viuendum in consortio aliorum hominum, etiam si nulla sit lex posita, vel inclinari ad mansuetudinem, vel quid simile, sine alia lege. Et hoc, quia ratio que in homine est: eum mouet ad illud. Illud tale dicitur esse de lege, vel de iure nature isto primo modo. Idem si moueatur ad comedendum, quod conuenit ei in quantum animal est. De iure naturali esse dicitur, quia illud habet a principio insito a natura, i. ea ratione, qua sensituum est et nutrimento indiget. B

2. modo dicitur ius naturale, quod est Diuinum posituum. Et hoc ad similitudinem modi precedentis. scilicet quia est quasi ex principio naturali, eo quod sit a principio superiori mouente. Sicut in naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quod sint a principio intrinseco, sed quia sunt a principio extrinseco superiori mouente. Sicut motus qui sunt in elementis ex impressione corporum cælestium dicuntur naturales: ut dicit cometator. 3. de cælo, et mundo, licet non sint a principio intrinseco. Tamen quia a superiori mouente, sufficit ad hoc quod naturale dicatur. Ob similitudinem cuius i

ius naturale

Auerro.

Aius illa que a Deo sunt, qui est principium superioris mouens: dicitur esse de iure naturali. Sunt etenim ex infusione superioris principij. Hoc modo accipitur ab Isidoro, dicente. Ius naturale est quod in lege, & Euangelio continetur. Certum est, q̄ si primo modo caperetur ius naturale: pro illo quod est a principio insito per naturam: q̄ non omnia que sunt in Euangelio, sunt de iure naturali. Nam q̄ homo recipiat baptismum ad salutem: non est sic naturale, cum ad id non inclinetur homo per rationem, cum sit supra rationem. Veruntamen quia que in Euangelio sunt: a Deo data sunt, & indulta, tanq̄ a superiori principio: dicuntur esse de lege nature.

Que sunt in Euangelio dicuntur esse & de lege nature S. Bona. in. 4. d. 33.

¶ 3. modo dicitur aliquid de iure nature, strictè capiendo, pro eo quod est non solū a principio naturali, sed ab ipsa natura. Principium naturale in homine suorum actuum ratio ipsa est. Vnde quicquid est de dictamine rationis: est naturale, q̄ est capi ius naturale primo modo. Tamen isto. 3. modo est: quando ab ipsa natura est, prout natura distinguitur contra rationem. Et naturale: prout distinguitur contra illa que sunt secundum rationem. Hoc modo ius nature non est aliud: q̄ illud quod est de rebus naturalibus. Hinc est q̄ illa que conueniunt homini: non in quantum homo est, sed in quantum animal est: dicuntur esse de lege nature, vel de iure nature: hoc. 3. modo strictè capiendo. Et sic capiendo: differunt Iuriste dicentes. Ius naturale est, q̄ natura omnia animalia docuit. His suppositis oportet queestioni satisfacere, vbi querebatur. Vtrum inseparabilitas matrimonij sit de iure nature. De quo fit. 1. conclusio.

Quidquid est de dictamine rationis est naturale.

Quid ius nature se eundū iuristas.

¶ Capiendo ius naturale 2. modo. i. pro iure diuino: inseparabilitas est de iure nature. Probatur ex illo Math. vbi Christus ex prese dixit: nullo mō licere homini relinquere uxorem. Patet etiā quomodo ab initio fuerit sic ab ipso Deo constitutum, quādoquidem dixit. Erūt duo in carne vna. Et ab initio creauit Dominus. Tādem ex processu littere constat: Deum tunc inseparabilitatem matrimonij renouasse, que a principio creationis fuerat, que perierat.

1. conclusio

Math. 19.

Gene. 2.

erat in statu legis veteris propter repudium.

2. conclu. ¶ Accipiendo ius nature, 3. modo str. Et, pro illo quod homini conuenit in quantum animal est: inseparabilitas matrimonij non est de iure nature. Probat. Inseparabilitas quidem hec non reperitur in ceteris animantibus: ubi masculus & femina commiscetur. Ergo sequitur, cum in alijs non sit de iure nature, nec in homine.

3. conclu. ¶ Accipiendo ius nature primo modo, pro eo quod est de dic tamine rationis, sine aliqua lege positua: inseparabilitas in matrimonio est de secundis preceptis iuris nature. Quia verè ita est, quod ratio ipsa absque aliqua lege dicat in matrimonio esse indissolubilitatem, vel inseparabilitatem. Dicat enim illa que sunt conuenientia fini matrimonij, sed conueniens est talis inseparabilitas ad proles procreationem ut constat. Nam alias, non posset debite educari, si non esset talis indissolubilitas inter conuogatos.

In matri. preinten-
ta procre-
atio pro-
lis, educa-
tio, et ope-
rum com-
municatio.
Probatio
conclu.

¶ Pro intelligentia tamen notandum est, quod in matrimonio ista pretenduntur, scilicet procreatio proles, eiusdem educatio, instructio, et operum communicatio ut supra diximus. Finis verò principalis matrimonij, scilicet procreatio proles, etsi non tollatur totaliter per separabilitatem matrimonij, cum proles possit procreari, dato manent ad certum tempus solum vir & femina, non est ista inseparabilitas in matrimonio de primis preceptis iuris nature. In forma conclusio probatur. Separabilitas matrimonij impedit finem secundarium matrimonij, finem autem principalem efficit difficile. Ergo sequitur quod talis separabilitas est prohibita iure nature. Et non est de primis preceptis iuris nature, ergo de secundis. Quod non sit de primis probatur. Quia (ut supra diximus) solum illa sunt prohibita per prima precepta iuris nature, que tollunt finem principalem, quem pretendit natura: sicut occidere, quia tollit vitam hominis, quam intendit directe natura. At, per separabilitatem matrimonij non directe tollitur finis principalis matrimonij, scilicet procreatio proles, cum procreari possit, licet non eque bene: dato separentur vir & uxor. Sequitur quod est de secundis preceptis.

Et

A Et quàmvis sit ad procreationem prolis necessarium q. vir & foemina simul maneant ad aliquod tempus, vsq. dum iam prolis est prouectæ etatis, & sui iuris, non tamen est necessarium, q. perpetuò maneant iuncti. Ob quòd potest finis principalis matrimonij stare cum separabilitate: eo quòd instructio fieri potest perfecte vsq. ad 20. annum. Et sic iam ex iure nature non esset necessarium simul in vnum manere vir & vxor.

¶ Item. Inseparabilitas matrimonij non ordinatur ad prolis bonum, quòd est principalis finis matrimonij: nisi quantum ad hoc quòd per parentes filijs prouideri debet in totam vitam, per debitam preparationem eorum quæ sunt necessaria in vita. Huiusmodi autem preparatio non est de prima intentione nature secundum quam omnia sunt communia. Ergo inseparabilitas nõ est de primis præceptis iuris nature. S. Tho. in 4. d. 33. q. 94. ar. 5. ad. 3.

¶ Licet ita sit: q. inseparabilitas per totum tempus vite non sit contra prima præcepta iuris nature: tamen ad aliquod tempus certum de per se est contra iuris nature prima præcepto. Inseparabi- litas ad illi Nam illud quod tollit finem principalem matrimonij est contra prima quod cer- præcepta iuris nature, sed separabilitas si sit ante prolis procrea- tum tempus tionem necessariam, & educationem sufficientem tollit finem pri- est contra cipalẽ matrimonij, ergo est contra. 1. præcepta iuris nature. Quòd 1. præcep- si separatio fit ante prolis procreationem tollatur finis matrimo- ta iuris na- ni patet. Quia cum foemina sola non sufficiat ad prolis educatio- ture. nem, nec solus vir, vterq. coniugum erit necessarius. Sequitur ergo quòd si simul non maneant in vno: q. prolis non educabitur. Et si non educetur: non adest finis principalis matrimonij. Educatio nem quippe principaliter intendit natura, & non solum genera- tionem. Vnde de iure nature est tandiu virum & foeminã simul manere, quandiu intenditur educatio prolis. Antè verò separari est prohibitum iure nature primis præceptis. Hęc conclusio nõ contrariatur 3. conclusioni: quia illa absolute, hæc de tempore de terminato loquitur.

¶ Inseparabilitas matrimonij vsq. ad mortem, licet non sit a. 5. conclusio iure

Rō p.p. de iure nature: vt est commune omnibus animalibus, est tamen de iure nature, tandiu, quandiu vacatur generationi. Quia constat in omnibus animalibus: q̄ ista inseparabilitas non manet vsq̄ ad mortem. Ergo nec in homine necessario manet ex iure nature quod est commune omnibus animalibus. Nam tandiu manendum est simul, quandiu vacatur educationi prolis, sed non vsq̄ ad mortem semper vacatur educationi, cum ante senilem etatem contingat prolem esse sufficienter educatam, ergo non est de iure nature sic perpetuo manere.

Rō. 2. p. ¶ Secunda pars probatur, q̄ sit de iure nature. 3. modo capiēdo ius nature, quandiu vacatur generationi. Nā illud dicitur esse de iure nature. 3. modo: quod est commune omnibus animalibus, sed brutis animalibus natura indidit quod simul maneant vsq̄ ad educationem perfectam filiorum. Ergo etiam et homini hoc conuenit. In quibusdam enim animalibus filij mox vt nati sunt: possunt se educare. Et in talibus nullius parentis cura exigitur. In alijs sufficit cura maris ad educandum: ideoq̄ non cōmanent masculus et fœmina. In illis verò in quibus maris et fœminæ sollicitudo requiritur: ambo manent. At, quia bruta exigua indigēt educatione: paruo tempore manēt simul masculus et fœmina. Homo tamen, quia perfectior ceteris animantibus, longa indiget educatione, quia tardius perficitur. Et cum naturale sit omnibus animantibus tandiu simul manere, quandiu prolis per se non est sufficiens naturale erit tandiu manere virum et uxorem simul, quandiu prolis educatur, et per se non est sibi sufficiens, sed quandiu generationi vacatur, tandiu educationi prolis que de nouo gignitur intendendum est. Ergo de iure nature capiēdo. 3. modo: vt commune est omnibus animantibus: erit inseparabilitas matrimonij tempore toto quo generationi vacatur. At, quia educatio sufficiens extenditur vsq̄ ad. 20. annum prolis, et qui gignit est regulariter. 20. annorum, iam inseparabilitas erit de iure nature vsq̄ ad 40. annū, etiamsi vnum filium solum gigneret. Et quia dum illi educat: nascuntur alij, pro quorum quolibet oportet tantundem

Nō est eadem ratio educationis in omnibus anima libus.

A temporis impendere: oportet parentes per totam vitam manere simul: gratia educationis filiorum, quia aliter non possent sufficenter prolem educare. Et tamē matrimonium ordinatur ad educationem ita principaliter: sicut ad procreationem, cum nihil sit procreatio absq̄ educatione. Ob id de iure nature est talis inseparabilitas.

¶ Præterea. Educatio non potest commodē fieri absq̄ communicatione operum inter masculum & fœminā, quæ fit dupliciter. Vno modo realiter educando, quando indiguerit. Alio modo, relinquendo aliqua bona, per quæ sustententur nati adulti post mortem parentum. Quare ad parentes attinet filijs thesaurizare, quod contingit per hoc, q̄ parentes relinquunt filios heredes bonorum suorum. Hęc verò thesaurizatio fieri non potest: nisi si maneant simul maritus & vxor. Sequitur ergo inseparabilitatem hanc esse de iure nature.

B Ex quo sequitur manifestē, q̄ si esset aliqua gens tam barbara, quæ nullam haberet doctrinam, nullam virtutem acquisitam nec secundum lumen naturale viueret, nec educationem filiorum haberet, nec thesaurizare eis, & nihil eis relinquere esset consuetum, nec aliquo alio modo curam filiorum gereret: q̄ apud tales gentes inseparabilitas in matrimonio non tam necessaria esset ad tantum temporis post prolis generationem: sicut est necessaria in gentibus quæ vtuntur ratione, & instruunt filios in bonis moribus & pollēt virtute, et thesaurizāt eis. Sed videtur probabiliter dicendum, q̄ illis barbaris gentibus ex natura tandiu manendū esset, quoad generationi prolis intenditur: quod fit paruo tempore cum educatio apud tales non sit. Et sic in illis matrimonium solū videtur esse ad generationē, i offitū nature, & remediū. Et tandiu i vnū manendū esset. Vnde non mirandū q̄ plures, tales admitterent in matrimonio, vel q̄ repudium concederent facillē. Nam vbi non est talis procreatio, nec educatio, nec thesaurizatio: non ex natura est necessitas ad diu manendum. At, quia credo tales barbaras nationes inuentas in hoc nouo orbe, in quibus planē, nec

Dupliciter
educatio
contingit.

2. Cor. 12

Corolla.

Notandū
p̄ istius or-
bis incolis
2. Cor. 12

Nota.

Epiloga -
tio arti

Ab ulen.
Math. 19.
9. 45.

nec illa que in lumine naturali bona cognoscuntur: ipsis fuerunt in A
vfu, credibile est in matrimonio tā turpi errasse. Et tam facile a
liam & aliam sibi sociare ex hoc provenisse, q̄ nulla esset apud
eos instructio, nec aliqua alia ad virtutē prolis prouectio. Ex om
nibus ergo resolutoriē habemus: inseparabilitatem matrimonij
esse de iure nature de secundis preceptis per totam vitam: vt ma
neant simul vir & vxor. Est etiam de primis preceptis iuris na
ture, quantum ad tempus aliquod. s̄. quandiu prolis educationi ne
cessario intenditur. Ex quibus oritur vnum graue dubium. Cum
ergo hec inseparabilitas sit de iure nature: quomodo non est idem
apud omnes gentes?

ARTICVLVS. 7.

Quare indissolubilitas non sit apud omnes gentes.

S. Tho. 12
9. 94. ar.
2.



Ergo ita res habet: vt diffinitum est, q̄ inseparabi
litas matrimonij est de iure nature, quomodo ergo B
non est idem apud omnes gentes? Videtur enim natu
ralia (si verē naturalia sunt) esse immutabilia, et in
uariabilia, & idem apud omnes, sed clarē cognosci
mus esse q̄ plurimas nationes infidelium barbarorum, qui talem
inseparabilitatem non obseruant, sed vtuntur repudio pro libi. c.
Ergo non videtur de iure nature: sicut diffinitum est.

Cōsidera
tio.

Math. 7.

S. Tho. 12
94. ar. 2

Pro solutione oportet in memoriā adducere quod supra di
ximus: dupliciter aliquid esse de lege nature. Vel quia est de pri
mis preceptis iuris nature, que sunt illa manifesta per se: vt est.
Omne malum est fugiendum. Omne bonum est prosequendum. Itē.
Quod tibi non vis: alteri non facias. Hęc sunt prima principia p
se nota, & sic sunt prima precepta iuris nature. Hijs contraria:
sunt prohibita primo de iure nature. Alia sunt de iure nature
siue precepta, siue prohibita, que non sunt de primis preceptis le
gis nature: quia non sunt sic per se nota apud omnes, sed sūt ve
lut conclusiones quedam, que inferunt ex primis principijs. Nam
sicut

A sicut in speculabilibus sunt quedam principia prima, ex quibus deriuantur, & deducuntur conclusiones, sic in practicis: sicut est, De quolibet est affirmare vel negare, sed non de vno vtrunq; simul: vt ait Arist. Et hoc. Quodlibet est, vel non est. Et aliud. Quæcunq; *Artis. 4* sunt eadem vni tertio: sunt eadem inter se. Hæc sunt principia sicut metaphis. culabilia per se nota, quia nullus est qui si terminorum significati *tex. co. 9.* onem intelligat: ipsa ignorare possit. Ob hoc dicuntur prima prin *10. vsq; ad 27.* cipia, ex quibus per ratiocinationem eliciuntur conclusiones quædam. Sic in practicis contingit, q; ex quibusdam primis principijs practicis notis per se: vt est. Quod tibi non vis: alteri non facias *Math. 7.* Vel simile. Nulli malum est faciendum: eliciuntur aliæ conclusio nes in particulari, quæ nõ sunt p se nota, sed inote: cũ p tale discursũ Prima verò principia in moralibus dicuntur esse de iure nature primo modo. Secunda autem quæ sunt conclusiones: dicuntur esse de iure nature 2. modo, licet vtrunq; verè sit de iure nature. His suppositis ad questionem sit. 1. conclusio.

B. Lex naturalis quantum ad prima sua principia, quæ per p. conclu. se sunt nota: est eadem apud omnes gentes, nec aliquam Variatio *S. Tho. 12* nem patitur. Conclusio probatur ex dictis. Ius naturale est *9. 94. a. 2* commune omninationi. Ratio est. Eo enim dicuntur esse principia *Ihao in li. Eibi. c. 12* prima iuris nature: quia ex se, et d per se sunt nota in natura, sed *Cicero li. 3 de repu bli. quere feru. Talac* cum naturam eandem habeant omnes nationes: sequitur q; a quid *tan. lib. 6.* omnes eadem erunt hæc principia. Nam omnia illa facienda, vel *de vero cultu Dei cap. 8.* vitanda pertinet ad præcepta legis nature, quæ ratio practica natura *Artis. pri Eibi. c. p.* litaliter apprehendit esse bona humana. Et quia bonum habet ra *S. Thom. 12* tionem finis: eo q; omnia appetunt bonum, vt ait Arist. o. & malum *ubi supra.* habet rationem contrarij: inde est q; omnia illa ad quæ bono ha *bet naturalcm inclinationem: ratio naturaliter apprehendit vt* bona, & per consequens vt opere prosequenda. Contraria verò vt mala, & vitanda. Secundum igitur ordinem inclinationum natu *ralium: est ordo præceptorum legis nature. Inest enim primò ko mini incl. natio ad bonum secundum naturam, in qua communi* *S. Thom. 12* *ubi supra.* *cat eum omnibus substantijs, in quantum quælibet substantia ap* *petit*

Nota.

petit conseruationem sui ipsius. Et secundum hanc pertinet ad legem naturæ ea per quæ vita hominis conseruatur. Contrarium autem impeditur. Sic quæ est idem apud omnes velle conseruare se ipsum, & fugere contrarium.

Inest etiam homini inclinatio secundum naturam, in qua communicat cum cæteris animantibus. Et sic sunt de lege naturæ primo modo illa, quæ natura omnia animalia docet, vt est commixtio maris & fœminæ, & educatio liberorum, & similia. Hęc etiã similiter eadem sunt apud omnes.

In 3. modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturã rationis, in qua differt ab alijs animalibus. Et secundum hoc inclinatur vt veritatem cognoscat de Deo, & quæ in societate viuat. Vnde idem est apud omnes ignorantiam vitare, & non offendere alios, cum quibus debet conuersari, & alia huiusmodi. Ecce quo modo hęc quæ sunt de primis præceptis legis naturæ reperiuntur apud omnes nationes. Nec aliqua tam barbara natio reperta est: in qua non inueniatur quæ vellent se conseruare, sit quæ commixtio maris & fœminæ, & appetitus ad cognoscendum de Deo, & ad pacificè viuendum. De quibus. S. Tho. Hęc conclusio est contra Abb. & sequaces, qui in c. finali de consuetu. dicit. Ius naturale posse variari. Nisi intelligat quantum ad ius naturæ quod est de secundis præceptis. Nam tale ius naturæ potest variari, vt in sequenti conclu. probabitur.

Adri. in. 4. Lex naturæ quantum ad illa quæ sunt de secundis præceptis: que velut conclusiones eliciuntur ex primis principijs: est variabilis, nec est eadem apud omnes nationes. Probatur primo experientia. Videmus nam quæ apud aliquas nationes aliquid quod habetur vt bonum naturaliter cognitum lumine naturali ex primis principijs: apud alias nationes illud non habetur vt bonum: vt in proposito. Communicare virum & fœminam in operibus ad thesaurizandum filijs: tanquam bonum habetur, quod ex per se notis elicitur, tamẽ sunt nationes barbare (vt iam constat nobis) que illud non habent velut bonum, cum non prosequuntur vt bonum. Item.

Sic

A Sic tanq̄ malum aliquę nationes fugiunt pluralitatem vxorum: quia non est pax in familia: quia rixantur adinucem, quod elicitur ex notis in lumine naturali. Sed tamen videmus. n. en. sic esse apud has nationes, que pluralitatem admittunt. Item Repudiare vxorem iudicatur malum: eo q̄ necessaria sit industria mulieris ad procreationem prolis. At tamen apud istos non erat in vsu immo putabant bonū esse repudiare. Sgetur ergo q̄ hec naturalia de secundis preceptis non sunt eadem apud omnes

In illis que
nō sunt d
primis pri
cipijs con
tingit va
riatio.

¶ Et confirmatur. Hęc secunda precepta iuris naturę non sunt per se nota, sed per aliud nota, s. per derivationem ex primis principijs. Ergo illis scilicet erunt nota, qui derivationem, vel ordinem ad prima principia non ignorant, sed sunt q̄ plurimę nationes que ignorant hanc derivationem, ergo et ignorant cōclusiones varias. Varię. n. extrinsecus determinatur de rebus quantum ad illa q̄ non sunt naturaliter determinata. Contingit enim circa huiusmodi conclusiones non omnes eadem sent. re, sed quibusdam videtur rectum, alijs non videtur: qualia sunt illa que sunt de iure nature 2. modo.

¶ Illa que sunt de iure nature isto secundo modo velut conclusiones que eliciuntur ex primis principijs: non eliciuntur sunt eadem apud omnes, sed a corde humani esse sunt totaliter aboleri. Probat. Que sunt legis nature secundarie non sunt per se nota sed ex principijs cognitionem habent. At, cum cognitio que est per operationem intellectus impedi possit in homine, vel propter persuasiones in contrarium, vel etiam propter pravam consuetudinem: sequitur q̄ deleri possunt.

¶ Hęc conclusiones in operabilibus se habent sicut conclusiones que eliciuntur ex suis principijs in speculabilibus, sed circa tales conclusiones que necessarie sunt in speculabilibus contingit error in ipsis, vt constat experientia, ergo a fortiori etiam contingit circa conclusiones in praticis, que non sunt necessarie, sed contingentes: siquidem ad hec q̄ hęc conclusiones inferantur ex suis principijs requiritur lumen intellectus, et cognitio deductionis vnius

3. conclus.
S. Thoma
4. d. 33.
C. in. 3 d
37.
Que sunt
de iure na
ture secu
laris dele
ri possunt
2. modo.

Ans. 3. d
anima.
tex. co. 37

Glo. ad ro.
2.

S. Thom.
12. q. 94
ar. 6.

Corolla.

Vide Ti-
raque. l. 7
conubi. fo
60. nume
44.

S. Thom.
ubi supra.

ex alio, quæ cognitio impediri potest ob innumeratas causas. Propterea
malam dispositionem sensus, quia cum necesse sit intelligentem fan-
tasmata speculari: ex indispositione fantasie contingere potest
error in intellectu. Ergo non videtur dubitandum quin possit a-
pud aliquas gentes harum conclusionum notitia deleri. Vnde glo.
super illud ad Roma. Cum gentes: dicit, q̄ in interiori homine per
gratiam inouato: lex iustitiæ inscribitur, quam deleuerat culpa.
Ob hoc. S. Tho. dicit, q̄ lex naturalis quantum ad illa quæ sunt de se
cundis præceptis deleri potest a cordibus hominum, vel propter
malas persuasiones, vel propter prauas consuetudines, et habitus
corruptos: sicut olim apud Germanos latrocinium non reputaba-
tur peccatum, Et ferales aliæ sunt inuentæ nationes in isto nouo
orbe, in quibus nonnulla vitia sic in naturam cõuersa fuere: vt li-
cere putarent.

¶ Ex quibus sequitur, non mirandum esse, q̄ aliqua gens tam
barbara reperta sit modo, quæ pro nibilo habebat repudium, &
nullo modo illicitum putauerit. Immo cum esset solū fœmina, &
vir: vix reputabat peccatū: dato ipse ante aliam repudia set, &
& fœmina alium virum. Cuius causa erat: quia repudium licitū
credebat, quod est de 2. præceptis iuris nature. Et sic potuit ob
sua peccata deleri a cordibus eorum. Adde, q̄ & fornicationem
videtur non existimasse malum esse. Stat enim bene, q̄ apud om-
nes gentes eadem sit relictudo circa prima principia, non tamen
est necesse q̄ hoc sit verum circa conclusiones, quæ eliciuntur ex
ipsis primis principijs. Nam apud omnes est verum q̄ secundum
rationem agatur. Ex quo principio sequitur conclusio: propria
deposita sunt reddenda. Hoc quidem vt in pluribus verum est,
sed potest contingere in aliquo casu, q̄ malum sit reddere deposi-
tum: vt si aliquis petat ad impugnandum patriam. Sic q̄ in alijs
conclusionibus potest esse: q̄ vna gens iudicet tanq̄ rectum, &
alia non: vt si ex isto principio noto apud omnes. Nulli malum est
faciendum: aliqua natio, seu gens inferat: ergo inter coniuges p-
petuū est manendum: quia malum sequitur plis ex separatione.
Alia

A Alia tamen gens que non iudicat separationem malum, immo bonum, quia conuenit discordantes segregare aliter iudicat.

ARTICVLVS. 8.

Quis nã est qui in iure nature potest dispensare.



Trum, dato q̄ inseparabilitas matrimonij sit de lege naturali, & per consequens tanq̄ repugnans repudio: si alicui genti licuit ex dispensatione vti repudio. Et quis est qui dispensare potuit in legali naturali. Quia apud Iudeos constat in lege veteri

fuisse in vsu: oportet inquirere: cuius dispensatione id factum est. Deubi, 24

¶ Pro cuius solutione oportet notare, q̄ cum per dispensationem recedatur a cõmuni cursu legis illius, contra quam dispensatur, & ista inseparabilitas quæ repudio opponitur sit de iure nature vt diximus, hæc dispensatio est intelligenda in iure naturali, sicut mutatio cursus naturalis. Nam hoc & illud naturali

Notandũ,

ter se habet. Quot modis ergo contingit mutari cursum naturalem, & fit dispensatio in his que sunt iuris nature. Cursus enim naturalis mutatur dupliciter. Vno modo per hoc q̄ causa naturalis per aliam causam naturalem impeditur a cursu suo: sicut est in illis que frequenter eodem modo fiunt. Aliquando autem deficiunt: sicut q̄ homo sit monoculus, vel q̄ habeat. 6. digitos in manu, vel q̄ non sint membra debita proportionem formata: quemadmodum cõmuniter formari solent. Tunc quidem contingit in talibus variatio ab alia causa naturali: eo q̄ virtus formatiua impeditur ob defectum, vel ob superfluitatem materie, quæ natura le est. Sicq̄ impeditur effectus, & cursus naturalis circa illa quæ ferè semper contingere solent. s. q̄ homo nascatur cum. 5. digitis in manibus, & pedibus, & q̄ membra sint debita proportionem formata. Hoc modo non variatur cursus rerum naturalium, qui est semper, sed solum ille qui est quasi semper. Per hunc quippe modum non impeditur q̄ sol non moueatur eadem velocitate qua se

Vide contra rru. in 2. p. Epitome. c. 6. §. 9.

Abulen. math. 19. q. 46. Cursus naturalis dupliciter mutatur.

per

2

per mouetur secundum motum suum naturalem ab eccidente in orientem, vel ad motum primi mobilis ab oriente in occidentem, quia semper fiunt eodem modo, nec per aliam causam naturalem impediuntur a cursu suo.

¶ 2. modo variatur res naturalis a cursu suo per causam supernaturalem: sicut contingere solet quando fit aliquid miraculosum. Nam quod homonascatur monoculus, vel male proportionatus in membris: licet sit variatio in illis que secundum naturam contingere solent: non est miraculosum, sed monstruosum, cum non fit a causa penitus supernaturali, sed contingit a causa naturali. Quando vero variatio cursus naturalis: qui semper contingere solet: fit per causam non naturalem: dicitur miraculose illud fieri que variatio contingit circa motum cœlorum, vel astrorum, vel aliorum. vt patet in statione solis tempore Iosue, & in retrocessione eiusdem tempore Ezechie, & in eclypsi miraculosa tempore passionis redemptoris nostri.

Iosue. 10.
4. regum.
20.
Esa 38.
Math. 27

¶ His suppositis ad propositum de dispensatione inseparabilitatis matrimonij, quam naturalem dicimus, fit prima conclusio.

P. conclus.
Abulen.
math. 19.
42.

¶ Dispensatio in illis que sunt de primis principijs iuris naturalis a nullo alio fieri potest quæ a solo Deo. Probatur. Sic se habet dispensatio in primis preceptis iuris nature, que nota sunt apud omnes, & semper sunt eadem in re et in ordine: sicut se habet variatio cursus rerum naturalium, que semper eodem modo contingunt. At, variatio talium rerum (vt diximus) non fit nisi a causa penitus supernaturali. s. a Deo. Sequitur ergo quod eodem modo neque dispensatio in talibus primis preceptis fit nisi a Deo. Quod autem eodem modo se habeant hec duo, variatio. s. cursus rerum naturalium, que semper contingunt eodem modo, & dispensatio in illis que sunt de primis principijs iuris nature ex eo patet: quia sicut illa non nisi per miraculum a solo Deo mutari possunt: sic & in illis que sunt de primis legis nature preceptis, cum nullus illa variare possit nisi Deus, neque per aliquem dispensari possunt nisi per solum Deum. Ex quo habere possumus quomodo solus Deus potuit dispensare

fare

Afare in homicidio, quando præcepit Abrahæ vt filium suum occideret. Idem potuit in furto, quando filius Israel præcepit vt accommodata ab Egypitijs non redere. Idem licet dispensauit vt Sanson seipsum interficeret, quod est etiam contra prima principia iuris nature. Idem potuit Ose præcipere vt accederet ad non suam. Neq; ob hoc peccaret. Neq; ab alio q̄ a solo Deo potuit variatio in istis cõcedi fieri sine peccato. Nullus itẽ potuit dispensare vnq; sicut nec variatio cursus rerum naturalium in illis que semper eodem modo fiunt.

Gene. 22.

Exo. 17.

Iudi. 16.

Ose. pri.

Doct. sub.

in. 3. d. 37

q. vnica.

Gabr. ibi.

Al mayn

¶ Aduertere oportet, q̄ quando in istis Deus dispensare solet, non fit dispensatio ad omnes generaliter: sicut neq; miracula fiunt ad oēs, sed circa aliq̄s p̄sonas in particulari, ad ostensionem alicuius euentus. Sic et dispensatio in ipsis primis principijs iuris nature licet fiat a Deo, fit solum circa particulares p̄sonas.

B Sicut dispensatio q̄ filium occideret, soli Abrahæ. Quod seipsum interficeret, soli Sansoni. Quod cõmodata nõ restitueret, populo Israelitico. Quod ad fornicariã accederet, Ose solum. Immo nõ est censenda dispensatio in istis facta strictẽ capiendõ: vt author est doctor. S. in prima secunde. q. 100. art. 8. Nam cum dispensatio tunc cõtingat, quando est casus, in quo si verba legis obseruentur: fieret contra intentionem legis latoris, que de bono cõmuni est, et si in omnibus præceptis decalogi sit sic bonũ commune: nunq̄ erit dispensatio. Cui astipulatur Antisio. 3. li. summe trac. 7. q. 5. Sed de hoc aliã ex professo in nostris resolutionibus theologis, si dominus dederit.

Gene. 22.

Exo. 12.

Iudi. 16

Ose. pri.

S. Tbo. 12

Antisio

Resolutio

Theolo.

¶ In illis que sunt precepta secundaria iuris nature, que sunt velut conclusiones, que inferuntur ex ipsis primis principijs, dispensatio potest fieri ab alio q̄ a Deo. Probatnr sic. Dispensatio in istis est velut variatio cursus rerum naturalium illorum que frequenter contingunt licet non semper eodem modo, vt diximus, q̄ aliquis nascatur monoculus, vel cum sex digitis. Sed variari possunt per causam omnino naturalem, vt supra diximus. Ergo et dispensatio in illis que non sunt de primis principijs iuris nature

2. conclu.

S. Tho. in.

3. d. 37.

articu. 4.

Celaia ca.

d.

Abu. exo.

20. q. 35.

fieri

2 4

fieri potest ab alio q̄ a Deo. Nam sicut illa naturalia non semp̄
 fiunt eodem modo, sed frequenter, ob q̄d possunt variari per aliā
 causam naturalem: sic & ista naturalia que non sunt prima pri
 cipia, non sunt per se nota. Et sic non semper fiunt eodem modo,
 sed frequenter. Quemadmodum ex isto primo principio: Depe
 sita sunt reddenda: infertur, gladium depositum apud me debeo
 red dere. Tamen in hoc potest fieri variatio, quia potest non red
 di absq̄ peccato. Quod p̄ aliquem inferiorem a Deo variari po
 test. Intellige tamen hic per dispensationem: non obseruare legē.
 Abulen. & q̄ non obseruando quis non peccet. Pro quo sit. 3. conclusio. Si
 sup math cut Abulen. Math 19. q. 46.

3. Conclu. ¶ Accipiendo dispensare proprie: pro eo q̄d est tollere legem
 In lege na latam: sic q̄ non obliget illum, cum quo facta est dispensatio, siue
 ture a so sit in primis preceptis iuris nature, siue sit in secundis: non potest
 lo Deo dis fieri dispensatio nisi a solo Deo. Quia si illa de iure nature sunt:
 pensatio. solus ille legem mutare potest, qui & condere. At, nullus alius ci
 tra Deum condere potest, ergo nec dispensare in tali lege. Dispē
 S. Tho. 12 satio enim cum nominet auctoritatem, & potestatem: nullus ha
 9. 94. ar. bet potestatem super legem nisi conditor, vel equalis ei, sed nul
 6. lus est Deo equalis, nec aliquis est conditor legis nature nisi Deus.
 Ergo proprie capiendo dispensationem: a solo Deo fieri potest.
 Tamen, q̄a dispensatio ad hoc ē: vt quis agens contra legem non
 peccet: cum contingat contra illa que sunt de secundis preceptis
 iuris nature agi absq̄ peccato propter aliquid quod naturale est
 (vt dicemus) inde est q̄ illud dispēsationem vocamus: ad propo
 situm questionis applicando.

4. Conclu. ¶ Cum inseparabilis matrimonij per totam vitam non sit de
 Vide sup primis principiis iuris nature, sed de secundis: potest fieri dispen
 ple. d. 33. satio proprie ab ipso Deo, & improprie ab aliquo alio circa Deū
 q. 2. ar. 1. Probatur. Finis matrimonij principalis, qui est procreatio plis,
 Ratio. p. p non requirit necessario inseparabilitatem coniugum per totā vi
 tam: sic q̄ absq̄ ipsa non fieri possit. Sequitur ergo q̄ non est de
 primis principiis, sed de secundis. Probatur clarē. Nam dato co
 iuges

A iuges separentur aliquando: potest prolis procreari, & educari, licet non eque bene. Et ad id q̄ prodest inseparabilitas matrimonij: maximè est ad operum communicationem per totam vitam vt filij succedant in bonis parentum, etiam postq̄ fuerint educati, cum parentes debeant thesaurizare filijs. At, hæc bonorum ap̄ propriatio non est de primo iure nature secundum q̄ oia sunt communia. Quarè non est ista inseparabilitas de primis præceptis. Cum ergo naturalis sit inseparabilitas, & non de primis præceptis, erit de secundis. Et sic a Deo dispensatio fieri potest in talibus præceptis de iure nature, qui auctor est ipsius nature. Et præpriè potest, cum & legem ipsam auferre valeat.

¶ Sed q̄, ab alio q̄ a Deo fieri possit improprie: probatur. Rõ. 2. p.
Per dispensationem proprie intelligimus quando ille qui potest legem tollit ne obliget aliquem, vel aliquos. Et hoc modo solus Deus est qui potest naturalia mutare, & in eis dispensare. Improprie verò dispensatio est quando agendo contra legem non peccat. Sic enim ab alio q̄ a Deo potest fieri, quia potest per consuetudinem solum fieri; q̄, faciendo contra inseparabilitatem non sit peccatum, vt supra diximus, & infra dicemus. Nam consuetudo licet non possit præualere contra illa que sunt prima iuris præcepta, potest tamen præualere contra secunda iuris præcepta, que velut conclusiones que eliciuntur ex primis principijs sunt. 12. q. 94. ar. 4. & 5. & 6.

¶ Item. Et potest fieri dispensatio improprie per ignorantiam. Quia quæ non sunt per se nota inuincibiliter possunt ignorari. Et tunc contra ipsa faciens, non peccat. Sic q̄ ignorantia causat dispensationem isto modo.

¶ Item. Potest fieri dispensatio per hominem. Quia per iudicem habentem potestatem condendi legem, qui legem potest condere de contrario tali conclusioni naturali, quia considerat aliquid in particulari: propter quod non expedit illud, licet naturaliter sit obseruari: vt in proposito de inseparabilitate matrimonij. Si Moyses videret tunc illi populo expedire repudium: potuit concedere, tanq̄ iudex constitutus. Et faciens secundum talē le-

gem, vel permissionem, seu dispensationem: nullum erat peccatū. **A.**
Tamen improprie esset dispensatio ista, quia Moyses non auctoritatem habebat ad naturam mutandam, sed tamen improprie: quia faciens iuxta illam permissionem non peccaret, quia non stante, non excusarentur a peccato. Veruntamen quod vinculum nunc in lege Christi tollatur: solum potest ipse Deus facere.

5. conclu.

Inseparabilitas matrimonij quocunque tempore ad libitum, cum sit primis principijs naturæ repugnans: a solo Deo tolli potest per dispensationem. Volo dicere in hac conclusione quod supra tetigimus, quod licet inseparabilitas matrimonij sit quantum ad totam vitam de secundis præceptis, tamen quantum ad tempus quod est necessarium ad educationem, et instructionem prolis est de primis principijs, quia tunc tollitur finis principalis ipsius matrimonij, scilicet bonum prolis, quod pretendit natura. Ob id cum sit de primis principijs, solus Deus dispensare potest, sicut supra probauimus. Nam quemadmodum variatio cursus naturalis in illis quæ semper sunt, et fiunt eodem modo: non fit nisi miraculose a solo Deo: sic et variatio illorum quæ sunt de primis principijs iuris naturæ, non potest ab alio quam a Deo fieri.

S. Tho. in.

4. d. 33.

Abulen.

math. 19.

2. 45.

Ob id cum sit de primis principijs, solus Deus dispensare potest, sicut supra probauimus. Nam quemadmodum variatio cursus naturalis in illis quæ semper sunt, et fiunt eodem modo: non fit nisi miraculose a solo Deo: sic et variatio illorum quæ sunt de primis principijs iuris naturæ, non potest ab alio quam a Deo fieri.

6. conclu.

In inseparabilitate matrimonij dispensatio facta per libellum repudij: a solo Deo facta est. Patet. In lege quantum ad dispensationem solum potest, qui est tantæ auctoritatis sicut legislator, et qui legem, et ius condere potest: sed nullus est tantæ auctoritatis sicut Deus, neque aliquis condidit ius nature, de quo est inseparabilitas, ergo non potest alius nisi Deus dispensare. Nam per illam dispensationem factum est ut matrimonium legitimum dissolueretur, ut nos post dicemus, sed nullus potest facere ut matrimonium legitime contractum dissoluatur sine morte coniugum nisi solus Deus, ergo ipse solus dispensauit in repudio. Patet Deutbe. 24. ubi lex de libello repudij ponitur, tamquam a Deo dicta. Nam et si Moyses iudex esset supremus inter homines in illo populo Israhelico, non tamen habuit potestatem ad matrimonium dissoluendum quod ad vinculum, nec ad legem condendum de talire. Sequitur ergo

S. Thom.

vbi supra.

Math. 19.

Ob id cum sit de primis principijs, solus Deus dispensare potest, sicut supra probauimus. Nam quemadmodum variatio cursus naturalis in illis quæ semper sunt, et fiunt eodem modo: non fit nisi miraculose a solo Deo: sic et variatio illorum quæ sunt de primis principijs iuris naturæ, non potest ab alio quam a Deo fieri.

ergo

A ergo q, a solo Deo id factum est, & non a Moysse propria auctoritate, sed Dei præcepto. Immo neq, summus Pontifex potest. In quo deceptus est Caic. qui in propria. q. dixit Papam posse dispõsare in matrimonio rato non cõsumato. Et similiter Catherinus li. 6. cõtra Caic. c. 3. Etiam intollerabilis apparet error Socini, cõ filio. 28. a. volu, & Decij in c. Qui in Ecclesia de constitutio. Et Siginüdi Lofredi cõ. 50. qui dixerunt Papã posse dissoluere quo ad vinculum matrimonium ratum et iam consumatum. Contra quos Feliã dictõ c. Qui Ecclesi. & Baldus i. c. Lator, de re iudi.

Caictanus
Caterin⁹.
Socinus .
Decius,
Siginüd⁹

Felinus
Baldus.

ARTICVLVS. 9.

Vtrum repudium fuerit aliquando in vsu.

B



Perepreetium duxi hanc mouere questionem: vt intelligamus quam vim habuit obligandi ius nature indissolubilitatis in matrimonio. Et quidem esse in vsu: potuit esse, vel apud Iudeos solum, vel etiã apud gentiles. Et hoc, vel Dei præcepto, aut dispensatione, vel solum consuetudine. Ad cuius declarationem sit prima conclusio.

¶ Repudium fuit in vsu apud Hebreos ex Dei permissione facta per Moysen Deuterono . 24. Si acceperit homo uxorem & non placuerit in oculis eius: dimittet eam, & scribet ei libellum repudij. At verò q, tali lege vterentur constat legẽri Scripturas Et q, talis dispensatio fuerit facta ab ipso Deo patet ex superioribus dictis. Solus quippẽ Deus est: qui proprie dispensare potuit in illis que erant de lege nature: sicut erat inseparabilitas matrimonij. Fuit quidem permissio, et priuilegium. Ob quod in penam quidã priuabantur ne vterentur tali permissione: sicut ille qui puellam deflorabat in agro, que non esset desponsata: cogebatur illam in uxorem accipere, & non poterat repudiare. Similiter qui diffamabat propriam uxorem dicens: Non inueni eam virginem. Deute. 22

¶ Repudium vxorum concessum est Hebreis, quia sic erat cõsuetudo

2. conclusio.
2. conclusio.
2. iij

Repudiū
cōcessum
hebreis q̄
erat apud
gentiles.

Dioni, Ali
carnaseus
Plutarch.
Polido. li.
pri. ca. 4.
Alexan.
Textor.

suetudo apud gentes, & ne grauentur ipsi: si aliquid liceret gē A
tibus, quod non ipsis. Conclusio est notanda propter illa quę infra
dicturi sumus de repudio gentilium. Quę probatur ex Historijs
& experientia apud nationes gentium, que nunc de nouo inuen-
tæ sunt. Item patet apud Romanos sic fuisse in vsu: vt testatur
Dionisius Alincarnaseus li. 2, & Plutarchus in vita Romuli. Pa-
tet etiam in fine. ff. veteris, titu. De diuortijs. Et. C. De repu. Absq̄
dubio fuisse consuetum apud gentes nullus sanē mentis dubitare
poterit. Apud Alexā. ab Alexā. dierum genialium. li 4. c. 8. latissi-
mē de repudio, & causis apud gentiles. Et sic loā. Rausius in sua
officina textoria. p. p. in verbo Legis latores ait Romulum legē
tullisse Romanis vt foeminae non liceret virum repudiare, viro
tamen concedebatur: si in adulterio deprehēderet.

¶ 2. Pars q̄ ob id fuerit permissū Hebreis: quia gentibus erat
in vsu probatur. Si enim nunq̄ fuisset in vsu gentibus: iudei habe-
rent tanq̄ verum ius naturæ inseparabilitatem matrimonij ob-
seruare, & sic nec grauentur obseruando naturalia sed nimis B
grauati sunt accepta lege id obseruare: vt constat ex dictis Chris-
ti. *Matth. 19.* Ad duritiam cordis vestri. Ergo id fuit: quia viderant nō esse
indissolubilitatem matrimonij in vsu apud gentes, apud quas
cōiuebāt. Non. n. videtur q̄ populus a Deo electus grauentur ob-
seruare, quod obseruabant ceteri gentiles, sed quia accepta lege,
tanq̄ constringebantur ad ampliorem iustitiam obseruandam, &
videbant gentes vti repudio: nimis grauati conqueiebāt de Deo.
Ob quod credibile est permississe repudiū. Nam si conqueustus
est populus israel q̄ regem non haberent sicut ceteri gentes: ob
1. Reg. 8. quod Deus eis concessit, quanto amplius existimandum est, q̄ lege
data, aliqua sunt iudeis permissa, quę erant in vsu apud gentiles:
Deuth. 23. sicut & de repudio, & dare ad vsuram saltim extraneis. Deuthe-
ro. 23. Vindictam exquirere, quia omnia ista exercebant genti-
les. Putabant quidem Hebrei ablatam libertatem si ipsis non lice-
ret qđ gentibus. Quare Deus dedit eis precepta de sacrificijs ani-
ma

A malium, & de alijs multis, quia utebantur gentiles sacrificijs, licet illa voluit non in honore demonum, ut gentiles, sed Dei veri.

¶ Licet repudium fuerit in vsu apud gentiles: tamen lege data 3. conclusio.
 ipsi Hebreis: fuit conueniens in lege permissionem repudiandi
 ex primi. Probatur. Licet enim gentibus esset in vsu repudium, ta
 men quando talis populus Hebreorum a Deo electus est speciali Ratio.
 modo: merito ipsi timere deberent repudium, cum esset contra ius
 naturæ, nisi constasset eis de permissione per ipsam legem. Puta-
 rent quippe eis non licere quod in lege expressu credebant licere.

ARTICVLVS 10.

Vtrum Iudei repudiantes peccabant.

B X ista sequitur alia Qd. Vtru iudei tali vtetes per
 misione in lege facta peccarent repudiando vxo-
 res ad libitum, pro quacunq; causa, & quocunq; tem
 pore. Vel vtrum ex certis causis solum licebat repu
 diare vxores, & non omni tempore, sed post proli
 educationem. Et vtrum gentibus liceret sic repudiare absq; pec
 cato. Pro solutione sit prima conclusio.

¶ Hebrei vxorem repudiantes secundum legis permissionem
 nullomodo peccabant. Probatur autho. B. Chri. dicentis. Bene Chri. mat.
 dicitur: Moyses permisit, & non precepit, quod enim precepi 5.
 mus semper volumus, quod autem permittimus, volentes indulge 5. Palu. d. 33
 mus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non q. 1. ar. 2.
 possumus. Permisit ergo nobis facere mala, ne faceremus peiora. 104. Maio
 Hoc nobis permittendo: non nobis Dei iustitiam demonstrauit. 19. q. 49.
 sed a peccato abstulit culpam peccandi. Et tamen auferre culpa 19. q. 49.
 a peccato est non esse peccatum. i. factum est per legem ut illud 19.
 quod aliis esset peccatum, non sit peccatum.

¶ 2. Deus permisit libellum repudij, & formam dedit repudi
 andi, tamen si post permissionem esset peccatum repudiare: appo
 situs esset laqueus ipsis Iudeis, in quo omnes caperentur ad dam-
 natio

nationem, quia non permittendo, vel ipsi malum reputarent, & sic cauerent, vel saltim dubitarent. Verum permissione posita, licitum credebant. Ergo si adhuc peccarent, in periculo eterne dā nationis positi essent.

3. ¶ 3. Si Iudei repudiando peccassent, permissione facta, hoc debebat aliqua lege constare. At, nulla eis constabat esse peccatū Ergo nō peccabant. Patet. Vel lege naturali, vel scripta debebat eis constare esse malum, sed non lege naturali, quia erat mos apud gentiles, qui non peccabant repudiando (vt post dicemus). Neq̄ lege scripta: quia lex scripta permittebat fieri, ergo cum nulla lege constabat: nullo modo peccabant repudiando.

4. ¶ 4. Si Hebrei peccabant uxorem repudiando iuxta legis permissionem: sequeretur q̄ aliquis agendo quod in se est, & legē obseruando damnaretur, quod est absurdum. Ergo & dicere q̄ Iudei peccabant repudiando. Probatur. Pono Hebreum, qui in nullo legem transgressus, nec iota vnum. Talis uxorem repudiat, propter hoc quod odio habet. Secundum legis permissionem talis putat se bene facere: quia secundum legem operatur, id enim possumus: quod lege possumus. Si ergo talis repudiando peccat, certum est q̄ mortale erit, cum sit res tam grauis. Moriatur. Talis damnabitur. Et fecit q̄ in se est legem obseruando. Ergo aliquis seruādo omnia quę scripta sunt damnaretur, quod pias offendit aures. Et mihi ita certum est secundum talem legem, seu permissionem agentes non peccasse: vt non placeat opinio dicentium contrarium, quantumcunq̄ graues sint doctores id asserētes. Nec opus est in præsentiarum cum eis rationibus contendere, aut ad sua argumenta in contrarium respondere, quia nostrum institutum est: illa quę veriora, & probabiliora sunt: vt talia diffinire, varietatem opinionum tacite prætereundo. Hec sint dicta: vt quamuis banc ponamus cōclusionem: contrariam opinionem non putamus improbabilem. Et sic. S. Tho. problematicē eā ponit in. d. 33. q. 2. ad. 2. & ad vtrāq̄ partem citatur. Et sic puto hanc sententiā tenendam contra Ioan. Arbore. qui li 16. suę Theosopbię. c. 2.

Contraria
opi. non p
batur.
Panor. in
ca. gaude.
Robertus
senalis in
pprio tra
ctatu.
Covarrū.
in epitbo.
2. p. c. 7.
§. 4.

Alex Hiero. Augu. & Chriſo. & Lira putat contrariū eſſe verum.

¶ Hebræi vxorem iuxta legis permiſſionem poſt educationē
 prolis repudiantes non ſolum non peccabāt, ſed etiam ſi ante edu-
 cationem, vel prolis natiuitatem repudiarent. Concluſio hæc poni-
 tur: quia potuit eſſe q̄ ſecundum permiſſionem legis liceret eis fa-
 cere contra illa quę ſunt de iure natura ſecundis præceptis: ſicut
 eſt poſt educationem prolis matrimonium ſolui, & tamen q̄ non
 liceret. Hebræis repudiare ante educationem prolis, quod eſt con-
 tra prima iuris nature præcepta, vt ſupra diximus. Ob q̄ poſui
 concluſionem, quam probo. Tota ratio quare iudeis licuit vxorē
 repudiare (vt diximus in prima concluſione) fuit propter legē
 ipſam ſic permittentem, Ergo licebit ſic repudiare ſicut lege ex-
 preſſum eſt, ſed in lege non determinatum eſt tempus certum in
 quo liceat repudiare, vel in quo non liceat, ſed abſolutē dicitur:
 q̄ ſi odio habuerit poſſit repudiare eam, ergo, quandoquidem li-
 cēt repudiare ex lege: licebit in omni tempore, vel ſi in aliquo nō
 licet: in nullo licebit, cum nō ſit potior ratio de vno, q̄ de alio quā
 tum ad legis permiſſionem.

B

¶ 2. Talis permiſſio de repudio facta eſt ad maius malum vi-
 tandum, ſ. vxoricidium. Ergo vbicunq̄ ratio ipſa propter quam
 lex data eſt inuenitur: ibi intelligēda eſt & permiſſio legis facta
 ſed ante ſufficientem, & neceſſariam prolis educationem cauſa
 legis reperiri poteſt, ſ. odium mulieris, & occaſio ad vxoricidium
 vt conſtat, ergo in tali tempore intelligenda eſt legis permiſſio
 facta. Quare vtens permiſſione non peccabit. Sic Abulenſis
 ſuper Math. Dicit enim ibidem in ſententia, q̄ ob id fuit conueni-
 ens Hebræis per legem concedi repudium, quod erat inter gentes
 vt quocunq̄ tempore liceret dimittere vxorem, etiam ante edu-
 cationem. Dixi vxorem: quia ſponſam, ſiue de futuro, ſiue præſē-
 ti nō licebat repudiare, cum lex dicebat. Si acceperit homo vxorē,
 & habuerit eā, ſed ſpōſa nō eſt accepta, nec habita. Et quibus ſic
 dimittere ante prolis educationem contra ius nature primēū vi-
 deatur eſſe (vt ſupra dictum eſt) tamen a Deo authore nature po-
 tuit

2. conclu-
 Cōtrā loā.
 arbo. lib.
 16. theoſo-
 phie. ca. 2.
 Ante pro-
 lis educa-
 tionem po-
 terat He-
 bræus re-
 pudiare.
 Ratio, pri-
 conclu.

2. ratio.

Abulen.
 math. 19.
 9. 48.

- tuit lege data fieri hęc dispensatio. A
3. cōclusio ¶ Licet toto tempore legis veteris ante Christi aduentum iu
 Nunc repudiatio dei peccatū
 1. ratio. dei peccatū
 104. 19. fuit: quia sic concessum in lege, ergo vbi lex reuocata est: nullam
 Ad heb. 7. puli ruditatem, vt constat: quia trās lato sacerdotio, & legis trās
 S. Th. 12. latio facta ē. Ergo iam per legem non excusantur sic facientes
 9. 103. ar. ¶ 2. In tantum licuit iudeis vxorem repudiare: in quantum
 3. 5. 4. constitit eis de Dei voluntate, sed post legem Euangelicā a Chris
 2. ratio. to datam constitit de voluntate Dei q̄ non liceret vxorem repu
 Mt. 19. diare: nisi ob fornicationem, & hoc quantum ad thorum, ergo nō
 5. licuit repudiare post datam legem Euangelicam. Dixi in conclu
 S. Th. 12. sione: Post promulgationem: quia si contingeret aliquos obseruā
 9. 90. 4. 4. Euangelij: tales sua lege veteri vtentes: quia nullam aliam ha
 B
 4. conclu cuit, non solū propter fedtatem aliquam vxoris: vt aliqui tal
 Rō cōclu sionis. mudiste affirmant, vel propter solam fornicationem: vt aserit
 aliqua limitatione. Probatur quātum ad istam vltimam partem
 ex qua reliquę partes erunt in manifesto. Si essent determinatę
 causę apud Hebreos: ex quibus liceret repudiare, & non ex omni
 bus: capio vnam ex illis ex quibus nō liceret repudiare, iam tūc
 am plus cresceret odium apud ipsos Hebreos circa vxores pro
 Hęc cōtra prias. Et si non liceret repudiare: occiderent eas, sed hoc non est
 Supplemē. dicendum, cū repudium fuerit concessum ad hoc tantū malū
 4. 33. 9. 2. vt andum. Sequitur ergo q̄ omnes ille causę quę sufficientes erāt
 ar. 3. ad

A ad odium vxorum causandum: erant cause sufficientes ad repudi-
um. Et cum istę cause infinite possent esse: sequitur non esse causā
aliquam limitatam, sed ex quacunq̄ licebat. Hanc sententiam te-
net Chriſos. & alij. Alio qui non obuiaretur vxoricidio, q̄ timeba-
tur, si non liceret Iudeis ex quacunq̄ causa qua odium vxorum
causabatur vxores repudiare.

¶ Repudium licere nos affirmamus: q̄a sic a Deo per legem p-
missum est. Ergo ob illud licebit, ob quod concessum constat ex le-
ge, sed ex lege constat propter odium vxorum, ergo quocunq̄ o-
docunq̄, & quacunq̄ ex causa oriatur odium vxoris: ex tali lice-
bit repudiare. At, infinite sunt cause etiam leuissime ex quibus
tale odiū insurgere potest, ergo nō est causa determinata ex qua
solum liceret Iudeis repudiare. Et pbatur assumptū. Dicitur ibi
in lege. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & nō inue-
nerit gratiam ante oculos eius: dimittat, sed non inuenire gratiā
contingere potest ex infinitis causis. Ergo cum ex quacunq̄ cau-
sa non inueniat gratiam: licebit repudiare. Et Malachi. 2. Custo-
dite spiritum vestrum. Vxorē adolescentię tuę noli despiciere. Cū
odio habueris dimitte.

¶ Ex istis habetur clarē, q̄ quomodocunq̄ vir vxorem odio
haberet: poterat tunc repudiare. Et ad vxoricidium vitandum
quod insurgere poterat ex tali odio, concessum est repudium. Et
apparet quomodo doctores contrarium asserentes non loquuntur
conformiter ad legem. Nam in lege solum ponitur pro causa re-
pudiij: odium vxorum. Nec exprimitur ex qua causa tale odium
debeat provenire.

¶ Licet ita sit verum q̄ Iu dei ante Christi aduentum ex qua
licunq̄ causa etiam leui poterant repudiare vxores, & repudian-
do non peccabant, tamen si ex leui causa, & irrationabili mouerē-
tur ad repudium, non excusabātur a peccato in tali motu. Vo-
lo dicere in ista conclusione, q̄ licet ita verum sit quod diximus,
& ex quacunq̄ causa liceret etiam leui repudiare, & sic repudi-
ando non peccarent, tamen oportebat q̄ Hebreus ex rationabili
causa

Chriſo.

2. Ratio.

Deuthe.

24.

Malachi.

Corollarium

Cōra sup.

d. 33. arti.

3. & echi-

de sa cra-

me, bene

70.

5. conclu.

Ratio.

causa moueretur ad odium, & non ex leui. Quod si ex leui peccarent quidem, nõ in repudiando, sed quia iniuste motus est ad odium. Et probatur. Quicumq; male agit: peccat, sed Hebreus ex leui causa, vel irrationabili causa motus ad odium vxoris male agebat, ergo peccabat. Et q; male ageret: constat: quia non secundum rectam rationem agit. Qui enim pœnam infligere vult, quæ culpam superat: nõ agit secundum rationem, sed Iudeus ex leui, vel irrationabili causa accensus in odium vxoris, ob quod repudiabat pœnam infligebat ipsi vxori super antea culpam, ergo non sequitur rationem rectam. Et sic in tali motu non excusabatur a peccato: sicut si lege concessum esset q; quilibet alium odio habens posset eum ledere, & nocere. Certum est, si lex iusta esset, qui alium odio haberet sine motu, sed solam quia ei displicet, ledendo, faceret secundum legem, nec in hoc peccaret, tamen in motu quo irrationabiliter motus est ad odium peccaret: quia lex ipsa lata se fundat in causa rationabili ad odium. Sic in proposito. Deus legislator concedens libellum repudij propter odium vxorum conceptum in animo virorum ad vitandum vxoricidium: fundatur in odio concepto ex causa non leui, sed graui, & rationabili. Et sic vbi talis causa leuis: peccatum esset, non propter repudium: quia concessum est, quandocumq; est odium, sed esset peccatum in motu non ad tale odium ex causa leui, & irrationabili.

6. conclu
Vxori nõ
licebat vi
rum repu.
p. ratio.

¶ Ultima conclusio de Hebreis. Licet secundum legem ex qua cumq; causa quæ odium causabat, licebat viro vxorem repudiare, tamen nunq; vxori licuit virum repudiare, quantumcunq; odisset eum. Probatur ex supra dictis. Quod repudium dando quis non peccauerit (vt diximus) fuit ex Dei permissione per legem. Ergo tantum fuit permittum, & licitum, quantum in lege fuit expressum, sed in lege solum est concessum, & expressum de viris vt liceat vxores repudiare, ergo nullo modo extendendum est ad feminas: cum sit odiosum.

2. ratio.

¶ 2. Ratio concessionis repudij fuit ad euitandum vxoricidium: quia inde ex duritia sua erant proni ad tantum facinus. Er

Ago ubi non tale malum timetur: non videtur concessum repudiū, sed non timetur q̄ uxores vxoricidium cōmittant, & q̄ semper sint inferiores viris suis, neq̄ possunt aduersus eos preualere. Sequitur q̄ non licet ipsis fœminis viros repudiare. Nec mirandum aliqua licere viro, & permissa ei, quæ non fœminæ. Nam concessum fuit viris plures habere fœminas (de quibus infra) attamen nunq̄ concessum est vni fœminæ plures habere viros. De quo Alexan. ab Alex. genialium dierum. li. 4. c. 8.

104. c. h. us
de sacra.
homi. 76
Nō licuit
vxoribus
virum re-
pudiare.

¶ Preterea. Si mulieri liceret repudiare virum: sicut viro mulierẽ: sequeretur inconueniens qđ legislator intendebat vitare propter concessionem repudij. Probatur. Sequeretur enim vxoricidium, quod legislator vitare volebat. Patet. Si fœminæ liceret repudiare virum ex quacunq̄ causa: sicut & viro: vir conciperet odium vxoris: quia se cognosceret despectum ab vxore: si ab ipsa esset repudiatu, & tunc tali odio concepto, cum vir sit potẽtiõ fœmina, facillẽ occideret eam, sicq̄ nõ tolleretur periculum, quod per repudium Deus volebat auferre ab ipsis Iudeis.

3. ratio.

B Ex istis ergo iam liquet quid de libello repudij dicendum, & quomodo poterant repudiare in tempore legis veteris ex quacunq̄ causa, quomodo etiam, licet ex leui causa ad odium motus peccaret Iudeus, non tamen peccabat repudiando, fœminæ verõ nunq̄ licuit virum suum repudiare.

Epitoga.

ARTICVLVS. II.

An per repudiū dissoluebatur matrimonium.



At ita sit q̄ repudiare vxorem apud Hebreos nõ esset peccatum ex Dei permissione, vtrum per tale repudium matrimonium dissolueretur, & sic licitum erat vxori repudiatę alterum virum accipere, et viro repudiante, alteram vxorem. At, quia hæc questio pendet ex præcedentibus: oportet in memoria retinere quæ supra determinauimus, dicentes repudium in se (licet contra legem naturæ esset) licuisse

Supple. d.
33. q. 2. ar.
P. 11.

licuisse ex Dei dispensatione quia non erat de lege naturæ strictè A
 Quare utens tali dispensatione repudiando nõ peccaret. Hijs sup
 postis sit prima conclusio.

p. conclu. ¶ Dato libello repudiij secundum legis permissionem: dissolue-
 p. ratio, batur matrimonium primum legitimè contractum. Probatum. Illa
 Deute. tenenda sunt de libello repudiij, quæ scripta certa fide tenemus,
 24. 24. sed in Deuter. c. 24. habetur, qd matrimonium dissolueretur p
 repudiij libellum, ergo sic tenendum. Nam ibidem dicitur. Cumqz
 egressa alterum maritum duxerit. Ergo maritum aliũ accipiebat.
 Si ergo verus erat maritus. 2. solutum erat matrimonium cum primo.

2. argum. ¶ 2. Ibidem habetur qd mulier repudiata. 2. non poterat ad
 primum virum redire, nec poterat primus vir sibi reconciliare
 illam quam repudiauerat. Sequitur ergo qd matrimonium verè
 soluebatur per repudium. Alioquin non solum nõ poterat recipere
 sed tenebatur admitere: quia suus erat maritus.

3. ratio. ¶ 3. Si per libellum repudiij matrimonium nõ dissolueretur: seq
 retur qd tam vir repudians, qm ipsa repudiata essent in peccato B
 Ios. echi⁹
 d sa. homi
 76.
 Tertuli. mortali, sed non est asserendum qd per legem tale scandalum. eis
 fuerit positum, ergo tenendum qd dissoluebatur. In quo errauit
 Tertulianus li. 4. contra martionem, qui putauit diuortium, &
 repudium in lege noua, & antiqua assimilari. Nam dissimile est
 quia in illa dissoluebatur per diuortium, & non in noua.

2. conclu. ¶ Dato libello repudiij, tam repudians, qm repudiata licitè con-
 traherent cum alijs, cum quibus verum erat matrimonium, non
 p. ratio, obstante primo. Probatum ex prima conclusione. Matrimonium
 dissoluebatur per libellum repudiij, sed soluto vinculo matrimonij
 licitum est cuiilibet, nõ obstante alio impedimento, matrimoniali-
 ter alteri coniungi. Ergo sequitur qd poterat repudians, siue repu-
 diata cum alio contrahere.

Ad ro. 7
 1. cor. 7
 2. q. 3 ca.
 euphemii.
 7. q. 1 ca.
 Sicut. ¶ 2. sic auctoritate Pauli. Mulier soluta a lege viri non est
 adultera si sit cum alio viro, sed per repudium verè (vt constat)
 mulier soluebatur a lege viri, ergo contrahendo cum alio nõ erat
 adultera, & sic non peccabat.

¶ Quam

A ¶ Quámuis repudiata licité contraheret cum alio post re- 3. conclu.
 pudium, mortuo. 2 non poterat redire ad primum, etiam primo
 viro volente eam reducere. Probatur quantum ad primam par-
 tem ex iam dictis in. 2. conclusione. Sed quantum ad. 2. partem
 probatur. Per repudium (vt dictum est) soluebatur vinculi ma- p. ratio.
 trimoniij. Ergo postq̄ fœmina virum alium duxerat, secundo mor- 2. f.
 tuo, non poterat contrahere nisi cum nouo consensu, & inter legi-
 timas personas, sed repudians, & ipsa repudiata (postq̄ aliū du-
 xerat) non erant legitime persone ad contrahendum, ergo non
 poterat esse matrimonium. Patet a partē ex ipsa scriptura, vbi
 dicitur, q̄ repudiata, si secundum duxerit, post mortem nō pote-
 rit ad primum redire. Et etiam q̄ ipse non poterit recipere. Seq-
 tur ergo q̄ erat prohibitum matrimonium inter tales personas.
 Vnde, dato esset consensus de nouo, non tamen esset matrimonij;
 quia erant illegitime persone: vt apparet ex lege, nisi aliquis di-
 cat quod multa sunt probibita, que tamen facta tenent, tamē non

B constat hoc.

¶ 2. Hęc sunt in lege probibita: vt sic reprimere tur ira viro- 2. ratio.
 rum repudiare volentium vxores, cognoscendo certō q̄ amplius
 nō liceret habere, si alium duceret. Et sic non facile repudiarent
 Sed non esset talis irę repressio si liceret repudianti reasumere
 quam repudiauit, postq̄ alium duxit virum. Ergo videtur ex ip-
 so tenore legis q̄ non posset sibi reconciliare iam repudiatam.

¶ Repudiata a viro anteq̄ ipsa alium virum sumeret, et vir 4. conclu.
 aliam fœminam: cum nouo consensu poterant rursus contrahere,
 & esset verum matrimonium. Nam vbi adest consensus inter le-
 gitimas personas, ibi est matrimonium, sed in presenti arum inter
 tales esse poterat talis consensus de nouo, ergo poterant contrabe-
 re. Quod tales essent persone legitime patet: quia si non essent legi-
 time, hoc ex lege constasset, sed ex lege non constat tales (anteq̄
 cum alijs contrahant) esse personas illegitimas. Ibidem enim dici-
 tur, q̄ postq̄ fœmina alium virum duxerat: non poterat eo viuē
 te, neq̄ post mortem priori reconciliari. Ergo a contrario. Si an-

teq̄

reque virum alium recipere voluisset, priori viro reconciliari potest sine impedimento. Quia ista odiosa sunt: non est necesse ad eas extendere non expressos in lege. Itaque est verum quod post repudium concessum: si vir antequam cum alia contraheret, et femina aliam virum: vellent simul iungi, essent adueniente nouo consensu. Dixi hoc, ob id quod primus consensus precedens non sufficeret. Cuius ratio haec est. Per repudium solutum est matrimonium, ut de terminauimus. Ergo si solutum est: non potest de nouo esse inter duos: nisi sit nouus consensus, cum primus iam nullius valoris sit: sicut si aliquis esset coniugatus, et uxor eius moreretur, post uero resurgeret antequam ipse vir aliam sumeret, non posset habere talem uxorem ex consensu precedentis: nisi de nouo nouus adueniat.

Ad ro. 7.
1. corin. 7. at quia mortua uxore, solutum est matrimonium. Quod si de nouo debet esse matrimonium: oportet de nouo concurrant necessaria ad matrimonium.

5. conclu. Licet verum sit quod matrimonium legitime contractum olim in lege veteri dissolueretur per repudium, tamen post Christi passionem apud Iudeos qui seruant adhuc legem veterem nullo modo dissoluitur. Probat. Antequam dissoluebatur: quia lex data erat de repudio ab illo qui in indissolubilitate matrimonij dispensare potuit, sed post in lege Evangelica ab ipso eodem Deo reuocata est talis lex. Ergo per legem primam nullo modo dissoluitur per repudium. Et per legem nouam declaratur quod manet indissolubile. Ergo quantumcumque repudium obseruent tales Hebrei modo: non dissoluitur matrimonium legitime contractum.

2. argum. Si matrimonium dissolueretur per repudium: sequeretur quod Iudei conuersi non compellerentur accipere uxorem primam repudiatam tempore infidelitatis, sed compellitur ad ipsam recipiendam: ut patet in ca. Gaudemus. Extra, de diuortijs. Ergo si nunc est quod per repudium non fuit matrimonium dissolutum.

3. ratio. Si matrimonium dissolueretur per tale repudium: sequeretur quod talis repudiata ducens alium virum non adulteraretur, sed vere adulteratur. Licet non possit vir obijcere ei adulterium: quia

A quia eam repudiavit: vt patet ibidē in textu, ergo sequitur q̄ nō
dissoluitur matrimonium per repudium post legem Euangelicā.

ARTICVLVS. 12.

Vtrum apud gentes fuerit repudium.

Ostēdū dicitur est de repudio quod erat apud Iudcos
restat dicere de ipso prout erat apud infideles paga
nos, tan tempore legis antiquę: q̄ modō post legē gr̄a
tia. De quibus per ordinem disferendo fit. 1. cōclusio.

In infidelibus paganis ab initio videt fuisse in vsu vxorē
repudiare. Patet: q̄a constat fuisse in vsu, vt supra. prebauimus
non est scriptum alicubi contrarium, ergo videtur q̄ semper
apud ipsos fuerit in vsu.

In populo Israelitico statim lege data concessum est repu
diare, ne grauentur nimis in separabilitatem matrimonij obser
uando, quam gentes non obseruabant. Sequitur ergo q̄ apud ip
sos gentiles fuit repudium in vsu ante legem datam populo Israe
litico.

Gentiles vxores repudiantes secundum consuetudinem suā
ante Christi aduentum nullo modo peccabant. Si tales gētiles pec
cassent: maxime quia facerent contra ius naturę matrimonium
dissolucendo, quod est indissolubile, sed non propter hoc: quia cum
hoc ius naturę non sit de primis principijs iuris naturę: non est
per se notum, sed est de secundis preceptis iuris naturę, que sunt
velut cōclusiones, que inferuntur ex primis principijs. Ergo nō
de se habet vim obligandi vsq̄ dum fiat notum, sed non fit notum
nisi sit constitutum aliqua lege humana, vel diuina, vel consuetu
dine ab omnibus recepta. Ergo vbi non fuerit lex, nec consuetu
do, non obligabit. At, apud gentes nulla fuit lex positua prehibēs
repudium, nulla fuit lex diuina in tota lege veteri, immo fuit con
cedens, vt dictum est. Item. Nulla fuit cōsuetudo vniuersalis apud
gentiles non repudiādi. Ergo nullo mō tale ius naturę obligabat.

Quarē

aa ij

Seneca d
remedijs
fortui.

p. conclu.
Plurarch⁹
in prole.

ca. 13.
Ludo. celi
us li. 15. le

ctio, ca. 16
Gel. li. 2.
ca. 3. et 17

ca. 21.
Vale. li. 6.
ca. 3.

2. conclu.
Gentiles re
pudiando

non pecca
bant.

Abulen.
mat. 19. q
30. ad. 3.

Cicero. Quare in nullo peccabant contra facientes. Probo assumptum. *S. A*
S. Th. 12. q. 94. a. 2. q. 4. a. 2. q. 94. a. 4. *S.* Thomas probat illa que sunt de iure nature secundo modo non
 habere vim obligandi usque dum fuerint firmata lege positiva, vel
 diuina, vel consuetudine. Cum enim non sint per se nota: est locus
 variè opinandi circa similia. Notanda est ista sententia ad sol-
 uenda multa dubia in hac materia, et in alijs. Nam non sufficit
 aliquid esse de iure nature: si illud non sit per se notum, vel sit fir-
 matum lege, et consuetudine.

Corollari. Ex quo manifestè sequitur q. consuetudo potest preualere
S. Th. ubi et derogare illa que sunt de iure nature secundo modo, licet non
 possit aliquid contra illa que sunt de iure nature primo.

2. ratio cō *elusionis.* 2. Probatur. Si tales gentiles ante Christi aduentum peccassent
 repudiando: debebat eis aliquo modo constare, sed nullo modo po-
 terat eis constare, ergo non peccabant. Probatur: quia non constabat
 lege scripta eis data: cum nulla eis data sit. Nec per illa que
 Iudeis, in qua repudium permittebatur. Nec ex lumine naturali:
 quia non erat hoc per se notum.

3. conclu. Gentiles ante Christi aduentum uxores post prolem educa-
 tam repudiantes non solum non peccabant, sed etiam si repudia-
 rent ante proles educationem est probabile eos a peccato imunes
 esse. Probatur quantum ad 2. partem, quam probabiliter credo
 veram. Supra nos diximus id concessum fuisse, seu permissum Iu-
 deis: quia erat in usu apud gentiles. Ergo videtur: quia illud que
 per libellum repudij Deus concessit Hebreis: ante erat apud gen-
 tiles, sed Iudeis concessum, vel permissum est a Deo ut repudiare
 possent etiam ante proles educationem, ut manifestum fecimus.
 Ergo ante erat in usu apud gentiles. At, id quod licuit absque pec-
 cato in Iudeis facere, data lege, etiam licuit gentilibus per suam
 consuetudinem.

A ¶ 2. Si ante prolis educationem (supposito esset in vsu repudi. 2. ratio, are apud gentiles) esset peccatum: esset, quia id videtur esse contra illa que sunt de iure nature primeuo, que sunt per se nota: quia contra bonum prolis illud est directè, sed non propter hoc erat peccatum, ergo sequitur q. nullum erat. Probatur. Ad hoc q. illud sit de primis principijs iuris nature oportet sit per se notum, & se per se notum: apud omnes esset idè. Sed q. sit malū repudiare ante educationem perfectam prolis non est sic per se notum: quia non idem apud omnes, siquidem potest dari aliqua natio tam barba-

Nota.

ra, in qua nulla sit prolis educatio perfecta, sed statim postq. filius potest cibum sumere per se: relinquitur suo arbitrio, que in uenta videtur in isto nouo orbe, vbi nulla erat filiorum instructio. Item. Hęc perfecta instructio presupponit aliam vitam in ordine ad quam fieri debet, sed apud gentiles barbaros q. plurimos nō ē talis alterius vite cognitio, ergo nec p. se nota necessaria instructio

Inuenta est natio apud quos prolis instructio nō multum attinet.

¶ Item. Ista instructio filiorum requirit plenum dominium ipsorum parentum supra filios, sed potest esse aliqua tam aliena a virtute gens barbara: vt seruiliter viuens sub tyrāno, filiorū nūllum habeat dominium, nec curam aliquam quam primum per se cibum possunt capere, vt experientia apud aliquos cognouimus. Ergo talibus potest esse incognitum hoc ius nature: q. sit necessarium manere in vnum parentes vsq. ad perfectam prolis educationem, que (vt in plurimum) non completur vsq. ad 20 annum. Quod si potest esse incognitum: non erit contra ius nature primeum per se notum repudiare ante hanc perfectam prolis educationem. Quare probabilius videtur tales ante tempus hoc repudiantes secundum suam consuetudinem non peccasse. Nam dato

Nota.

supra dixerimus q. manere simul virū & foeminam vsq. ad perfectam prolis educationem sit de iure nature primis principijs, intelligi id verum esse apud gentes politicas, & non apud gentes ignorantissimas, que nūll alud ferè habent q. nasci, & mori. Sed ita verum est id esse apud gentes vtentes ratione, que aliam vitam spectant & tenent, & ad ipsam educant prolem, & diri-

gunt.
aa iij

gunt. Si tamen aliquis sit cui ista sententia displiceat: non contra A
dico. Si clarius contrarium probet, assensu præbeo libenter.

4. conclu. ¶ Gentiles ante Christi aduentum vxores repudiantes quocū
q̄ tempore, & quacūq̄ ex causa quantūcūq̄ leui, si id erat in
consuetudine apud eos, nullo modo peccabant. Probatur. Lex na

Ratio.

turalis de inseparabilitate matrimonij non obligat, nisi fuerit fir
mata aliqua lege, vel consuetudine, sed q̄ non liceret infidelibus
gentilibus omni tempore, & ex qualibet causa repudiare vxores
non fuit lege diuina, neq̄ humana firmatum, neq̄ consuetudine:
quia p̄ consuetum sic esse omni tempore repudiare. Ergo nullo
iure obligabantur. Vnde sic facientes non peccabant.

¶ Verum est tamen differentiam esse inter gentilem, & He-
breum: quia Hebreus ex leui rapudians peccabat: vt in præceden
ti ar. probatum est, sed gentilis non, si haberet hoc eorum consue-
tudo, que sicut propter eam non erat peccatum repudiare, neq̄
erat ex leui causa facere: si modo consuetudo esset. Et quod fuerit
aliquando in vsu apud gentiles ex leui causa repudiare Alexan B
ab Alex li. 4. genialium dierū. c. 8. Hebreus tamen qui Dei habe-
bat cognitionem astringebatur ad hoc: vt ex graui causa moue-
retur ad repudiandum.

5. conclu. ¶ Gentiles ante aduentum Christi vxores legitimas repudiā
tes non solum non peccabant, sed etiam si ipse fœminæ viros suos
repudiarent, quod non est concessum iudeis. Probatur ex supra
Ratio. dictis: quia hoc ius naturæ indissolubilitatis nō habet vim obligan-
di: nisi fuerit firmatum lege, vel consuetudine, sed non fuit apud
infideles gentiles lex data, que eos obligaret, in qua prohiberet fœ-
minæ virum repudiare, neq̄ fuit consuetudo aliqua, que haberet
vim legis, immo credimus consuetudinem fuisse tan ex parte vi-
ri, q̄ ex parte fœminæ ex equo repudiandi ad inuicem, vt const-
tat experientia apud neophitos hoc tempore infidelitatis. Ergo
sequitur q̄ poterat fœmina similiter & virum repudiare. Dixi:
non fuisse lege prohibitum ipsis gentilibus: quia dato lex fuerit da-
ta iudeis, vt vir posset repudiare, & non fœmina, propter causas
supra

A supradictas, tamen talis lex non fuit data ipsis infidelibus gentilibus, neq̄ ad ipsos directa, neq̄ eis denunciata. Et sic neq̄ in aliquo eos obligabat, nisi solū in illa quę naturalia sunt de primis principijs. Sequitur ergo q̄ poterat fœmina sicut & vir repudiare apud ipsos gentiles, & omni tempore, & ex quacunq̄ causa ex qua vir: quia ex consuetudine pares erant quantū ad hoc. Hęc dicta sint quāuis de Romulo dicatur q̄ legem tulerit vt vir posset uxorem relinquere, sed uxor non virum: vt auctor est tex. in sua officina. p. p. Non obstat tamen, sed potius confirmatur: quia videtur consuetum fuisse & viro & uxori diuertere, sed tamen Romulus voluit id attemperare.

12. q. 94. ar. 4.

Textor.

¶ Non solū in repudium apud gentiles erat sine peccato ex parte viri, vel ex parte fœminę post matrimonium consumatum: sicut concessum est Hebreis, sed etiam erat licitum post sponsalia siue de futuro, siue de præsenti, etiam ante consumationem. Probatur. Licitum erat repudium (vt supra iam dictum est) post consumationem matrimonij, ergo a fortiori etiam licitum fuit ante consumationem: quia si maius vinculum dissoluebatur absq̄ peccato, a fortiori & minus poterat dissolui. Et tandem patet: quia consuetudo apud tales gentiles id facit rectum, sed sic consuetum erat, vt apud istos naturales (experientia teste) didiscimus. Et sic constitutum est per leges gentium. ff. de repudi. & diuor. l. Diuortium.

6. conclu.

Ratio.

¶ Licet ita verum sit, sicut diximus in 3. & 4. conclusione licitum fuisse apud gentiles repudium quacunq̄ ex causa, hoc tamen non obstante, apud gentiles qui legibus humanis scriptis gubernabantur non licebat ex quacunq̄ causa repudiare, sed solū ex illis in lege scriptis. Probatur: quia tota ratio quare nos diximus repudium licere apud infideles gentiles est: quia non erat ius illud nature de inseparabilitate matrimonij firmatum aliqua lege, aut consuetudine, & sic non habebat vim obligandi. Ergo si aliqua esset gentiliū ratio, quę leges haberet humanas de repudio disponentes: illis nō liceret aliud q̄ qđ lege sancitum est. Seq̄

7. conclu.

Ratio.

tur

aa iij

tur ergo q̄ ubi leges sic scriptę sunt: obseruari debent. Et sic sc̄li
 licebit repudium ex illis causis in lege expressis: vt. C. d̄ repudi. l.
 Consensu, dicitur de viro. Neq̄ licebit ei. i. viro sine causis de stig
 natis propriam repudiare iugalem. Neq̄ villo modo expellat: nisi
 Cause ex adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut
 q̄bus conce sepulchorum violatricem, vel dissolutricem, sacris edibus aliquid
 debatur re subtrahentem, aut latronum fauricem, aut extraneorum virorū
 pudium vi viro suo ignorante, vel nolente, conuiuia appetentem, aut ipso in
 20.uito sine iusta & probabili causa foris pernoctantem, t̄beatr ali
 bus, vel arenarum spectaculis in ipsis locis in quibus hæc assolent
 celebrari viro prohibente gaudentem, sibi veneno, aut gladio, aut
 alio simili modo insidiantem, aliquid machinantibus se consciam
 seu falsitatis, seu criminum immiscentem inuenerit, aut manus au
 daces sibi probauerit ingerentem, tunc necessariam ei permitti
 mus facultatem discedendi, & causas dissidij legibus comproba
 re. i. in iudicio.

¶ Si autem mulier velit repudiare virum ponuntur cause in
 Cause ob eadem. l. Si qua igitur maritum suum adulterum, vel homicidam
 quas muli er virum vel veneficum, vel cōtra nostrum imperium molientem, vel falsi
 poterat re tatis crimine condemnatū inuenerit, si sepulchrorum dissolutorē,
 pudiare. si sacris edibus aliquid subtrahentem, latronem, vel latronū sus
 ceptorem, abactorem, siue furem peccorum, aut plagiarum, eū im
 pudicis mulieribus coeuntem, si suę vite veneno, aut gladio, aut si
 mili modo insidiantem, si eam verberibus afficientem probaue
 rit, tunc repudij auxilio vti pmittimus. Ecce cū istę sint leges
 humane Imperatorum Romanorum: vbi esset natio gentilium: q̄
 istis legibus Imperatorum gubernaretur illis repudium solum li
 ceret, obseruatis istis causis repudiandi. Et secundum legem latā
 a Romulo solum vir posset repudiare, non tamen femina: quia ei
 interdictum erat. Non tamen ob id solueretur matrimonium post
 Christi aduentum: vt in sequenti articulo dicemus.

¶ Apud infideles gentiles ad quos nullo modo peruenit Euā
 S. concludi. gelij notitia sufficiens, etiam post legem a Christo latam de nō re
 pudi

A pudando: nullum est peccatum repudiare vxores: sicut nec ante Christi aduentum. Probat. Si apud tales qui nunc sunt infide- *Ratio pri*
 les, qui nihil de lege Christi audierunt esset peccatum repudiare:
 hoc deberet eis constare aliqua lege, sed nulla lege eis constat, er
 go non peccant repudiando. Nam non constat eis lege naturæ,
 cum (vt supra diximus) non sit de primis principijs iuris nature
 que sunt per se nota, neq; constat eis aliqua lege, quia licet fuerit
 a Christo institutum in lege noua, ipsi tamen nullam de hoc habent
 notitiam, vt supponimus. Item. Neq; constat eis cōsuetudine: quia
 eorum consuetudo est in contrarium, eo q; habent in vsu repudi
 um. Ergo tales gentiles qui nunc sunt repudiantes non peccant: si
 cut nec ante legem Euangelicam peccabant.

¶ Si tales gentiles ad quos notitia Euangelij non peruenit pec- *2. ratio,*
 carent repudiando vxores: sequeretur q; aliquis agendo quod in
 se est damnaretur, qd̄ videtur impiū sentire de Deo. Pono gentile
 qui viuat secundum legem nature, & in nullo offendat, & vnum *Ad Ro. p.*
 Deum quem lumine naturali cognoscere potest confiteatur, et cre
 dat, & quicquid ad salutem necessariū est habeat, qui iuxta suos
 mores antiquos vxorem repudiet. Si iste talis peccaret repudian
 do certum est erit mortale, moriatur, talis damnabitur, & agit
 quod in se est: quia & legem nature obseruauit, & vnum Deum
 credidit, & cetera alia cognoscibilia, hoc solo vno excepto, q;
 vxorem repudiavit. At, hoc videtur falsum. Ergo dicendum est
 q; talis non peccabit repudiando vxorem: si non habet aliquam le
 gis notitiam.

¶ Licet ita sit q; gentiles qui nunc sunt, ad quos Euangelij no- *9. concli-*
 titia peruenit: peccent mortaliter non recipiendo legem Christi
 probabile est eos non peccare mortaliter vxores repudiando iux
 ta mores suos. Probat. prima pars, q; peccent non obediendo.
 Tales tenentur legem Christi acceptare, qui est dominus, & vni- *Ratio pri,*
 uersalis redemptor omnium, & non sub alia pœna nisi damnatio *Marci vl*
 nis æternæ: quia qui non crediderit cōdemnabitur. Ergo peccāt *umo,*
 mortaliter legem Christi non acceptando.

2. ratio. ¶ 2. Quicumque non obedit mandatis sui superioris peccat. A

Ad Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, sed non acceptans legem latam a Christo: si ei constat ab eo esse latam non obedit mandatis superioris, ergo talis peccat. Quod talis non obediatur: constat, quandoquidem non vult recipere talia mandata neque talem legem. Hec pars est satis clara, dummodo sufficienter eis proponatur, & vite exemplo, vel miraculis, non ridiculose: ut in isto nouo orbe a primis armate militie audiuimus propositam, ostendendo ipsis barbaris bibliam, vel alium librum loco eius: sicut audio contigisse. Et dicunt qui proponunt, oportet credere omnia hic contenta, & obediētiā prestare Pape, & Imperatori. Quod si infideles audientes hec non admittant: statim bellum iustum reputant nostri. Quam sit hoc alienum a ratione est manifestum. De quo alias in relectione: Que sunt Cesaris date Cesari.

Relectio
de Indis

Ratio. 2. p

Ab

¶ 2. pars conclusionis probatur. Nam non est necesse dicere quod infidelis non volens recipere legem Christi peccet nouo peccato quotiescunque agit contra aliquod mandatorum, que sunt in lege Christi. Licet enim de fidei hoc sit verum: quia post legem susceptam inobediētiā committit circa quodlibet, non tamen sic de infidei est necesse asserere. Nam non formaliter, & directe inobediētiā committit agendo contra quodcunque mandatum Christi, sed est continuē in peccato isto: quia non vult recipere legem Christi quam tenetur suscipere. Non enim videtur necessarium dicere quod infidelis quotiescunque non ieiunet peccet mortaliter, supposito quod Christus ieiunium iuberet in lege sua. Quia si precepta in lege Christi data non essent naturalia de primis principiis per se notis, que alias lege seclusa tenetur infidelis obseruare, non videtur quod infidelis transgrediendo semper peccet nouo peccato, sed semper manet in vno peccato. scilicet quia legem Christi non recipit. Non quidem peccat infidelis, qui non vult recipere Euangelium nouo peccato: quia non recipit Eucharistiam: quia non confitetur: quia non dolet: quia non baptizatur, sed semper est in continuo peccato, quia non vult recipere legem Christi: sic in proposito. Dato infidelis

Nota.

Abulen.
mab. 13.
q. 90.

A fidelis gentilis audiens Christum legem dedisse, & in ea scriptum q̄ nulli liceat repudiare, tamen ex proteruita talis non vult legem Christi suscipere, & sic perseverans in lege sua ad huc repudiat est in continuo peccato, non quia repudiat, sed quia legem non recipit, quam tenetur recipere. Et sic videtur probabiliter dictum quòd si aliqui ex infidelibus huius noui orbis, quibus sufficienter esset fides proposita: ita vt peccarent non credendo ex obstinatione, tamen nolent eam recipere, peccarent quidem, non recipiēdo sed tamen non peccarent repudiando. Sed ego dubito in toto orbe tam spatiose sufficienter propositam fidem Christi, & legem eius immaculatam, non ex deestū ministrorum Dei, sed ex corruptione, & scandalosa vita aliquorum Hispanorum circa luxuriam, & auaritiam, simul & superbiam. Dominus ignoscat illis, qui scandalizāt pusillos. Mat. 18.

ARTICVLVS. 13.

B Vtrum per repudium inter gentes dissolueretur matrimonium.



Equitur quæstio alia. Vtrum per tale repudium inter gentes sic consuetum dissolueretur matrimonium. Potuit enim esse consuetudinem præualere ad peccatum vitandum in repudiando, sed q̄ non posset vinculum matrimonij legitimi cōtracti dissolueri. Ob quod sint conclusiones.

¶ Per repudium consuetum apud gentes ante aduentū Chris̄ p. conclusi verē dissoluebatur matrimonij vinculum. Probatur ex iam dic̄ p. ratio. Id permissum ē iudeis. Et quicquid de repudio concessum fuit eis totum erat prius apud gentes. Ob quod eis concessum est, vt supra diximus, sed apud Hebreos per repudium matrimonij dissoluebatur, vt diximus, ergo & apud gentes. Alioqui, aliquid ā plius Deus Hebreis concessisset, q̄ ipsi peterent, vel apud gentes esset in vsu, sed hoc verē non videtur dicendum, cum causa cōcessionis ea credatur esse, ne Iudei grauarētur obseruare illa quæ gētiles

tiles non obseruabant. Ergo illa que Iudeis concessa sunt: apud gē A
tiles erant in vsu. Sequitur ergo q̄ verē dissoluebatur matrimo
nium per repudium.

2. ratio.

¶ 2. Gentiles repudiando non peccabant, vt supra diximus
Ergo dissoluebatur matrimonium per repudium. Alioqui si non
dissolueretur, quomodo possent excusari a peccato mortali sic re
pudiantes? Immo semper essent in mortali peccato.

2. conclu.

¶ Repudio facto inter gentiles ante aduentum Christi, absq̄
peccato vir aliam ducebat vxorem, similiter vxor alium virum
cum quibus verum controbabant matrimonium. Probatur sicut

Ratio.

in precedenti conclusione. Per repudium matrimonium dissolue
batur, sed soluto matrimonio, quilibet contrahere potest alias non

Adro. 7.
p. corin. 7

prohibitus. Sequitur ergo q̄ poterat vir, & vxor repudiata aliū
ducere. Et q̄ absq̄ peccato patet. Nam si per repudium verum
matrimonium solutum erat: non erat peccatum cum alio contra
here: sicut neq̄ esset si post mortem primi viri contraheret, sed
ita matrimonium soluebatur per repudium: sicut per mortem, er
go si post mortem non erat peccatum cum alio contrahere, neq̄ B
erat si post repudium.

3. conclu.

¶ Repudiatam vxorem apud gentiles poterat vir repudiā
quocūq̄ tempore sibi rursus accipere in vxorem. Similiter vxor
virum repudiatum in maritum poterat reassumere: si de nouo

Ratio.

esset consensus in matrimonium. Nam iam repudio facto inter
duos, & matrimonio soluto, postq̄ ipsa fœmina repudiata est ab
alio, vel mortu⁹ est vir, quem. 2. accepit, et idem ex parte viri:
potest de nouo consentire fœmina in virum repudiantem, quem
primo habuit. Et similiter ipse vir. Tunc aduenire cōsensu legiti
mo duorum: si alias non sint personę prohibite est verum matri
monium, sed nulla lege, aut consuetudine apud eos legimus probi
bitum sibi reconciliare repudiatā. Sequitur ergo q̄ possent adin
uicem de nouo contrahere. Et quidem non obstat lex data He
breis de non reconciliando repudiatam: quia illa nō obligabat gē
Gentiles.

Lex data
Iudeis nō
obligabat
Gentiles.

tiles, nec ad eos fuit directa, sed solum data est Hebreis, & ipsi il
la

A la obligabantur, vt infra dicemus. Quod apud gentiles esset talis consuetudo reconciliandi: credibile est, quandoquidem modo experientia constat apud eos consuetum esse, saltem in prouintia Michuacansenfi.

¶ Dixi in conclusione: Si adsit nouus consensus: quia postquam per repudium solutum est matrimonium, et ipsa alium virum duxit, post mortem. 2. oportet si debet redire ad primum, quod de nouo consentiat: quia solutum fuit matrimonium. Sicut si moreretur, et resurgeret esset necessarius nouus consensus: quia mortuo viro (vt ait Paulus) soluta est femina a lege viri. Neque est adultera: si fuerit cum altero viro. 1. corin. 7
Ad Ro. 7

¶ Post repudium factum inter gentiles ante aduentum Christi si antequam vir aliam duceret, et uxori alio viro contingerit reconciliari: probabile videtur non fuisse necessarium nouum consensus ad matrimonium. Probatur: quia (vt nos infra dicemus) dato inter infideles matrimonium contractum legitimum dissoluitur per conuersionem vnius ad fidem, alio nolente cohabitare, vel non sine contumelia creatoris, tamen nunquam dissoluitur usque dum conuersus transierit ad aliud matrimonium, vel ipsa que non vult conuerti ad alium. Sic in proposito. Si in casu esset necessarius nouus consensus: ob id videtur: quia primum matrimonium verum solutum est per repudium, sed hoc non obstat: quia hec solutio matrimonij per repudium videtur esse non statim quando repudium fit, sed quam primo repudians, vel repudiata alium sumit. Nam eodem modo soluitur. Immo efficacius per dictum Apostoli quando alter conuertitur, et non vult cohabitare infidelis fidelis. Tamen non videtur dissolutio facta usque dum alter ipsorum traseat ad 2. matrimonium. Ergo etiam in presenti videtur probabiliter dici posse.

¶ 2. Quod matrimonium dissoluatur per repudium apud gentes ante aliquam legem datam habetur ex ipsorum consuetudine: quia sic credunt, et habent in vsu. Sequitur ergo quod maxime aduertendum est ad eorum consuetudinem, et intelligentiam, ad iudicandum 4 conclu.
1. ratio.

dicandum. Vtrum matrimonium sit solutum, vel non, sed in casu A
conclusionis ipsi non credunt solutum matrimonium per solum re
pudium: nisi vir, vel vxor alium duxerit, sed quandiu manēt sine
coniunctione aliorum, per solam reconciliationem sine nouo con
sensu se credunt veros coniuges. Ergo sequitur non esse necessari
um nouum consensum. Dixi: Probabile: quia non est mihi certum,
eo q̄ contrarium habeat apparentiam. s. statim per diuortiu so
lutum esse: vt dictum est.

§. conclu. ¶ Post legem Christi prohibentem repudium gentiles infide
les etiam ad quos non peruenit notitia Euāgelij repudiantes legiti
mam coniugem, vel legitimum virum, non dissoluit matrimoniu.
Post chris
tum nō dis
soluitur
matrimo
nium p re
pudium. Conclusio est notanda, re aliquis ex superius dictis decipiatur,
putans per repudium & modo dissolui matrimonium inter gen
tiles. Omnia quidem dicta verum tenent ante legem Christi, sed B
iam lege data, non dissoluitur per repudium. Probat. Si dissol
ueretur per repudium matrimonium legitimum post legem Euā
gelicam esset: quia ipsi gentiles repudiantes vtuntur consuetudi
ne sua, & legibus suis nunc. sicut ante aduentum Christi. Et ante
aduentum Christi verē dissoluebatur per repudium, ergo & mo
do. Sed non propter hoc: patet. Causa quare tunc ante aduentum
Christi dissoluebatur erat: quia cū nulla lege instituta esset in sepa
rabilitas matrimonij, solum obligabatur ad illā secundum suā cō
suetudinem. Et talis erat ipsorum consuetudo: vt repudiata aliū
Math. 19. duceret, & repudijs similiter. Sed iam lege Christi data, qui est
S. Tho. 12 dominus vniuersalis, & redemptor omnium, dedit legem de non
q̄ 97. ar. repudiando, & declarauit matrimonij indissolubilitatem. Ob q̄d
3. 2. 1. nulla consuetudo potest preualere contra talem legem: vt dissol
Abulen. uatur, quod indissolubile declaratum est. Sequitur ergo dato sit
parado. 5. modo repudium consuetum: q̄ non dissoluitur. Ipsorum enim con
ca. 115. suetudo potest eis excusare repudiantes propter ignorantia le
S. Tho. 12 gis, nō tamē ob id dissoluitur matrimonium, sicut ante legem Chri
q̄ 77. ar. sti dissoluebatur.
3.

¶ Dixi in conclusione: Etiam si sint gentiles, qui nihil audiunt
runt

Arunt de lege Christi, nã posset eẽ de istis dubium. Tamẽ probatur etiam d̄ illis. Data quippẽ lex Christi vnuerſaliter ad oẽs: oẽs potuit obligare, si voluit potuit, & voluit omnes, ergo obligantur. Sequitur si omnes obligantur, q̄ vbiunq̄ homines reperiãtur, cuiuscunq̄ conditionis, contra ipsam legem facientes secundum cõsuetudinem suam non est validum, neq̄ firmum. Ergo repudiantes secundum suas leges non dissolunt matrimonium contra legẽ Dei dicentem esse indissolubile. Verũ tamen est, q̄ in tali facio excusantur a peccato repudiantes: quia nondum lex est eis ^{pro} mulgata, vt supra diximus. Attamen, dato repudiantes non pcc cõt: non tamen ob id matrimonium legitimum dissoluitur. Sicut ego bona fide possidens alienum, si alicui donem, vel vendã, licet a peccato sim immunis, non tamen tenet donatio, vel venditã: q̄a contra legem feci. Sic in proposito. Dato ita sit, q̄ gentiles isti ã te aduentum Christianorum qui nullam habuerunt notitiam legis Euangelice non peccabant repudiando vxorem legitimam, vel virum legitimum, & alium ducendo, non ob hcc dissoluebãt primum marrimonium legitime contractum.

S. Tho 12
q. 90. ar.
4.

B ¶ Vltimo probatur conclusio ex determinatione Ecclesiã Vltima ra in. ca. Gaudemus, Extra, de diuortijs, vbi Inno. 3. dicit, q̄ gentilis no. paganus conuersus ad fidem debet habere in vxorem illam, quã Inno. 3. primo repudiauit, alijs relictis. Sequitur ergo, quandoquidem sũmus Pontifex declarat primam repudiatam veram esse vxorem. q̄ nunq̄ fuit dissolutum matrimonium per repudium. Ahõ qui sũmus Pontifex non p̄ciperet ad primã repudiatã redire. Immo neq̄ posset p̄cipere: quia non posset ipse, neq̄ tota Ecclesia facere matrimonium, quod verẽ nõ est matrimonium. Licet benc in p̄enam compellere posset ad consensuẽdum de nouo: vt compellit quando quis viuentẽ propria vxore cõtrahit cum alia, ipsa insciant. & post mortur propria vxor, & venit in notitiã illius secundẽ determinatur q̄ si ipsa innocens vellit cobabitare, & eum vt maritum habere: compellatur vir in p̄nam sui peccati in eam de nouo consentire, & habere vt vxorem, vt patet. Extra, de eo qui dux

In penam
ecclesia cõ
pellit ad
matrimo-
nium.

dux. in mat. quam polu. ca. Propositum. Et sicut in foro consciē
 tię qui fictē alicui puellę promissit, si sit ei equalis, vel inferior: te
 netur eam ducere, & consentire, vt possit plenē satisfacere. De
 quo in fine tertię partis agemus. Sed in. capi. Gaudemus supra
 allegato verum declaratur matrimonium esse cum prima re
 pudata. Neq̄ aliquid ibi de consensu nouo dicitur. Sequitur er
 go verum, & legitimum matrimonium inter infideles paganos
 post legē Euangelicā nunq̄ solui per repudiū a pud eos consuetū

G. conclud.

¶ Inter infideles gentiles vtentes repudio post legem Euan
 gelicam non solū non dissoluitur matrimonium, quando absolu
 tē contractum est. Sed dato a principio contraherent animo re
 pudandi secundum mores suos; nullomodo per repudium datum

Ratio.

post: tale matrimonium dissolueretur. Quātūcunq̄ gentiles infide
 les qui modo sunt contrahendo cū voluntate sufficienti ad ma
 trimonium habeant in animo repudium, si omnia non placent: si
 cut est vsus a pud eos, est verum, & legitimum matrimonium, vt
 supra iam nos in ista. 2. parte probauimus: quia tale matrimoniū
 contractum secundum suā consuetudinem est validum, & firmū
 At, matrimonium validum & firmum post legem Christi nō dis
 soluitur inter infideles per repudium, vt probauimus in precedē
 ti conclusione. Sequitur ergo q̄ quantūcunq̄ paganus contrahēs
 cum aliqua absolutē matrimonium, & habeat in animo repudium
 si displiceret, q̄ postea dato repudio, non dissoluetur matrimoniū
 quia cū tale matrimonium legitimum, & firmum iudicemus: p
 repudiū supueniēs nullomō dissoluit. Immo addo vnū, qđ p̄babi
 le reputo, hoc eē verū, nō solū si i aīo haberet repudiū tpe cōtra
 ctus, sed etiā si exprimeret, & i pactū duceret, dicēdo: ego tecū cō
 trabo hac lege, vt repudiare possi te, si mihi displicueris: sicut cō
 suetū ē ap̄ nos. Et respōderet similiter. Credideri eē matrimoniū
 quia tale pactum, vel talis contractus manet, ac si esset absolutē
 factus. Dato etiam conditio apponatur, quę si modo inter fideles
 apponeretur vitiaret contractum. Sed tamen apud infideles non
 vitiat: quia sic habet ipsorum vsus: vt putent sibi licere repudium
 etiam

Si in pac.
 tum duce
 re ē repu
 dium matri
 moniū te
 neret,

A etiam post verum, & legitimum matrimonium contractum. Hęc
 sententiam videtur tenere do. Panor in. ca. de infidelibus, Extra ^{Panor. cō}
 de conf. & aff. dicens contra glo. q. si quis Iudeus contraberet cū ^{trango.}
 aliq. cū pacto de repudiando, esset matrimonii: quia licet ei per le
 gem. Cū ergo q. licuit Iudeo per legem: hoc & gentili per con
 suetudinem: sequitur q. si in fidelis tali animo contraberet, vel in
 pactum duceret repudium, quando displiceret: esset verum ma
 trimonium. Tales enim infideles sic contrahendo non errant: quia
 secundum suam consuetudinem contrahunt, et intelligunt cū hoc
 se matrimonio coniungi, etiam posita conditione illa, vel in ani
 mo, vel in pacto, & tamen propter hoc non vitatur contractus
 sed remanet verus, & firmus, secundum veritatem, quam in se ha
 bet. Verbi gratia. Sicut si rusticus esset, qui contrahere vellet mo
 do, qui est tam barbarus, vt vinculum perpetuum matrimonij igno
 ret, sed forte credit vinculum manere ad certum tempus, & ta
 li cogitatione contrahat, tamen cum hoc absolute velit hanc acci
 pere in vxorem: sicut homines solent facere, nulli dubium est, ta
 le esse verum matrimonium, etiam si cogitauerit non esse perpetu
 um vinculum. Sic in proposito. Dato infidelis gentilis cōtraberet
 absolute, volens hanc vt vxorem, sed cum animo repudiandi quā
 do displiceret: quia sic videbat esse in vsu: verum esset matrimo
 nium, licet ipse deceptus fuerit in ignorantia conditionis talis cō
 tractus, qui est ad perpetuū manendum, & non repudiandum. Sic
 nos supra in prima parte diximus, q. rusticus ignorās qualitatem ^{Supra, r. p}
 & conditionem contractus matrimonij, verē contraberet, nec vi ^{arti, p. du-}
 tiaretur propter eius rusticitatem, sed maneret in sua firmitate ^{bio. p.}
 & tantum haberet roboris, quantum intelligunt sapientes. Sic in
 proposito videtur dicendum apud istos infideles.

¶ Ex istis omnibus habemus clarissime quomodo repudium ^{Epiloga-}
 quod erat in vsu apud gentiles ante legem Christi, & post legem ^{tio.}
 Christi, non erat impedimentum quominus posset esse verum ma
 trimonium apud ipsos. Et quomodo vsus repudij qui nunc est apud
 ipsos ex quacuncq. causa etiam leui non vitiat matrimonium legi

timé contractum inter eos, quandoquidem habebant in animo mutuo se traddendi vt vir & vxor, & post contingebat repudiū ppter aliquod superueniens. Immo dato ita esset, q̄ haberent in animo repudium, quando contrabebant: quia id habebant in vsu, videretur q̄ non tolleretur firmitatem matrimonij, etiā concesso q̄ in pactum ducerent sic repudiare. Hic posset addi aliquid de diuortio, quod simile est repudio, sed tamen pro. 3. p. missum faciamus.

¶ Sequitur postq̄ primam aboluimus quaestionem de repudio, quomodo propter illud dissoluebatur matrimonium, & quomodo post legem Euangelicam a Christo datam tenentur omnes ad indissolubilitatem obseruandam. Vnde possumus probabiliter tenere sine preiudicio sanioris sententię, q̄ indissolubilitas non est de se in matrimonio: ita q̄ teneantur omnes illam seruare, & non seruantes peccent, sed prouenit indissolubilitas ex Christi mada. Et ab illo tempore tenentur omnes seruare illam, sic q̄ non licet repudium dare, nec matrimonium dissolui. Hanc sententiā videtur tenere do. Abule. Hęc dixerim propter nonnullos qui veluerunt dabitare de istorum matrimonio, ob hoc solum q̄ repudium habebant. Ceterū si verum est, indissolubilitatem solum obligare de iure diuino, licet ipsa sit de iure nature. 2. preceptis, non ex illo magis negandum matrimonium inter istos, q̄ ex hoc q̄ non seruabant legem Euangelicam. Illa enim que naturalia sunt de secundis preceptis solum obligant (vt dictum est) quando lege sunt instituta, vel consuetudine approbata. Istis verò utcumq̄ pertractatis, restat de 2. principali huius materię, scilicet de pluralitate vxorum. Vtrum istud esset impedimentum quominus matrimonium esset inter eos.

ARTICVLVS 14.
De pluralitate vxorum.



Ostendit de repudio sermonem fecimus, oportet de vxorum pluralitate disseramus. Inuat enim plurimum ista exacte scire, ad cognoscendum quemodo potuit esse inter

A inter infideles gentiles matrimonium simul cum pluralitate vxorum. Et primum erit. Vtrum ista pluralitas repugnet iuri naturæ. Supponimus enim ipsam pluralitatem vxorum fuisse tam in lege naturæ, q̄ in lege scripta, & apud fideles, & infideles. At, quia tam in aperto hoc est, nolumus id probare. Nam præter scripturarum testimonium. experientia constat apud istos infideles sic fuisse in vsu. Ob id querimus primo. Vtrum repugnet iuri nature hæc vxorum pluralitas.

¶ Pro solutione quæstionis oportet in memoriam reuocare *p. nota.* illa quæ nos diximus supra in ista. 2. p. quando de repudio loquebamur. s. dupliciter aliqui d. esse de iure nature. Vno modo de primis principijs per se notis. Et sunt illa, quæ sunt eadem apud oēs, *Theolo di 33. S. Tho. in 4. d. 33. 12. q. 94.* 2. modo aliqua sunt de iure nature, quæ sunt velut conclusiones, q̄ inferuntur ex istis primis principijs, quæ non sunt idem apud oēs. *ar. 4. 2. nota.*

B Notandū in super, aliquid esse contra naturam iudicandum est: vtrum per illud tollatur finis intentus a natura, vel si non omnino impediatur, saltem si difficilis reddatur: quia vtrumq̄ istorū erit contra naturam, cum natura ipsa inclinet ad suos fines consequendos vnamq̄ iā q̄ rem, & non solum dat vt consequatur quæ libet res suum finem, sed etiam dat vt debitè, & congruè. Exemplum posuimus: quia natura dedit homini oculos ad tuendum se a periculis, & non solum illos dedit, sed ordinauit, & in tali loco posuit: vt cōmodius finē cōsequeretur, in capite, & nō in pedibus. *Aris. 2. phisi. tex. co. 75.*

¶ Notandum etiam in matrimonio naturam prætereendere si 3. nota. nem principalem: prolis procreationem, & finem secundarium: operum cōmunicationem inter virum, & feminam. Oportet ergo videre an pluralitas vxorū in matrimonio repugnet fini, quē intendit natura, q̄ non possit cum illo stare. Vel vtrum difficilem faciat. Quibus sic prelibatis sit. 1. conclusio.

¶ Pluralitas vxorum non est de se mala: sic q̄ non posset ali quando bene fieri. Si esset de se mala: sequitur nunq̄ licuisse habere plures vxores, sed patriarchæ, & antiqui viri in lege natura, & scripte semper peccassēt plures ducēdo, sed hoc est falsum *p. conclu. Ratio.*

Supple. d vt ex scriptura constat, ergo non est de se malum. Et quidē aper A
 33. q. 1. S. ta est sequella. Nam eo q̄ odium Dei est intrinsicē malum: nunq̄
 Tho. 12. q̄ potest bene fieri, in quocunq̄ fuerit: peccatum erit, nullo tpe nulla
 100. ar. 8 circumstātia pōt bene exerceri, q̄cqd̄ dicat Ochā, & Aliaco: q̄a
 Sco. in. 4. si Dei odium, qui super omnia est amandus, nunq̄ potest bene ha
 Jen. d. 3. 7 beri: sic esset de vxorum pluralitate: si intrinsicē esset de se malū
 q. vnica. plures habere, sed tamen constat aliquando meritum fuisse plu
 gab. et al- res habere, ergo potuit bene fieri, q̄ patet in lege naturæ. Abra
 may. ibi. ham habuit Sarram, & Agar simul. Iacob etiam habuit. 4. vxo
 ochan & aliaco. p. res simul. Liam, Rachelem, Bala, & Zelpham. Isti sancti patriar
 sen. q. 1. 4. chē non reprehenduntur de hoc. Ergo licitum fuit plures habere
 Deu. 6. vxores. Quarē non est intrinsicē malum de se plures habere.
 Gene. 16. ¶ 2. Tempore legis Moyſi viri sancti habebant plures vxo
 Gene. 29. & 30. res: vt David habuit, & tamen in hoc non dicitur reprehensus a
 2. regum. Deo, patet: quia dicitur de eo q̄ non declinauerat ab operibus q̄
 3. & 5. mādauerat Deus omnibus diebus vitę suę, excepto sermone Vrię
 1. paral. 3. Ethēi. Ergo accipiendo plures vxores non fecit malum. Item & B
 1. regū. p. Helcana pater Samuelis simul duas habuit.

2. conclu. ¶ Pluralitas vxorū licet sit contra ius naturæ, vt est de secū
 Du. d. 33. dis preceptis, non tamen est contra ius naturæ, vt est de primis.
 Couar. 2. Probatur q̄ sit cōtra ius naturæ, 2. modo. Illa sunt cōtra ius na
 p. epito. c. turę isto. 2. modo, quę vel tollunt finem secundarium, quem preten
 7 S. 1. dit natura, vel faciunt eum difficilem consequi, sed sic est plura
 Vigue. in litas vxorū. Nā finis. 2. matrimonij, q̄ est operū cōicatio tollit, ex
 suis teolo hoc q̄ operū cōicatio p̄supponit amorē, & pacē i familia, sed vbi
 gi. institū. sūt plures vxores vnus viri nō ē pax: q̄a (vt dicit Aris.) figulus.
 c. 6. S. 7 figulum odit. Sequitur ergo q̄ vel non erit operum cōmunicatio
 ver. 12. li. 7. Ethēi vbi plures vxores, vel si fuerit, non eque beneficit si solū vna
 ad Eude- esset vnus. Et quidem (experientia teste) constat difficulter
 mum. in esse pacem in familia: vbi multę fœminæ. Sicut contingit inter
 principio. Sarram, & Agar. Solēt enim inter se quendam zelum habere per
 Et lib. 2. niciosum, offensiuum valdē. Et oculis nostris vidimus apud inco
 Reho. ad nio. c. 4. las huius orbis: vt vix fœminæ velent iungi viro, qui aliam habe
 Theo. dec- bat

A bat vxorem propter odium, & iurgia, & discordias, que sunt in ter eas.

¶ Item. Ex pluralitate vxorum nō est pax in familia, ex hoc q̄ vnus vir nō potest satisfacere in redditione debiti multis simul non solum in redditione ad votum, sed neq̄ in competēti, ex quo necesse est odium, & non amor. Ob has causas pluralitatem vxorum dicimus repugnare legi nature secundo: quia finis secundarius intentus a natura in matrimonio, q̄ est operū cōmunicatio, debet haberi non potest, vbi plures in eodem comunicāt officio

¶ Pars alia conclusionis probatur, q̄ non sit contra iuris nature ratio 2. p. rē p̄cepta primaria: quia illud est contra ius nature primo modo, per quod tollitur finis principalis, quem intēdit natura, sed per pluralitatem vxorum non impeditur primus finis, & principalis matrimonij. Nam finis principalis est prolis generatio, & creatio, & eius educatio, sed per pluralitatem vxoris hoc nō impeditur, immō melius talis finis adest vbi est pluralitas vxorum: quia vnus vir sufficit multis fœminis fœcundādis, & plures fœmine melius possunt ad educationem filiorum, q̄ vna sola. Sequitur ergo cum per pluralitatem vxorum finis principalis matrimonij non impediatur, sed melius habeatur: non erit contra ius nature prima principia plures habere vxores. Si enim contingit ex pluribus vnā sterilem, & si alia non esset que conciperet: iam non esset prolis procreatio. Et Ioa. Gerson in 2. p. de matrimonio loquēs dicit, non esse contra ius nature habere plures vxores. Et sic fertur de illo rege ditissimo in prouintia Peru Atabali ba quōd ducentos filios genuerit: quia plures erant regine, & cōcubine, quarum non erat numerus certus. In ista etiam noua Hispania de domino de Tezcucō fertur quōd sexagenarium excederet numerum. Consimilia de alijs dicuntur.

¶ Vxorū pluralitas q̄uis non sit contra prima principia iuris nature, est tamen contra ius diuinum positium a principio creationis institutum, & p̄st in lege noua expressē manifestatum. Probatur. Ius diuinum positium prout distinguitur contra natura

Gerson.

Nota.

3. conclu.

Gene. 2.

Math. 19.

p. ratio.

tura
bb ij

- turale illud est, quod constat nobis a Deo tanq̄ regula quedam **A**
 data, per quam actiones nostrę dirigantur. Talis verò regula no
 bis datur ab ipso Deo, quando nobis manifestat voluntatem suã,
 quę nobis dupliciter constat, per dicta, & per facta. Et vtrunq̄
 dicitur ius diuinum positium. Tunc sic. Illud dicitur esse contra
 ius diuinum positium, quod est contra dictum, vel factum Dei
 ad nostras actiones dirigendas, sed vxorum pluralitas repugnat
 facto Dei a principio, qui vnã fœminã Euã vni coniunxit vi-
 ro, cū m tamen posset plures simul creare, præcipuè vbi non erat
 alius in mundo. Et ex hoc facto a principio mundi: post in lege no
 ua volens declarare matrimonium, quomodo oportet sit vnus ad
 vnã: verbo explicuit, inuens illi facto dicens: Ab initio creauit
 Deus masculum, & fœminam. Et dictum est. Propter hanc relin
 quet homo. Non dixit: Propter has, insinuãsq̄ vna debet esse vxor
 solum. Dixit etiam. Adhærebit vxori suę, non vxoribus. Et sic inf
 prætatur locum istum Hieronymus, & Chrysos. Sequitur ergo q̄
 pluralitas vxorum est contra ius diuinum. **B**
- ¶** 2. Ibidẽ Gene 2. dicitur, & post a Christo repetitũ Math
 19. Erunt duo in carne vna. i. duo erunt vna caro, & non dixit:
 Erunt tres, vel quatuor, aut plures, quę verba dicta fuerunt in in
 structione primi matrimonij. Ergo verè de iure diuino positio
 est directè esse vnã vnus, et contra ius diuinum pluralitas vxo
 rum in matrimonio.
- ¶** Ad idem. Christo dicente: Quicunq̄ dimiserit vxorẽ suã
 & aliam superduxerit: mechatur. Ergo accipiendo. 2. prima re
 pudata, peccatum est, & adulterium cõmittit. A scitiori ergo
 si retenta prima, aliam quis duxerit.
- ¶** Astipulatur & Paulus. His qui matrimonio coniuncti sunt
 præcipio, non ego, sed dominus: vxorẽ a viro nõ recedere. Qd si
 receßerit: maneat in nupta. Quẽd si pluralitas vxorum non esset
 contra ius diuinum: liceret viro dimissa vna, aliam recipere. Vn
 de videtur q̄, vxorum pluralitas repugnet iuri diuino positio.
- Et quiden Innocentius in c. Gaudemus Extra de di. orijs hæc
 argu

S. Tho. p.
 p. q. 19.
 p. sen. d.
 45.

Gene. 2.

Math. 19

Hierony.

Chrysos.

2. ratio.

Gene. 2.

Math. 19

3. ratio.

Math. 5.

& 19.

4. ratio.

p. corin. 7

Innocẽ. 3.

A argumenta adducit, ad probandum pluralitatem vxorum esse contra ius diuinum. Attamen hoc ius diuinum nunq̄ fuit expreſſe cognitum vsq̄ ad Christi aduentum, q̄ expreſſam legē dedit. Matth. 19

PARTICVLVS 15.

An fuerit requisita dispensatio ad pluralitatē vxorū.



Equitur consequenter. Vtrum habere plures vxores aliquando licuit absq̄ dispensatione. Vel vtrū fuerit necessaria dispensatio. Et hoc potest intelligi, & in lege nature, & post in lege scripta. De fidelibus, & infidelibus gentilibus.

Habere plures vxores in lege nature omnibus fidelibus ius licuit absq̄ aliqua expreſſa Dei reuelatione. Probatur. Si tūc temporis eſſet illicitum habere plures vxores: maximē eſſet. quia fieret contra Dei p̄ceptum, vel contra ius nature. Non quia contra Dei p̄ceptum: quia nullum erat expreſſum de vnitare vxoris, licet ſolū creauit vnum virum, & vnam fœminam, sed tamen hoc factum non fuit p̄ceptum quod obligaret. Factum intelligentes vt post dicemus. Sequitur ergo q̄ non erat illicitum ex hoc. Nec erat illicitum quia contra ius nature. Nam cū sit ſolū contra illa que sunt de iure nature. 2. modo (vt supra diximus) nullam vim obligandi habent talia: nisi sint per aliquam legem sancita, vel per consuetudinem recepta, immo post receptionem per cōsuetudinē potest tolli, sed nulla fuit tunc data lex in statu legis nature, neq̄ fuit consuetudo ab omnibus recepta de habēda ſolū vna, cū sancti patriarche plures haberent. Sequitur ergo quod non erat aliquod peccatum tunc vti pluralitate vxorum etiam sine dispensatione expreſſa. Hoc testatur. B. p. Augustinus libro de bono coniugali dicens: Antiquis iustis non fuit peccatū q̄ plurimis fœminis vtebantur, neq̄ contra naturam id faciebāt, cū non laſciuendi hoc causa, sed generandi facerent. Neq̄ contra morem: quia eo tempore ea faciebāt. Neq̄ contra p̄ceptum:

quia

bb iij

1. conclu
Driedon.
de libertate
chris. lib.
p. cap. 16.
Theologi
d. 33. 4.
10. maio. d
33. 9. pri.
Hugo. li.
2. de. sa. p
11. c. 10.
& in sum
ma sentē.
ca 5.
Tn. 1. 7
cōnub. nu
me. 15.
S. Tho. in
d. 33. 9. p.
ad pri.
Cōcilium
Colemen.
Augu.

quia nulla lege erat prohibitum. Hęc ille.

2. ratio. ¶ 2. Constat Habrabam, Iacob, & alios sanctos tempore legis naturę vfos esse vxorū pluralitate, neq; reprehenduntur, immo laudantur satis in scriptura. Sequitur ergo q; non fuit illicitum.

3. ratio. ¶ Si fuisset in statu legis naturę illicitum habere plures vxores: hoc eſet: quia cūm matrimonium fit quedam cōmutatio corporum: oportet sit equalitas ex parte contrahentium. Sicut ergo illicitum fuit tunc vxori plures habere viros: ita & illicitum debuit esse viro plures habere vxores, sed non propter hoc: quia hęc equalitas viri & vxoris non est eodem modo, sed proportio nabiliter ad finem, quem natura intendit per tale contractum matrimonij. Et q; qd intēdit primo, & p̄cipuē est hēre plē, et ad prolem iuuat quōd vnus vir plures habeat fœminas: quia pluribus fœcundandis sufficit, vt dictum est. Non tamen iuuat q; vna fœmina plures habeat viros: quia per hoc impeditur generatio.

Sequitur non incōueniens esse quantū ad hoc esse inequalis conditio virum & fœminam. Similiter etiam in ordine ad alium finem secundarium, quod est esse in remedium: quia quando vir habet plures fœminas: vi de fœmina frustrata isto fine: quia non potest virum habere quando vult in remedium: quia cūm pluribus debeat satisfaccere: non poterit quando ipsa voluerit ei debitū reddere. Nec propter hoc est illicita. Tunc quidem nullam rationabiliter patitur fœmina iniuriam, etiam si vir plures habeat vxores: quia tantum quantum diminitur de fine secundario. s. de redditione debiti in remedium, crescit, & augetur quod intenditur in fine principali. s. prolis, sed quilibet rationabiliter debet hoc velle: vt minori bono aliqd subtrahatur, vt crescat quod maius est. Ergo non fit iniuria mulieri. Quōd si non fit ei iniuria quia amplius crescit finis primarius. s. prolis: sequitur q; habere plures vxores etiam in illo statu ante aliquam legem nullum fuit peccatum, etiam sine aliqua dispensatione. Exempli gratia: vt ait docto sub. Sicut cibus ad duo ordinatur. s. principaliter ad sustentationem, & secundario ad delectationem, & recreationē

Et

Alex. ab
alex. li. 4.
geniali.
dic. ca. 8.

Seco. d. 33.
q. vii. ca.

A Et tunc qui utitur cibo quanto, magis conuenit nutritioni, quāuis aliquid adimatur de recreatione, vel delectatione, non iniuste facit, neq̄ contra naturam, etiam si nulla in hoc sit expressa dispensatio. Sequitur a simili q̄ qui pluralitate vxorum uteretur: quo melius principalis finis matrimonij s. prolis staret, & per hoc aliquid adimeretur secundo finis s. remedio libidinis, q̄ verē non esset illicitum id agere absq̄ aliqua dispensatione. Sic durā. existi Duran. d. mat pluralitatem vxorum iuri naturali nō repugnare expresse. 33.

¶ Pluralitas vxorum in statu legis naturæ ante omnem legem scriptam non solum licuit absq̄ dispensatione expressa, sed fuit meritorium in patribus illis plures habere vxores. Patet ex .1. cōclusionē. Non fuit illicitum plures habere. Ergo fuit licitum. Si licitum in habente gratiam: ergo meritorium: quia in habente gratiam nullo modo datur actus indifferens, contra Sco. & Durandū, licet detur in esse moris quantum ad speciem, & non quoad indiuidū vt ait. S. Tho. sed illi sancti patres erant in gratia, ergo accipere plures vxores in eis fuit meritorium.

¶ Quicumq̄ agit aliquid secundum rectam rationem, & propter bonum finem meretur in eo. At, sancti patres habendo plures vxores faciebant opus secundum rectam rationem, & propter bonum finem, ergo merebatur in eo. Quod esset opus secundū rectam rationem: probatur. Vbicunq̄ sunt duo bona eligenda, & maius eligitur relicto minori, est opus secundum rectam rationem, sed sic est in presentiarum: quia ibi erant duo bona s. multiplicatio fidelium, ad quam necessaria erat vxorum pluralitas. Et erat aliud bonum, q̄ esset pax in familia, ad quam erat conueniens solā vnā vxorē, sed maius bonū ē bonū cōmune q̄ particulare. Ergo scdm rectam rationem faciebant qui plures capiebant. Et q̄ esset propter bonum finem patet: quia finis hic erat multiplicatio fidelium.

¶ Si non esset tunc meritorium, esset ex hoc: q̄ contra dicta maius rationis apparebat, & contra ius nature, sed non erat contra ius nature concurrente tali circumstantia temporis, ergo erat meritorium. Nam prima p̄cepta iuris nature (quia multum di-

stant

Duran. d. 33.

2. conclu. Augu.

16. de ci. ui. c. 38.

Sco. in. 2. d. 41.

Sco. & Durandū, 40. q. 2.

S. Tho. 12. q. 18. ar. 8.

7. 9. 2. ratio.

Agū. cōtra Fau.

li. 22. ca. pi. 49.

De bono coniu. c. 9.

7. 13. 19.

stant a particularibus) non contingit variari, tamen circa .2. p̄ A
cepta iuris nature, que sunt velut conclusiones, que dicitur ex
ipsis primis principiis contingit, vel propter alias circumstantias:
sicut in entibus secundum naturam: quia ea que sunt penitus na-
Aristo. 5. turalia, manent penitus in mota: sicut asserit Aristot. Ignis ardet
ethi. ca. 2 hic, & in Persis, quod nunquam mutatur. Alia sunt naturalia, parti
aduta ex consuetudine, que licet habeant motum naturalem, non
tamen habent determinationem omnimodam in natura: sicut est
dextrum, & sinistrum. Et ideo contingit aliquos fieri ambidex-
tros: sic sinistra potest esse aliquando melior, cum tamen dextra
sit absolute melior. Sic in proposito. Licet habere plures uxores
S ib. 12. q. absolute sit contra ius nature: tamen cum non sit de illis que om-
94. ar. 4 nimumodam habent inuariabilitatem in natura: possunt aliqua cir-
cunstantia variari, & tunc erunt bona. s. adueniente tali tem-
poris circunstantia. Sic fuit pluralitas vxorū respectu finis, non
solum bona, sed aliquo modo necessaria Ergo sequitur q̄ qui ta-
les haberent plures: merebatur. Patet in c. Obiiciebat. 32 q. 4. qd̄ co
dices vulgati tribuit Ambrosio. Vnde deceptus est Polidorus ver-
gi. l. 5. de inuento. c. 5. Cum in veritate sit Augusti. lib. 22. contra
Faustum. c. 47. Sic magist. sent. d. 33. Augustino tribuit, quod
sic citat supple. d. 33. q. 1. ar. 2.

3. conclu.
Vigue. in
suis inth.
meol. ca.
16. §. 7.
verbo. 12.
Com. sup.
in. d. 33. q.
p. ar. 2. co
clu. 2.
Gene. 16.
& adicif
32. q. 2. di
xi: Sarra,

Accipere plures uxores in statu legis nature absque dispen-
satione expressa sic licuit: vt etiam si fieret in utris primis vxori
bus, vel sine earum consensu: nullum esset peccatum. Istam conclu-
sionem pono propter aliquos doctores graues alias, qui affirmant
licitam pluralitatem vxorum. Sed tamen q̄ hoc deberet esse cum
consensu prime. Quorum ratio hec est: quia posito vir dederat po-
testatem sui corporis sue prime vxori: non poterat habere ius ad
dandum alteri sine suo expresso consensu: quia non erat suum, sed
tamen cum consensu vxoris poterat: quia ipsa poterat renuncia-
re iuri suo. Quod probant ex scriptura. Gene. 16. dixit Sarra ad
Abraham. Ecce conclusit me dominus ne parerem, ingredi ad
ancillam meam, si saltē ex ea suscipiam filios. Ecce quomodo
Abra

A Abraham duxit aliam vxorem de consensu prime. Idem dicunt contingisse de Iacob, qui Lyam duxit de consensu Rachel, que iunior erat, & de voluntate harum duarum ingressus est ad ancillas earum. Ad ancillam Rachel propter sterilitatem. Ad ancillam vero Lyam, postquam Lyam credidit se desinisse parere. Hec illi deo res. Sed tamen contra hos posita conclusio sic probatur: quia ut superius dictum est, si non liceret plures ducere sine consensu prime: maxime ex eo esset: quia priuatur iure suo, quod habet in corpore sui viri. Vel quia virum duxit in remedium incontinentie. Et si sint plures femine, cui debitum debeat vir reddere, non quotiescunquam tentationem patitur prima femina poterit uti viro in remedium, sed nullum istorum obstat quominus in tali occasione liceret pluribus vxoribus uti. Primum non obstat: quia dato ita sit quod per matrimonium femina acquirat ius in corpore viri, non tamen sic quod ipse non maneat liber ad se reddendum alteri, salua re ditione debiti. Cum ergo debitum possit reddere prime vxori, etiam si sumat: sequitur quod ipsa nolente potest cum altera contrahere. Item Neque propter. 2. Nam licet femina virum acceperit propter remedium incontinentie, principaliter tamen propter prolem habendam. Ergo ubi principaliter saluatur, etiam si sit cum aliquo detrimento minus principalis, non fit iniuria ipsi femine, etiam si fiat ipsa iniurata: quia non est rationabiliter iniurata. Item: quia dato virum acceperit in remedium incontinentie non tamen in omni loco, & in omni tempore debitum reddi debet, sed pensatis quibusdam circumstantiis. Sequitur quod sicut propter aliquam circumstantiam vir potest negare debitum prime vxori petenti, etiam si nullam aliam. 2. duxerit, etiam ipsa vxore iniurata, quod poterit absque peccato licite aliquando denegare ducendo. 2. propter aliquam circumstantiam superuenientem, sed talis erat circumstantia tunc occurrens. multiplicatio. scilicet generis humani. Ergo videtur quod quandoquidem licuit plures ducere vxores, & meritorie factum est, quod potuit fieri, & bene factum est absque licentia, vel consensu prime vxoris.

¶ Existis patet solutio ad primam rationem opinantium contra

Gene 30.

Ratio
Cōtra sup
ple, vbi su
pra.

P. corin. 7

P. corin. 7

Non om-
ni tpe &
licet de-
bitum red-
dendum.Ad p. ar-
gumen.

trarium.

Ad secundum.

¶ Ad 2. ex scriptura: dicendum sic esse vt scriptura testatur, q̄ illa verba dixerit Sarra, & q̄ tanq̄ fuerint de consensu ipsius. Idem respectu Iacob. Et sic credimus factum: quia ipse forminæ cum essent sanctæ eligebant maius bonum. s. multiplicatio nem generis humani, cum detrimento minoris. s. pacis in familia. Sed tamen ex hoc non sequitur q̄ Abraham, vel Iacob non possēt id facere, ipsis etiam nolentibus.

4. conclu
Vigue, in
suis theo.
institutio.
ca. 16. §.
7. ver. 12
S. Tho. in
4. d. 33. q.
p. ar. 2.
Palu, ibi.
q. p. ar. p.
Muo, ead.
d. q. pri.
S. Anto. 3
p. ti. 14. c.
19. §. 2.
Ambro.
Catbe. cō
tra Cai.
lib. 5.
Driedō de
liber. chris
li 1. c. 18.
Duran. d.
33. q. p.
Cōcordia
doctōrum

¶ Capiendo dispensationem non pro expressa relatione, neq̄ pro interiori inspiratione particulariter facta, sed largē, pro interiori dictamine rationis: nunq̄ licuit habere plures uxores sine dispensatione. Isto modo hanc conclusionem libet ponere, ne videamur obuiare grauisimis doctoribus contrarium asserentibus. S. Tho. in 4. d. 33. q. 1. ar. 2. Palu. ibi. q. 1. a. 1. Mayo. ead. d. q. 1. S. Anto 3. p. ti. 14. cap. 10. §. 2. Ambrosius Catbe. cōtra Cai. li. 5. Driedon De liber. Christiana. li. 1. c. 18. Et similiter determinatio ni pontificis Innocē. 3. in. ca. Gaudemus, Extra de diuortijs. Pro batur quantum ad partem vltimam. Certum est illos sanctos viros qui tunc nullam legem habebant scriptam exterius nisi solum in corde: sequentes dictamen rationis non mouerētur ad agendum contra factum dei, qui a principio vnum masculum, & vnam feminam iunxit in matrimonio: nisi interius mouerentur secundum rectam rationem, sed talis recte rationis motus dispensati largē dici potest, ergo seclusa illa, non licuit habere plures uxores. Pro batur q̄ sit dispensatio. Nam per dispensationem fit, q̄ illud quod ante non licebat: liceat adueniente dispensatione, sed sic est q̄ adueniente illo recto iudicio rationis facit licere, quod non liceret eo secluso. Ergo largē dispensatio dici potest. Et q̄ recto iudicio secluso non liceret patet: quia tunc agebant contra factum Dei, per quod debebant regi in suis operibus: nisi interius aliud dictasset ratio. Ex hoc habes quomodo concordare possis doctores contrariū opinantes. Nam dicentes dispensationem necessariam, debent intelligi isto modo: vt dispensatio dicit iudicium rectum rationis mouentis

A

B

Auentis ipsos ad pluralitatem vxorum. Et doctores dicentes non esse dispensationem necessariam, intelligunt dispensationem exp̄ssam exterius, nec interius per reuelationem aliquam factam patribus. Sic tenet & bene do. Abulen.

Abulen.
Math. 19

¶ Sed maior difficultas est quomodo ad determinationē Ecclesie respondēdū, quę exp̄ssē contrariū sonat in ca. allegato. 9. 34.

¶ Ad quod dupliciter respondetur. Primo non esse contra Ecclesie determinationem. Nā licēt in illo. ca. sint ista verba, nō

P. respon.

lisuit habere plures vxores sine dispensatione: non sequitur q̄ illa verba sint Ecclesie determinatio, sed sunt verba dicta ab Innocentio 3 sicut si quidam homo doctus proferret, & non voluerit

Nota quā

determinare vt summus Pontifex. Alioqui sequeretur q̄ omnia verba quę sunt in decretalibus essēt Ecclesie determinationes, quā

do licet o-

non est dicendū, cum multa dicta in decretalibus sint reprobata a doctoribus: quia ipsa doctores non habent vt determinationes, sed vt sententię quędam additę ipsis determinationibus, de quibus

pinaricon

tra ali-

qua p̄stra

in ecclesie

de determi-

nationibus

B vel contra quas licēt contrariū opinari.

¶ Pro cuius debita solutione oportet in memoriam reuocare

Notan-

quod memini me dixisse in. 1. p̄ cum de catechismo ageremus, q̄ in

dum quid

omnibus Pontificum determinationibus, ad hoc q̄ sciamus segre

in pontifi

gare certa ab incertis, & dubia ab illis quę sunt firma, videre

cis aut Ec

oportet quid fuerit quesitum, & de quo dubio summus Pontifex fu

clesie de-

it requisitus. Et supposita intelligentia questionis, videre verba

terminati

textus circa dubium. Et illud habendum est tanq̄ firmum, & cer

onibus cō

tum in decisione illius questionis, de quo nulli licet vnq̄ dubitare

siderancū

absq̄ peccato. Tamen si in decisione questionis, vel dubij, summus

pontifex, vel concilium alia ponat verba, non ob id habenda sunt

tanq̄ determinatio Ecclesie: quia illud non fuit propositum in

questione. Et sic non auctoritatiuē determinatum, sed tanq̄ pro

babile adiunctum. Exempli gratia. In ca. Maio. De baptismo, &

eius effectu. Et in clemen. vnica, de summa Trinita. & fide Catho.

dicatur, q̄ in baptismo infunditur gratia, & infunduntur simul

virtutes quantum ad habitum. Attamen, doctores catholici circa

infra

infusionem istorum habitum dubitant, & aliqui opinantur **A**
 les habitus non dari, saltim de virtutibus moralibus id opinatur.
 nonnulli. Neque ob id damnari putamus: quia non contra pontifi-
 cis determinationem opinatur, sed contra hominis sententiam. s.
 summi pontificis, qui velut homo ibi quod probabile videbatur di-
 xit. Immo ibi in clementina explicat, probando opinionem, tanquam
 probabiliorē. Nam in questione ibidem solum fuit, quod quidam here-
 tici dicebant non tolli per baptismum peccatum originale, & quod par-
 uulis non prodesset ad salutem; quia credere non poterant. Hec
 sunt ibi determinata, & contrarium nulli licet opinari. Alia ta-
 men ibi (ut quod infundantur habitus virtutum) addita sunt non ut
 determinationes, sed ut probabiliter dicta: quia illa non fuerunt
 in questione proposita, etiam si modo in concilio Tridentino fue-
 rit diffinitum in fundi in iustificatis aliquid quod & inheret for-
 maliter, quamvis non nomet habitum. De quo in nostris resolutio-
 nibus Theologicis. Sic in proposito. In. c. Gaudemus, Extra de **B**
 uortijs, propositum fuit dubium. Vtrum pagani qui contraxerunt
 in gradibus prohibitis lege diuina veteri, vel canonica, si conuer-
 tantur debeant separari, & fuit. Vtrum pagani qui plures habe-
 bant uxores, vel qui legitimam repudiauērunt si conuertantur
 debeant, vel possint plures retinere. Vtrum etiam repudiatam de-
 beant iterum sumere, reiecta quam habent, quando conuertuntur.
 Hec que fuerunt dubitata in. c. illo: a summo Pontifice fuerunt de-
 terminata, & non licet contrarium opinari. Attamen, vtrum li-
 cuerit plures habere uxores cum dispensatione, vel sine ea: non est
 dubitatum. Et sic dato a summo Pontifice ibi insertum, non tamē
 ut determinatio, sed ut sententia doctoris tenenda. Quare non est
 inconueniens contrarium opinari.

2. solutio. ¶ potest dici, quod textus non repugnat nostre conclusioni: quia
 quando dicit, non licuisse habere plures uxores absque dispensatione
 intelligitur, absque dispensatione, capiendo dispensationem pro
 dictamine recte rationis iudicantis id tunc expedire pro illo tpe,
 sicut in vltima conclusione declaratum est.

ARTICVLVS 16.

An licuit habere plures vxores tempore legis scriptę.



Equitur dicendum de tempore legis scriptę, quo modo licuerit plures habere vxores.

¶ Tempore legis scriptę, ante Christi aduē p. conclu. tum, licuit plures habere vxores solū ex ipsa lege, sine alia dispensatione. Probat. In Deut. Deu.bero dicitur. Si habuerit homo vxores duas, vnam 21.

dilectam, & aliam odiosam, non poterit filium dilectę facere primogenitum. Sequitur ergo presupponere hominem plures habere vxores, & non reprehendit. Ergo fuit licitum illas habere: quia illa loquutio non est particulariter ad aliquem hominem directā, sed ad omnes.

¶ 2. Quia legitur tempore legis veteris sanctos plures habuisse vxores, qui non sunt reprehensi, sed ore Dei laudati. Patet de David, & de patre Samuelis, qui miraculosę filium habuit. Idē de Salomone. 2. ratio. p. reg. 15. 2. regum. 3. & 5. paralip. 3.

¶ 3. Si vxorum pluralitas tempore legis scriptę esset malum cum constat tunc quod plurimos plures habuisse: fuisse reprehensū ab aliquo propheta: sicut alia vitia reprehendebantur, sed non inuenitur, vt patet ex lecti. lib. reg. Paralipo Iudic. & ipsorum prophetarum, quod aliquis vitium pluralitatis vxorum reprehenderit. Credibile ergo est tunc tempore legis licuisse habere plures vxores. Et hoc solū ex verbis ipsius legis intelligi potuit absque alia dispensatione. 3. regū. 17. p. regū. p.

¶ Licet tempore veteris legis licuerit habere vxores, tamen multitudinē effrenatā habere non licuit. Conclusio patet quantum ad primam partem ex iam dictis, sed. 2. sic est manifesta ex ipsa scriptura reprehendente multitudinem effrenatam: vt arguitur Salomon de multitudine vxorum. Item. Regi prohibetur ne habeat plures. 3. regū. 11. Deut. 6. 2. conclusio. p. 1. ano.

¶ 2. Causa quare nos diximus in lege naturę licitam vxorū plura. 17. 2. ratio.

pluralitatem etiam absq̄ aliqua lege erat ex hoc, q̄ recta ratio ad
 distabat propter bonum finem, s. prolis gignēde cōueniens protic
 esse. Ergo secluso tali bono fine, male fieret, sed qui effrenate plu
 res recipit in matrimonio iā videtur aliū finem intendere, s. lasci
 uiam. Ergo videtur illicitum quā plurimas habere. Nam vbi
 multitudo vxorum inordinata: non prodest ad prolem: quia effe
 minatum relinquunt hominem. Vnde de Salomone qui legitur ha
 buisse septingentas reginas, & trecentas concubinas, solum legitur
 vnum habuisse filium Roboan, quem habuit anteq̄ multiplicaret
 sibi mulieres, quāuis hęc non sit in omnibus certa rō, cum in Ata
 baliba rege del Peru (vt diximus) locum nō habuerit. De quo dici
 tur quod ducentos genuerit filios.

3. regum
 1.

3. conclu.

¶ Post legem Christi que reuocat vxorum pluralitatem, nul
 lo modoliceat Iudeo qui Euangelij notitiam habet vxorem preter
 vnam habere. Hęc conclusio tam manifesta est vt probatione nō
 egeat, quandoquidem Dñs Iesus vniuersalis redemptor, & legis
 Math. 19. lator hanc declarauit veritatem, vsq̄ ad illud tempus occultam
 Gene. 12. q̄. s. in matrimonio vnus vni coniungi debeat, ad quam legem om
 nes obligantur, & cuius transgressio reos mortali peccato facit
 nisi eos ignorantia excuset. Si enim Iudeus esset, ad quem notitia
 Euangelij non peruenit, indubiē fatendum, talem non peccasse
 in hoc q̄ preter vnam aliam admittat vxorem in matrimonio.

ARTICVLVS. 17.

Vtrum gentilibus licuit plures habere vxores.



Sed iam bis intellectis de populo fideli ante aduentū
 Christi, & post, restat discutiamus de populo infide
 li gentilium. Vtrum illis similiter fuerit licitum plu
 res h̄re vxores. Potuit qd̄ ita esse vt populo fideli id
 licuisset ad prolem multiplicandam ob paucitatem
 fidelium, & quod id negatum fuerit gentilibus infidelibus. Procius
 declaratione sit. 1. conclusio.

¶ Infi

A ¶ Infideles tempore legis nature ante omnem legem scriptam p. cōclu-
 licite habebant plures vxores in matrimonio. sicut & fideles. Si ^{Ratio.}
 infidelibus non liceret habere plures vxores in illo statu: ex hoc ^{Vide Ty}
 esset: quia vxorum pluralitas est contra ius nature, quod obserua- ^{raquel. l.}
 re tenentur infideles, sed non ppter hoc illis erat illicitum. Nam ^{7. cōnu.}
 dato pluralitas vxorum sit contra ius nature, non tamen est con- ^{nume. 15.}
 tra prima pcepta iuris nature, sed est de secūdis pceptis, vt ^{Sucto, ca}
 supra dictum ē, eo q per pluralitatem vxorum non tollitur finis ^{pi 52.}
 matrimonij principalis, qui est prolis, immo adiuuatur, licet. 2. ^{Tripar. li}
 impediatur, sed sic est q illa que sunt isto modo de iure nature nō ^{8. ca. 11.}
 habent vim obligandi: nisi fuerint aliqua lege pcepta, & de- ^{Paulus}
 clarata, vel consuetudine recepta, vt diximus ex Cicerone, & ex ^{diaconus}
 sententia S. Tho. & aliorum doctorum. Cum ergo in statu legis ^{li. 11.}
 nature nulla lege esset interdicta vxorum pluralitas: quia nulla ^{Budeus a}
 lex tunc erat: sequitur nullum fuisse peccatū. Et sic ait B. p. Aug. ^{abe. li. 4.}
 vt supra citauimus, q qui plures capiebant vxores tunc: non pec- ^{& arria}
 cabant: quia non faciebant contra pceptum aliquod. Quod fue- ^{nus lib. 6}
 rit tunc in vsu patet: quia Labam gentilis dedit Iacob filias duas ^{S. iho. d}
 vnā post aliam, & tamen si non esset consuetudo apud gentiles ^{33. q. p.}
 tunc plures habere vxores, nullo modo daret vni viro simul. Et ^{ad prim}
 clarius patet. Nam idem Labam petiuit a Iacob, q viuentibus fi- ^{12. q. 94}
 liabus, non superduceret alias vxores, quas simul haberet, & in- ^{Gene. 29}
 rauit Iacob se adimpleturum. Attamen, si non esset consuetudo,
 nunq̄ Labam exigisset iuramentum a Iacob. ^{Gene. 31.}

¶ Tamen posset quis calumniari hanc probationem: quia po- ^{Obiectio.}
 tuit esse hoc faceret Labam: quia consuetudo erat apud fideles il-
 lius temporis plures ducere.

¶ Ita est. Sed si apud ipsos gentiles non esset consuetudo: non ^{Solutio}
 daret vtramq̄ filiam, tanq̄ non approbans quod ipsi gentiles nō ^{Vi. Tyra}
 habebant in vsu. Ergo postq̄ dedit grato animo, & illis sponsio- ^{quel. l. 7.}
 nibus: videtur consuetum apud eos. Et quicquid sit de ratione, ve- ^{cōnu. nu.}
 ritas tamen est sic fuisse in vsu: vt cōstat ex omnibus historijs an- ^{15.}
 tiquorum.

2. ratio. ¶ Si esset gentilibus tempore legis nature illicitum plures habere uxores: ideo esset: quia irrationabile videtur plures habere, sed non ob hoc. Nam erat rationabilis causa accipiendi plures uxores. Ergo non erat irrationabile: quia naturale desiderium est in homine ad conseruationem speciei per propagationem. Cum ergo contingeret quod una esset sterilis, rationabile erat aliam recipere, immo dato non esset sterilis: ut magis species conseruaret, et melius.

2. conclu. ¶ Infideles gentiles tempore legis scripte ante aduentum Christi plures admittendo uxores in matrimonio non peccabant, etiam absque omni dispensatione exteriori, vel interiori. Probatur. Si tunc gentiles peccarent plures accipiendo uxores, debebat eis aliquo modo constare, vel per legem naturalem insitam in cordibus, vel per scriptam, vel per consuetudinem approbatam habentem vim legis. At, nullo modo istorum infidelibus constauit illicitum. Ergo non peccabant plures accipiendo. Primo. Non erat eis notum per legem nature: quia cum ista pluralitas sit de secundis preceptis iuris nature, non sunt per se nota, et sic debet fieri nota aliunde, sed non fuerunt nota. Neque interius per rationem: quia (ut supra diximus) aliquid non erat interius mouens ad hoc quod liceret plures habere uxores: quia ad plura videtur esse vitale plures habere uxores, et non videtur sapientibus adhuc malam esse pluralitatem uxorum. Ergo non potuit per hoc ipsis gentilibus constare malum esse. Neque per legem scriptam: quia nulla lex fuit scripta, que ad eos dirigeretur. Nam lex vetus solum ad Iudeos directa, et eos solum obligabat, et non populum gentilem, exceptis in illis que erant de iure nature. Immo dato lex illa vetus ad ipsos infideles gentiles dirigeretur (quod non est concedendum) non per ipsam poterat constare illicitum esse plures accipere uxores, immo potius cognoscere poterant eis licere, ut supra declarauimus. Sequitur quod non potuit eis manifestum fieri esse illicitum per legem veterem. Item. Neque potuit cognosci per consuetudinem approbatam habentem vim legis: quia non erat talis consuetudo, neque apud ipsos gentiles, immo

A potius erat cōtraria de habendo plures vxores. Neq̄ erat consuetudo apud fideles Hebreos, qui tunc erāt: quia etiā apud eos erat pluralitas vxorum. Ergo cū nullo modo eis constare poterat esse peccatum plures habere vxores: plures recipiendo non peccabāt. Implicat enim dicere aliquem in aliquo peccare, & q̄ nullo modo possit ei constare peccatum.

¶ Et q̄ licuerit eis etiā absq̄ aliqua dispensatione probatur: quia non legitur q̄ facta sit cum eis talis dispensatio expressa vel interior, & tñ licitē habebant plures vxores.

¶ Item: quia dispensatio, vel reuelatio est ad faciendum actum legitimum, quando ius cōmune, siue naturale, siue diuinū, aut positivum est in contrarium, sed nullo iure verita fuit pluralitas vxorum, nec consuetudine receptum, ergo non fuit opus dispensatione.

¶ 2. Dispensatio solet fieri particulariter ad aliquos, & non ad omnes (hoc enim sonat nomen dispensationis) sed tunc temporis licuit, & ipsis Hebreis omnibus, & ipsis gentibus plures habere vxores: vt probatum est. Ergo sequitur q̄ nulla de hoc fuit facta dispensatio.

¶ Ultimo probatur conclusio ex supradictis. Quicquid concessum, vel permissum est Iudeis per legem, id factum creditur: quia erat in vsu apud gentes: sicut de repudio loquebamur. Licitū quippe fuit Iudeis repudiare per legem: quia licitum fuit infidelibus per consuetudinem. Sequitur ergo q̄ cū pluralitas vxorum videatur quedam concessio facta pro tempore illo, quando quidem postea reuocata est, & apud Hebreos determinauimus licitam fuisse per legem, q̄ etiā fuit licita apud infideles secundum suā consuetudinem. Sic Do. Abule: super Math.

¶ Capiendo dispensationem improprie, pro eo quod ē quodā iudicium rationis: id licere iudicantis pro tempore, non licuit habere plures vxores sine tali dispensatione. Patet. Sicut diximus de Hebreis: quia rationale iudicabant plures accipere ad procreationem prolis, & tanq̄ dispensatio quedam erat: quia per illam

illam rationabilem causam honestum reddebatur, quod non esset ea seclusa. Et sic possunt intelligi doctores dicentes: nunquam licuisse plures habere uxores absque dispensatione. Et ad. ca. Gaudemus oportet respondere sicut diximus supra, vel quod non est illa determinatio, sed quaedam sententia, contra quam licet opinari. Vel intelligitur, quod non licuit absque dispensatione, capiendo dispensationem isto modo dicto. Et hoc est modestè loqui, licet do. Abalè a parte dicat Innocentium in illo dicto errasse: quia fuit error in cognitione veritatis, in qua preferendus Augustinus vel Hieronymus. Nec dictum eius ibi fuit determinatio, sed assertio, cui non est necessarium standum, quia non ut Pontifex, sed ut homo protulit illa.

Abulen.
p. regum
8. q. 202

4. conclusio
p. ratio.

Math. 19

S. Thom.
22. q. 90.
ar. vlti.

2. ratio,
S. Thom.
12. q. 103
ar. 3. et 4
Theolo.
in. 4. d. 3.
de cessati.
legalium
Adria. q.
P. in. 4.

¶ Infideles gentiles qui nunc sunt post legem Evangelicam, de qua nullam habuerunt notitiam, habendo plures uxores non peccant: sicut neque ante legem Evangelicam. Si isti tales pagani in fideles peccarent modo contrahendo cum pluribus: esset solum quod faciunt contra legem Evangelicam, in qua prohibita est uxorum pluralitas, quam omnes per uniuersum mundum recipere tenentur: sed non propter hoc peccant. Nam ad hoc quod aliqua lex obliget sub culpa: non sufficit quod lata fuerit ab habente auctoritatem, et potentè obligare, sed est una conditio necessaria quod sit promulgata. Patet dis. 4. in decretis. Leges instituntur, cum promulgantur: ut egregie (more solito) doctor. S. probat. Sequitur ergo quod dato sit lex Christi lata: transgredientes nullo modo peccant: quibus nunquam fuit promulgata, licet lex habeat vim legis.

¶ Preterea. Data lege Christi, per quam abolita est lex vetus, et mortificata omnia legis veteris ceremonialia, Iudeum obseruantem legem suam ante Evangelij promulgationem sufficientem, et eius notitiam excusamus, et non ob aliud: nisi quia non dicitur ei fuerat lex Evangelica promulgata, per quam lex vetus fuit abrogata, et omnia ceremonialia destructa. Ergo a simili. Infidelis seruans suam antiquam consuetudinem plures ducendo uxores excusabitur a peccato: si non habuerit notitiā legis Christi id prohibentis.

¶ Pro

A ¶ Probabile est valde, gentiles qui nunc sunt, ad quos notitia legis Christi peruenit, q̄ si vtantur pluribus vxoribus in matrimonio non desiderio libidinis explendę, sed procreandę prelis, dato mortaliter peccent, non suscipiendo legem Christi, non tamen peccant ex hoc quod plures accipiant in matrimonio. Hęc conclusio est omnino similis illi, quam supra posuimus loquentes de repudio. Et probatur illis eisdem rationibus. Certum est q̄ tenentur non habere plures vxores, postq̄ legem Christi audierunt illud reprobantem. Sed tamē non tenentur sub speciali p̄cepto, neq̄ propter illud damnabuntur, sed damnabuntur quia non recipiunt legem Christi, quam tenentur recipere. Ex pressē hanc conclusionem tenet Do. Abulen. super Math.

Abulen.
math. 18.
q. 90. &
19. q. 35.

¶ Licet verum sit in statu legis nature, & legis scriptę licuis se tan fidelibus, q̄ infidelibus, plures habere vxores sine dispensatione proprie dicta, tamen in nullo tempore licuit mulieri plures habere maritos. Quod ē cōtra prima p̄cepta iuris nature nunq̄ licuit, neq̄ licere potest, sed habere vnā vxorē plures viros est directē contra prima p̄cepta iuris nature, ergo nūq̄ licuit. Primum patet, vt superius dicebamus: quia talia repugnātia sic primis principijs sunt de se mala, & nota ab omnibus vt talia, ob id sic apud omnes reputata mala: quia ius naturale qd̄ est de primis principijs, & omne illud quod immediatē, & directē repugnat eis est idem apud omnes gentes. Reputant enim oēs malum alij ledere, alteri nocere. Omnes etiam nationes intelligunt malum, occidere: quia contrariatur directē vitę hominum, & conseruationi, qd̄ est de iure nature primo, sed habere vnā fœminam plures maritos contrariatur primis p̄ceptis nature. Nam (vt supra diximus) non solum dedit cuiuslibet rei inclinationem ad suum finem, sed cum hoc dedit virtutem, per quam possit peruenire in talem finem. Quare omne illud quod tollit finem principale intantum per naturam directē prohibitum est primis principijs iuris nature. At, si vnā fœmina plures habeat maritos tollitur directē finis principalis, q̄m intendit natura in matrimonio. Ergo om

6. conclu.
Albertus
mag. d. 33
ar. 3.
Ratio

Ger son
2. p. in cō
pen. theo.
Lactā fir
mi, lib. 3.
diu. insti.
ca. 21.
S. Thom.
12. q. 94.

Vigue. c.
16. §. 7.
ver. 12.

nino est prohibitum primo per naturam. Et sic cōtra prima præcepta iuris naturæ. Quod sic declaratur. Ingeni auit natura cōtum, & diuina voluntas sic declarauit, & sic dictauit ratio humana: vt per eum fiat generatio, & conseruatio speciei secundum successionem indiuiduorum, sed si mulier vna plures habeat viros impeditur talis generatio. Experientia quippe cōstat mulierem quæ a pluribus viris successiuè statim ab alio post alium cognoscitur non concipere: sicut patet in meretricibus, quæ publicè expositæ a pluribus cognoscunt. Quòd si contingat q̄ diuersis

Mulier q̄ a pluribus cognoscatur, conciperet fœmina illa de vno, sed postea ipsa p̄gnate non posset de alio concipere. Et sic respectu illius viri tolleretur directè finis principalis matrimonij. Nam communiter facta conceptione mulieris clauditur orificium matricis: ita vt post semen nō possit peruenire ad locum aptum generationi. Ob quod non potest denuò concipere, licet aliquando contingat q̄ postq̄ semel cōcepit, denuò cōcipiat, vel quia orificium matricis nō māsit clausum, vel quia aperitur ingenti ardore libidinis: vt ait Solinus de mirabilibus mundi dicens, q̄ mulier vna peperit Herculem & Hisclem fratrem suum, quos diuersis temporibus peperit, sed tamen: qui a hęc rarò contingunt, ob id seclusa sunt a lege. Sequitur ergo quòd cum prolis tollatur, si vna fœmina plures habeat maritos, siue a multis cognoscatur, siue interuallo, siue cum

Solinus.

S. Tho. 12
294.

Tyraquel

interuallo temporis, q̄ habere plures viros vnā fœminam est illicitum omnino, & repugnans directè iuri naturali primo, qd̄ est idem apud omnes. Et in tantum hoc est verum, q̄ nusq̄ apud barbaros id fuerit repertum. Licet enim aliqua sit gens, quæ non vititur matrimonio: vt Gar amantæ, & alię gentes barbæræ, vt refert Solinus. De quo Tyraquellus de legibus cōnubi. l. 7. nu. 38. Nulla tamen gens vnq̄ fuit, quæ matrimonio vtens permisserit eidem mulieri plures habere viros, licet conceperit, vnum virum plures habere mulieres: quia vnus vir sufficere potest pluribus fœci dādis successiuè, & sic non tollitur generatio proci, quæ tamen tollit

si

Asi vna fœmina plures habeat maritos. Est bonum argumentum, q̄ hoc nullo modo liceat, quandoquidem in isto nouo orbe non inuentum vnā fœminā plures habuisse viros, cū vnus vir plures haberet fœminas, immo reperi apud istos tempore infidelitatis maximè detestasse hoc, in tantum vt si fœminā quā habebant vt vxorem, vel concubinā inuenissent alteri iunctā, etiā si eſſet alicui consanguineo, vel viri, vel fœminę, ob hoc solū odio conceptorepudiassent quā facile. Itaq̄ nullo modo vir compatiebatur secum alium virum ad eandem fœminā, cū tamen fœminę plures inter se optimè vnum sustinerent virum, quod p̄bat primum iure naturę illicitum, & sic notum: vt apud omnes seruarietur.

¶ Præterea. Eandem mulierem plures habere maritos repugnat etiam paci. Vir enim & vxor non solum coniunguntur propter cōmunicationem naturalem ad prolem, vt Aristoteli dicit, sed etiam iunguntur ad cōmunicationem iconomicā. i. ad cōseruationem indiuidui, per hoc q̄ quedam sunt necessaria proli, quę sūt adaptata fœminę, quę vir non potest operari. Et ē conuerso si militer. Ob id ista cōiunctio est naturalis, a natura inuenta. Et ad hoc necessarium est pax, quę consistit in bona habitudine rectoris ad subditos. Rector autem iconomicę vir est. Subditi verò: vxor & filii. Si tamen plures viri eſſent vnius fœminę, eſſent plures rectores in vna familia, & æquales, quod neq̄ ratio, neq̄ natura patitur. Omnis. n. potestas cōsortem recusat. Sic ait Poeta. Nulla fides regni socijs, omnis alta potestas impatiens consortis erit. Et sic pax impideretur. Similiter quia vbi multi viri, & diuersa capita, diuersa iudicia. Et sic contraria præciperent. Vnde necessaria eſſet lis, & destructio familię, & per consequens destructio politię, quę constat ex pluribus familijs.

¶ Item, quia ipsi subditi nescirent cui obediendum eſſet, si contraria illi viri mandarent, cū eſſent æquales in potestate. Nemo enim potest ab duobus dominis seruire. Cū ergo ita sit q̄ p̄ virorum multitudinem vni fœminę concessę omnino iconomicus

status

cc iiij

2. ratio.

Aris. 1. ri.

poli. c. 3. et

S. ethi. ca

pi. 12.

Supra, p.

p. ar p.

12. meta-

bbi.

I. ucanus.

Mat. 7.

status tollatur, & operum communicatio naturalis fœminę, & A
viro: fatendum est illicitum esse: feminam vnā plures viros ha
bere. Non sic tamen repugnat vnum virum plures fœminas: q̄a
dato ita sit discordia inter ipsas fœminas: quia tñ vnus est rector
potest ad huc iconomica conseruari familia per imperium illius,
qui dominatur toti familie. Repugnat igitur regimini nature

Aris. 12.
Metaphi

(quod est optimū) in quo vnicus est rector, vt refert Aristo. 12.
Metaphi. plures vnā habere viros.

3. ratio.

¶ Natura ipsa inclinans ad matrimonium, secundum rectā
rationem dicitur coniunctionem maris & fœminę fieri non ad li
bidinem, non ad delectationem, sed ad generationem, immō illi ac
tui natura dedit delectationem: vt sic alecti, & attracti homines
conungerentur ad generationem, quę necessaria erat ad conser
uationem speciei. Cum ergo vnus vir iunctus est vni fœminę, quę
potest cōcipere ab illo vnico viro, si ipsa fœmina aliū recipiat
directē repugnat ipsi nature. Ergo illicitū est fœminę plures ha
bere viros: quia si accipit aliū propter prolē, frustra accipit: B
quia aliū habet, qui sufficit. Et sic contra naturam si id faciat
ad libidinem explendam in coitu. Etiam repugnat fini ipsius na
ture, quę coitum non querit propter delectationem, sed ad gene
rationem. Quōd si posset esse generatio sine tali cōmixtione, non
permitteret illam. Sequitur ergo nullo modo licere alicui fœminę
plures habere viros. Si tamen vnus vir plures habeat fœminas
nihil horum sequitur, cūm prolis amplius sequatur ex multis fœ
minis, q̄ ex vna.

4.

¶ 4. Nam concesso q̄ vna femina plures haberet maritos: seq̄
retur turbatio, & euersio, non solū iconomice, sed politicę cōm
unitatis, Non quidem (vt supra diximus in. 2. ratione) solū q̄a
plures essent qui imperarent, sed alia ratione. s. propter exactio
nem debiti. Nam vbi plures essent viri, & sola vna mulier, pete
rent debitum plures simul, & cūm non posset omnibus satisfieri: ne
cessario esset contentio inter ipsos viros, & sic reipublicę pax tol
leretur: sicut solent duo tauri adinuicem super eandem fœcellā
contes

Couarru.
2. p. epito.
c. 7. §. 3.

A contendere. Amor enim libidinosus fortius inest in hominibus: quia cognoscunt quod amant, & in tantum crescit: ut absorbeat rationem, ut fatetur Aristoteles. & experientia testatur: ut amantes velut fatuos interdum iudicemus, eo quod amore inflammati: per ignem, vel aquam non timent ingredi, dummodo compotes fiant desiderij. Unde ait Boetius, de consolatio. Tanta est amoris viuacitas, & vulnerati potentia, quod non iniuste eum antiqua gentilitas ungulas, & ardentes faces habere dixerit. Ex inordinato amore virorum super unam feminam necessario sequeretur bellum, & odia, & alia mala, sed hoc nature intentioni repugnat, quae vult hominum pacificam conuersationem in politia, ergo est illicitum plures habere viros unam mulierem. Neque sequitur tale inconueniens si vnus vir plures habeat feminas: quia licet plures simul debitum exigant a viro, cum vir sit caput mulieris, & rector (teste Paulus. p. lo) vnus vir poterit imperare mulieribus, & eorum inordinatum affectum moderari, & pacem componere inter ipsas feminas litigantes, quod non possent viri inter se: quia vnus non preeset alteri. Sed possit vnus vir vbi plures essent femine componere cum eis, & conuenire, quanto tempore vni deberet satisfacere, & quanto alteri. Et sic ipse femine inter se quanto, & quali tempore vna habebit, & quanto, & quali alia eundem virum: ut Iacob fecisse creditur cum quatuor mulieribus, quas habuit. Unde quando venerat tempus accedendi ad unam: non accedebat ad aliam. Quod si illa cum qua debebat manere vellent ius suum vendere alteri: poterat. Patet in. Gene. vbi cum esset tempus, quo Iacob manere debebat apud Rachelem reddendo debitum, & Rachel rogasset Lyam ut daret ei de mandragorijs filij eius Ruben, quas de agro tulerat: dixit ei Lya, parum tibi videtur, quod preerriperis mihi virum meum: nisi & Mandragoras filij mei tuleris? Dixitque ei Rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragorijs filij tui, cumque ultraque huic pacto consensisset: egressa est Lya in occursum Iacob reuertentis de agro ad vesperam. Ad me (inquit) intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragorijs filij mei. Quare patet

Arist. 7.
eth. ca. 3.
S. Tho. 2. 2
q. 15. ar. 3.
Boetius. li
bro. 3.

S. Tho. 12
q. 26. a. 4

Paulus. p.
corin. 11.

Gene. 30.

Gene. 30.

¶ si multitudo virorū cōcederetur: uni fœminæ: esset abominatio A
 ipsius fœminæ. Et tandem multa incōmoda sequerentur. Ob quod
 tanq̄ illicitum tenendum, & directè contra naturam. Et sic ap̄
 nullam gentē inuenimus consuetum; neq̄ legem datā de illo. Hęc
 latius dicta sunt q̄ necessitas expostulat, t̄ n̄ oibus debitores sumus.

Obiectio.

Plato.

Aris. 2.

poli. cap.

p. & 2.

Solutio.

¶ Sed tamen contra istam conclusionem est argumentū: quia
 vt concluditur ex Socratis, & Platonis politia (vt refert Aris-
 to) licuit alicui mulieri plures habere viros. Ergo non sic illicitū
 vt conclusio dicit, quandoquidem non est idem apud omnes.

¶ R̄ nō esse cōtra cōclusionē quod statutū est in illa politia.
 Nam nos dicimus q̄ in matrimonio non est licitum vni mulieri
 plures habere viros, sed absq̄ matrimonio est meretriciū, & cōs-
 tat esse etiam illicitum, de quo non loquimur. Et sic dato in
 politia Socratis, & Platonis plures essent viri vnius fœminæ. nō
 erat quia esset matrimonium. Nam ibi erat etiam vxorum cōmu-
 nitas, qua existente, nullum est matrimonium: sicut neq̄ inter pec-
 cora. Oportet enim ad rationem matrimonij q̄ sit certi viri ad
 certam fœminam, & ob id mutua cobabitatio ad prolem procre-
 andā, sed vbi cōmunitas vxorum: non est talis cobabitatio diutur-
 na, immo solæ fœminæ creabant filios: quia nullus vir cognosce-
 bat filium suum: quia erant vxores communes. Intentio enim So-
 cratis, & Platonis erat, per talem politia facere vt quilibet om-
 nes minores putaret filios proprios, & oēs maiores putaret pa-
 tres: vt sic ad comunē amorē allicerētur, vt dicitur. 2. politicorū.
 ¶ Item. In matrimonio debet esse operum cōmunicatio, sed ibi
 non erat: quia quelibet mulier in tali politia pertinebat ad om-
 nes viros illius politię. Debebant ergo opera comunicare cum om-
 nibus, vel cū nullo, sed nō poterat cū omnibus, ergo cum nullo. Itē:
 quia per talem politiam tollebatur proprietates possessionum, sed
 sicut vxores cōmunes, ita & possessa omnia cōmunia efficiebant,
 ob quod non erat matrimonium.

¶ Item. Neq̄ erat cobabitatio: quia sic quelibet mulier debe-
 ret cobitare omnibus viris totius vr̄bis, quod repugnat. Et sic

pa

Lactan. li
 3. diu. ins.
 ca. 21.

Politia So-

cratis &

Plato. Ze-

nōis. Obri-

sippi. &

Diogenis.

Aris. 2.

pol. ca. p.

& 2.

A patet ibidem non fuisse matrimonium, & per consequens nõ est cõtra conclusionẽ. Nã nos diximus in matrimonio omnino illicitã esse pluralitatem virorum simul cum vna femella. Detestanda ergo est Platonis, Zenonis, Diogenis, & Crisippi res pu. vbi vxorum cõmunitas, quãuis ex catholicis Besario cardinalis. 4. lib. operis aduersus calũniatores Platonis ausus sit defendere, non tamẽ in defensione recedit a fide, sed in bonam interpretatur, & adducit partem.

Alex. ab Alex. l. 4. Genialit. die, ca. p. Tyra. l. 7. conu. nu. 38 & 39.

ARTICVLVS 18.

An cum pluribus sit matrimonium.



At o ita est q, vnus vir plures haberet fœminas tam apud fideles, q̃ apud infideles gentiles. Vtrũ fuit verum matrimonium cum omnibus illis. Vel vtrum vna sola existente vxore, si aliam admittent excusabantur a peccato cum ea cõmiscendo se, licet nõ esset verẽ vxor sicut prima. Et quidem loqui possumus vel ante omnem legem scriptam, vel post legem veterem ante no uam, vel post legem Euangelicam datam circa infideles, qui modo sunt: quia si verum matrimonium modo est inter infideles cum omnibus: sequitur q, si conuertatur deberet habere quam voluerit ex eis vnã, vel saltim q, post mortem primę. 2. habebit necessario sine nouo consensu, velit, nolit, etiam si eam tempore infidelitatis acceperit, viuente prima.

Tam fideles, q̃ infideles tempore legis naturæ, & similiter tempore legis scriptę plures ducentes vxores, mutuo consensu cõ omnibus, verum erat matrimonium, & omnes erãt verę, & legitime vxores sicut prima. Probat primo authoritate scripturę, sic vocantis eas vxores, que si non essent verę vxores, non sic nominarentur, sed concubine. Nam Abrabã post Sarrã habuit Agar, & vocatur vxor, quando dicitur sic. Cũq̃ illi acquiesceret deprecanti, tulit Agar Egyptiam ancillam suam, & dedit illã vi-

p. conclud. Ratic. p. Gene. 16. Gene. 16.

ro suo uxorem. Et de Cethrura dicitur: Abraham aliam duxit A uxorem nomine Cethrura. De alijs etiam expressum est etiam tē pore legis nature, & tē pore legis scriptę. Ergo verē uxores erāt quandoquidem scriptura (quę errare non potest) sic refert.

2. ratio.

¶ 2. Omnes illi patres veteris testamenti, & omnes gentiles ā te Christi aduentum excusantur a peccato habendo plures uxores, etiam seclusa dispensatione, vt supra determinatum ē, sed nō poterant aliquo modo, si nō fuissent omnes tales verē uxores: qa accedere ad non suam nunq̄ licuit, neq̄ in lege natura, neq̄ scripturę. Semper enim fornicarius concubitus fuit damnatus de le

Paul⁹ ad gala 5.

ge naturę, vt probatur ex B. Paulo dicente ad Gala. Manifesta sunt autem opera carnis, inter quę dicit fornicationem simplicē

Supple. d. 33. q. 1. ar. 3.

Si manifesta, ergo nunq̄ fuerūt ignorata vt excusarēt, saltem p̄ illo tempore legis naturę, vbi ratio nō tantum deprauata erat, sicut postea successu temporis. Etiam si concederemus ignorari potuisse a gētilibus esse peccatum: nō deberemus concedere a san-ctis patribus fuisse nescitum. Immo dato fuisset ignoratum, non ob hoc licitum esset accedere ad aliam præter suam uxorem vnā propriam, sed excusamus omnes a peccato, & præter hoc dicimus licitē habuisse tunc plures uxores, ergo verē erant uxores.

3. ratio.

¶ 3. Si tales nō essent verē uxores: ergo erant cōcubinę cōiun-ctę extra fedus matrimonij, sed i nullo tpe, & i nullo statu licuit accedere ad concubinam, non solum absq̄ dispensatione, & absq̄ lege, sed etiam si Deus dispensasset: non posset bene fieri q̄ quis accedendo ad nō suā nō peccet. Nam cum ista sint intrinsicē mala: nullo modo possunt bene fieri. Verum est q̄ posset Deus alicui præcipere accedere ad non suam, & tunc nullum esset peccatum: sicut dictum fuit Osę. Accede ad fornicariam. Sed tūc illa esset il-lius: quia superior omnium dominus poterat obligare etiam inui-tos, & nullum esset peccatum: sicut in illis qui voluntariē iungun- tur. Sed tamen q̄ ipsa manente nō sua, liceat absq̄ peccato acce- dere ad eam: nullo modo potest fieri: quia implicat. Neq̄ Deus id per dispensationem facere posset. Nam decalogi præcepta pro- priē

Osę. P.

A priè loq̄ndo indispensabilia s̄nt. Cū ergo tales habētes illas plures **S. Thom.**
 excusarentur: sequitur q̄ erant vxores. Et probatur q̄ nunq̄ li **12. q. 100**
 cuerit sic ad alienam accedere, immò de lege naturę fuerit illiciti **ar. 8.**
 tum habere concubinam. Nam illud dicitur esse contra naturam
 quod est contra finem quem natura intendit, sed ad concubinā ac
 cedere est huiusmodi: quia coitus ordinatus est (vt nos sup̄ra **Accede-**
 diximus) ad generationem. Et ob hoc dedit delectationem illi ac **re ad con-**
 tui. Et non intendit natura delectationem ipsam tanq̄ finem in co **cu binam**
 itu, sed intendit generationem, ad quam tanq̄ mediū ordinat de **se mp fu-**
 lectionem, sed qui coitum ipsum propter delectationem querit. **it illicitū.**
 1. & principaliter: facit contra finem naturę. Cū ergo qui acce
 dit ad concubinam sic se habeat q̄ coitum propter delectationē
 exerceat: sequitur talem a gere contra naturam, & peccare, etiā
 seclusa omni lege scripta.

B Est etiam illicitum: quia cōtra bonum prolis. Nā dato plis
 sit in cōcubinato, nō tamē poterit sufficienter educari, et instrui
 cū sit necessarium multum tēpus, & non sufficiat ad id sola fœmi
 na, vel solus vir. Necessarium ergo est maneant vterq̄ obligati
 aliquo vinculo ad operum cōmunicationem propter bonum pro
 lis, sed qui habent concubinam, non sunt astricti aliquo vinculo
 ad mutuo manendum, ergo est contra naturale ius ad concubinā
 accedere. Cū ergo illi viri tam in lege naturę, q̄ in lege scripta
 fuerint a peccato excusati habendo plures, neesse est dicere illas
 verē fuisse vxores, precipuè quia sine dispensatione habuerūt.

Nec valet hic dicere fuisse excusatos gentiles habendo plu **Instantia.**
 res, licēt non essent verē vxores, eo q̄ nullum putabant peccatum
 concubinatū, sicut nec fornicationem simplicem: quia nulli fie
 bat propter hoc iniuria, siquidem in gentilibus ofuscata fuit rō
 pp contrariam consuetudinem: quia in omnibus gentibus, & in
 omni tempore fornicatio fuit in consuetudine, & nulla lex eam **Aris. de**
 prohibuerat. Ea verò ad que quis assuetus est, bona sibi videntur **me. & re**
 quia sunt ei quasi naturalia propter consuetudinem, que est alte **mi. ca. 2.**
 ra natura. Et propter eorum superbiam obscuratū est cor eorū: **7. c.**
 quia **ibi. c. 10.**

quia cū cognouissent Deum, non vt Deum glorificauerunt. **Ob** hoc tamen non sunt excusabiles. Et dato concederetur in gentilibus istam ignorantiam posse contingere, nullomodo posset dici de sanctis patribus veteris testamenti iustis, & bonis, cū ergo tam isti, q̄ illi omnes excusentur plures habendo vxores: sequitur omnes illas quę coniungebantur mutuo consensu, & affectu, fuisse veras vxores.

4. ratio.
efficax.
Sup. a. p.
p. ar. 2.

¶ Ultima ratio. Matrimonium constat esse vbi est consensus mutuus expressus inter legitimas personas, sed quādo q̄ vnā habebat vxorem: aliam ducebat cum tali consensu mutuo, erat consensus mutuus inter personas legitimas, ergo erat matrimonium. Probatum quod esset inter personas legitimas. Nam personas aliquas esse illegitimas debet constare, vel per legem naturę, vel per legem scriptam humanam, vel diuinam, vel per consuetudinē habentem vim legis. Alioqui, omnes sunt personę legitimę masculus & fœmina, sed quia aliam habebat vxorem non erat illegitima persona ad contrahendum cum. 2. ergo verē contrahēbat: quia si esset illegitima persona, constaret, vel lege naturę, sed ipsa lege naturę non constabat vnum virum vxorem habentem non posse aliam ducere, cū natura ad id inclinasset, vt supra diximus. Ne q̄ erat illegitima per legem scriptam. Non per diuinam toto illo tempore ante Christi aduentum: quia nunq̄ expressum fuit virū habentem vxorem non posse aliam ducere, immo potius contrarium. Nec fuit lege humana: quia nullibi reperitur preceptum. Neq̄ consuetudine: quia potius erat in contrarium: vt habens vnā vxorem, aliam duceret in matrimonium: vt constat. Sequitur ergo q̄ tales, quandoquidem erant legitimę personę masculus & fœmina, poterant contrahere, & mutuo consensu contrahentes, verum erat matrimonium. Hęc cōclusio est cōtra Guillelmum Parisien. qui in suo de fide & legibus, & in suo sacramentali dicit, q̄ nec licitum est nunc, neq̄ vnq̄ licuit vni viro simul habere duas vxores, aut plures. Et omnes qui leguntur simul habuisse: non nisi vnā veram habuerunt vxorem. Ita q̄ ceterę omnes fuerunt concubinę

Contra
Guill.
Parisien.

A nã. Põst tamẽ temperat sententiã, & dat intelligere quẽd illis sanctis patribus licuit ob dispensationem, & gentilibus videtur negare.

¶ Põst legem Euangelicã datã a Cbriso, infideles gentiles, siue Iudei, dato etiã nihil audierint de lege Cbristi reprobante pluralitatem vxorum, si post primã, aliã sibi matrimonialiter copulent, nullũ est matrimoniũ, sed solũ cum primã. Probatur. Consensus mutuus non sufficit ad matrimonium: si non sit inter legitimas psonas, sed qui vnã duxit vxorẽ post Cbristi aduentum ducens aliã: est illegitimus ad contrahẽdum matrimonium cum aliã. Ergo etiã si adsit cõsensus, nullum est matrimonium. 2. Manifestũ est, n. requiri personas esse legitimas ad talem contractum. Et q̄ fuerit ille talis qui habet vnã vxorem verã illegitimus ad 2. capiendam, patet ex lege Cbristi, vbi dicitur solũ vnũ vni adberere debere vxori, & nõ multis. Quibus verbis verẽ instituit in matrimonio solũ vnã copulandã vxorem.

B Et quõd cum aliã non est simul contrahendum. Cũ ergo Dominus Iesus vniversalis legislator, & redemptor sic legem dederit de matrimonio: sequitur q̄ quicquid actum sit cõtra istã legem inualidum crit. Nam si est inualidum quod fit inter duas personas illegitimas ad matrimoniũ ab Ecclesia. Et etiã si interueniat mutuus consensus, & omnia aliã requisita ad matrimonium non tenet: quia persone sunt illegitimæ, quãto amplius verum est quod personæ a Deo illegitimæ, etiã si cum mutuo cõsensu contrahant: non verẽ contrahunt? At, sic est q̄ qui primã habet verã vxorem, inhabilis est ad accipiẽdum, 2. ex lege Cbristi. Ergo si agat contra talem legem, cum primã, aliã, 2. ducendo, non est verum matrimonium.

¶ Dixi in conclusione, Et si ignorent legem Christi talem esse: sed suo modo: sicut olim id faciãt. Nam dato itã sit, quõd talis ignorantia legis Cbristi de vnitate vxoris excusare possit infideles plures accipiẽdo in matrimonio, & q̄ non peccent, non tamẽ ignorantia ipsius legis potest facere vt contractus factus contra legem

2. conclu.
Põst legẽ
euangelicã
solũ cum
vra
est matri-
monium.
Driedon
de libertate
christiana,
li. p.
cap. 18.
Math. 19.

Math. 19

legē teneat; vt manifestū est. Si duo cōsanguinei, vel affinis in. 2. A vel. 3. gradu contrabant, ipsis ignorantibus talem consanguinitatem, vel ignorantibus legem esse q̄ nullus intra .4. gradum ducat consanguineam, etiam si mutuo consensu, et omnibus alijs requisitis contrabant, etiam in facie Ecclesie, q̄ primo constiterit de impedimento separantur. Et dato excusentur a peccato, non tamen ignorantia potuit facere vt contractus teneret inter illegitimas personas, etiam si putassent se legitimas. Si ergo sic est de lege humana canonica, quanto magis tenendum verum de lege diuina Evangelica?

2. Ratio,

¶ Probatur. 2. ex expressa determinatione Innocē. 3. Extra de diuortijs, ca. Gaudemus, vbi dictum est, q̄ infideles qui plures duxerunt vxores: si conuertantur, debeant solūm retinere primā etiam si eam repudiauerint antē, sed tamen si esset quelibet illarū vera vxor, et cum qualibet ipsarum verum fuisset matrimoniū: non magis compellendus ad habendum primam, q̄ secundam, sed ad solam vnā, quam voluisset, vel ad nullam, vel ad omnes, sed non compellitur nisi ad primam redire. Signum ergo est certum, et firmum, inuiolabile solūm fuisse matrimoniū cum prima post aduentum Christi. Nam et ibidem Pontifex suam determinationem fundat in dicto Math. 19. Ergo sic tenendū q̄ post legē Euāgelicam datam vbicunq̄ sint infideles, etiam qui nihil de lege Christi audiuerunt: si matrimonio vtantur, et plures accipiant vxores, solūm verum esse matrimonium cum prima, dummodō illam acceperit affectu maritali secundum consuetudinem suam, et nō eū aliq̄ aliarū. Et sic si cōuertatur ad fidem, illam primam debet necessario retinere, etiam si repudiauerit eam.

Obiectio,

¶ Sed tamen dato ista. 2. conclusio vera sit, et manifestē probata ex Ecclesie determinatione: manet scrupulus circa primam conclusionem, in qua dictum est, ante legem Euāgelicam patres antiquos plures habuisse vxores, et q̄ omnes erant verę vxores. Contra. Scriptura vocat eas concubinas, sed vxores concubinę non dicuntur, ergo non est verum omnes fuisse vxores. Et patet

Gene 25.

in

A in Gene. vbi Cethura, & Agar vocantur concubine Abrabe, quas nos in. 2. conclusione diximus vxores veras. Item dicitur de Dauid q. habuerit plures concubinas, quas nos diximus vxores. Er. p. parali. 3. go videtur non veras fuisse vxores, sed solum primam. Alioqui quomodo concubine nominarentur, precipue q. nunq. prima vocata est concubina, sed vxor.

¶ Sed pro solutione huius obiectionis libet in presentiarum declarare que scripta sunt in legibus, & canonibus de concubina. Na dicitur. 34. d. c. ls qui. Et c. Christiano, q. licet habere vnam tantum mulierem vxorem, vel concubinam. Sed nos determinauimus paulo ante q. nullo modo licet concubinam habere, eo q. sit directe contra legem nature. Quomodo ergo hic habetur q. liceat Hac de causa opere precium erit scire, ne lector horum decretorum offendatur, quid per concubinam ibi sit intelligendum. Ob quod querimus.

Notandū

PARTICVLVS 19.

Vtrum liceat habere concubinam.



Concubina dupliciter accipitur. Vno modo pro illa que accipitur sine affectu maritali, sed solum ad explendam libidinem. Et tunc proprie dicitur concubina, a concubitu, & tales nunq. vocantur coniuges, sed solum concubine.

Dupliciter concubina accipitur.

¶ 2. modo capitur pro ea que accipitur in matrimonio cum consensu expresso vtriusq., sed tamen circa eam non seruantur omnes sollemnitates legales consuetę. Exemplum est in legibus humanis. In autem. Vt liceat matri. Et Auie. §. Quia vero, ibi constitutum est, q. ad hoc quod matrimonium ostendatur legitimum, & prolis sit legitima, est necessariū q. concurrant, q. constituatur dos, & fiant instrumenta dotalia, aut fierent probationes coram iudicibus, vel sacramenta prestarentur. Quibus concurrentibus iudicabatur foemina tanq. vxor, & sic vocabatur. Sed istis deficientibus, licet affectu maritali, & expresso consensu caperetur: voca-

batur

dd

Apud Mexicanos vna accipiebatur cum solennitate et alia absque

batur concubiua: quia non seruatae erant omnes ceremonie. Exempla gratia. Sicut apud Mexicanos solitum erat ut vna acciperetur cum illis consuetis apud eos solennitatibus, et post alia affectu maritali, sed tamen sine illis solennitatibus. Neque sumebatur ad imperandum in domo, sed ad seruiendum alteri, que fuit assumpta cum solennitatibus. Et illa non vocabatur eodem nomine sicut et prima, sed. 1. nomen retinebat vxoris, et. 2. licet affectu maritali sumeretur, aliud sortiebatur nomen. Sic etiam concubina in iure vocabatur illa, que licet fuerit assumpta affectu maritali, sed tamen non cum omnibus solennitatibus expressis. Patet ex canonibus Apostolorum. c. Si quis. 33. d. Si quis post acceptum sacrum baptismum. 2. nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, nec sacerdos. Et hoc propter bigamiam: ut patet eadem. d. c. Ecce que in sacris. Et tamen bigamia non contra hitur in coitu fornicario: ut patet: quia non repellitur ab ordine qui plures habet concubinas, vel accessit ad plures mulieres extra matrimonium. Sequitur ergo que ibi concubina necessario sumitur per vxorem. Sed quia non est sumpta talibus solennitatibus: concubina dicitur.

2. ratio.

Expressius hec patent. 34. d. §. Concubina autem. Concubina autem hic ea intelligitur, que cessantibus legalibus instrumentis vnita est et coniugali affectione asciscitur, hanc coniugem facit affectus: concubina vero lex nominat. Et ita secundum veritatem ea que vocatur concubina vxor est. Vnde ibidem glo. concubinam. i. vxorem non solemniter ductam, si tamen mutus consensus interuenit.

Glo.

Et cause quare (cum vxor sit vera) concubina nominetur, et alia que sumpta est cum solennitatibus dicatur vxor, et non concubina est.

Differentia inter vxorem et concubinam cum tamen vtraque esset vxor

quia erant differentie inter ipsas. Quarum prima est. Nam vxores nunquam vocabantur concubine, quod est nomen dignitatis. Concubine autem vocantur interdum vxores, interdum concubine, eo que tales aliquid habent vxorum. scilicet affectum coniugalem. Et ob hoc vocatur talis que sine solennitatibus, vxor. Aliud est in quo minor est vxore, et ob hoc vocatur concubina: sicut patet de Agar, et Cebrura, quas scriptura vocat vxores Abrabe. Et vocat concubinas eius in Gene.

Ane. Exemplum est circa Mexicanos: quia illa quae accipiebant cum omnibus solemnitatibus (ut fertur) erat ad hoc quod filij succederent in bonis paternis, quae dicebatur ciguapilli, quod non sic erat de filijs aliarum, dato eas acciperent in uxores. *Gene. 16. & 26.*

¶ 2. differentia. In honorem. Nam secundum iura ille solum in 2. discrimen. uxores accipiebantur, quae erant genere, et statu aequales. Inequales vero non accipiebantur, maxime mulieres corruptae, et obscuro loco natae, et quae sui corporis questum fecerunt, et ancillae, vel libertae. Sed mulieres ingenuae, praecipue si sunt nobiles, et honestae virgines in concubinas haberi non possunt: nisi testatione quadam: ut patet. ff. de concub. l. In concubinum: ut videtur seruatum fuisse apud antiquos in veteri testamento, ut post dicemus. Et apud Mexicanos fuit in usu: ut aequalem in dignitate, et nobilem acciperent cum omnibus solemnitatibus ut uxorem, ad hoc quod filij eius succederent, et seruam, vel libertam, vel obscuro natam loco acciperent ut uxorem, sed non illis solemnitatibus. Et sic non vocabatur eodem nomine, immo dato cum solemnitatibus acciperetur, si tamen obscuro loco nata: habebatur ut concubina.

¶ 3. discrimen inter uxorem, et concubinam erat quantum ad ius earum. Nam filij uxorum reputabantur legitimi, et succedebant patribus in bonis suis. Filij autem concubinarum non reputabantur legitimi, sed solum naturales, vel spurij. Et ob istas differentias concubinae, et uxoris, differentia etiam erat in nomenibus sed tamen utraque uxor erat. Et conueniebant: quia in utraque erat consensus mutuus necessarius ad matrimonium. De coniuge patet Extra de spon. c. Si inter. De concu. d. 34 §. Concub. et ibi Glossa. *In quo conueniebant uxor et concubina.*

¶ 2. conuenientia: quia utraque tractatur affectu coniugali. Patet in allegato. §. concubina. *2. conueni.*

¶ 3. quia cum utraque est licitus concubitus. 34. d. c. Is qui: quia talis concubina habet locum uxoris, et nulla alia foemina potest habere locum uxoris quantum ad esse copulam licitam. Patet ibidem.

¶ 4. quia in utraque seruatur idem numerus. Si vnica est coniux, et vnica est concubina. Et si plures sunt uxores, et plures possunt esse *3. conue.*
dd ij

esse concubine. At, quia in veterilege poterat quis habere plures uxores, similiter & poterat quis habere plures concubinas, ad du-
 bij solutionem respondentes dicimus.

Capiendo concubinam propriè, primo modo, pro muliere coniuncta non affectu maritali, nullo tempore licuit habere concubinam, nec talis concubina uxor vocatur. Probatur ex supra dictis: quia habere concubinam est de directo contra ius naturale, contra bonum prolis: ut probauimus, ergo nullo modo licuit. Nec modo licet: quia id intrinsecè malum, nec potest aliquid pactio benefieri, nec talis est quæ vocatur uxor: quia uxor importat mulierem iunctam affectu maritali. Ergo ubi talis non fuit, non potest uxor dici. Et isto modo capiendo, Abraham, neque Iacob, nec David, neque alij sancti, de quibus scriptura mentionem facit habuerunt concubinas.

Capiendo concubinam largè, 2. modo pro muliere ducta affectu maritali, sed non cum illis solemnitatibus, cum quibus alie dicuntur uxores, bene licuit omni tempore. Hic concubinam uocamus, quando inferiori genere, vel diuitijs ipso viro est. Patet in lege naturæ. Habuit Abraham concubinam Agar. De qua habetur in gene. 16. & accepit Sarram in uxorem: quia ei equalis in statu. Et Agar in concubinam: quia ancilla erat, & inferioris conditionis, & tamen licuit Abrahæ illam habere, ut constat. Et non est dubium sic alijs contigisse. Probatur quod licuerit. Tales sunt verè uxores, ut constat: quia solum deficit quedam solemnitas, ob quam solum uocantur concubine, sed in omni tempore licuit uxorem habere, ergo & concubinam isto modo. Et probatur apertius. 34. d. cap. 15. Is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet: a comunione non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubine sit contentus. Si ergo concubinam habens a comunione non repellitur, ergo eam licite habet, & non capiendo concubinam primo modo: quia esset peccatum mortale, ergo capiendo concubinam isto 2. modo pro muliere coniuncta affectu maritali, sed vel quia inferioris conditionis, vel quia sine illis solemnitatibus.

p. conclu.
 Vigue, in
 suis theo.
 institu. ca.
 16. §. 7.
 ver. 11.
 S. Tho. in
 addito, q.
 65. ar. p.
 Albertus
 mag. d. 33
 ar. 5.

2. conclu.
 Idem Vi-
 gueri, ubi
 supra.

Genesis.
 16. & 25

A solemnitatibus traducta, vel quia sic traducta, vt filij ipsius non succedant in bonis patris. Ex istis patet clara responsio ad objectionem contra conclusionem, quomodo ante legem Christi illi qui plures accipiebant vxores cum omnibus contrahabant. Quod autem fuerint dicte tales concubinæ. vt patet de Abraham, et Dauid, & alijs, non obstat quominus fuerint veræ vxores. Et sic interdum vocabantur, sed dicuntur concubinæ, non quia ad solum concubitum sumptæ, sed quia vel inferiores erant genere: sicut Agar respectu Abrahæ, quæ inferioris conditionis: quia ancilla. Et idẽ de Cerbura. Vel quia filij alium nõ debebant succedere in bonis patris. dicebantur concubinæ, tanq̃ vxores minus principales: sicut factum credimus in Abraham. Nam Sarra filius Isaac: quia vxor erat: successit patri, & non Ysmael, qui erat filius Agar. Et ob id Agar concubina dicta est Abrahæ, cum tamen vera esset vxor. Sicq̃ dixit Sarra ad Abraham. Eijce ancillam hanc, & filium eius, non enim heres erit filius ancille cum filio meo Isaac. Et sic dicitur in Gene. Dedit autẽ Abrahã omnia quæ possidebat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc viueret, & ita filij Agar, & Cerburæ in nullo successerunt patri: nisi quia aliqd legatũ est eis, & non alia causa: nisi quia filij concubinarũ.

¶ Ecce habemus in aperto ex facto ipsius Abrahæ, quomodo illæ quæ vocabantur concubinæ: vxores erant. Et vocatæ sunt tales concubinæ, tanq̃ inferiores genere, vel diuitijs, vel quia filij ipsarum non deberent succedere in hereditate patris. Simili modo oportet notare quomodo in alijs locis vocentur eedem vxores, q̃ & concubinæ: vt certò cognoscamus nihilominus fuisse vxores. Et ex isto oportet similiter iudicare circa alios patres ante Christi aduentum. Expediret etiam iudicare tunc de gentilibus, si aliquas ignobiles ducerent, non cum talibus solemnitatibus, sed tamẽ affectu maritali: quia filij ipsarum non debebant succedere, vocabantur alio nomine q̃ vxor principalis. Sicut fertur in vsu fuisse apud Mexicanos, vt dictum est. Talis esset illo tempore iudican-

Solutio ob
iectionis.

Gene. 27.

Gene. 16.

Gen. 25.

Gene. 21.

Paulus ad

gala. 5.

Gene. 25.

Petrus de

Taranta-

sia in. 4.

d. 33.

da pro vera vxore, sicut & principalis vxor. Hęc videntur sup̄ A
ta ex lege naturali, diuina, & canonica.

ARTICVLVS. 20.

Quid est concubina secundum legem humanã ciuilem?



Ed adhuc oportet scire aliqd de concubina secũ
dum legem humanam, et ciuilem. Vtrum talis
sit vxor: sicut diximus de concubinis, quas ha-
buerunt sancti olim.

Nota.

¶ Pro solutione notandum, quod iura huma-
na posuerunt plures concubinas posse haberi si
mul, licet non esset idem ius succedendi filijs: sicut si cõcubina vna
sola esset. Patet in autentica. Quibus in odis naturales efficiuntur
sui § Si quis autem. Et in. §. Si verò effusa. De quo fit conclusio.

Conclu.

¶ Capiendo concubinam, sicut tales leges humane ciuiles dis-
ponunt, nunq̄ licet habere, neq̄ talis est vera vxor. Patet: quia B
cõcedit plures habere, ergo nõ capit cõcubinã p̄ vxore. Alioq̄
liceret iã post legẽ Christi plures habere vxores, quod est falsũ.

p. ratio.

2. ratio.

¶ 2. Quia filios natos ex talibus vocat iura illegitimos, sed q̄
nascuntur ex licito concubitu: legitimi sunt: vt qui ex vxore nas-
cuntur, ergo talem habere concubinam non licet, neq̄ talis est ve-
ra vxor. Et probatur q̄, talis non sit vera vxor. Nam secundũ
iura humana distinguntur concubina, & vxor ex parte perso-
næ: quia quedam sunt fœminæ, quas in concubinas accipi non li-
cet, sed in vxores. Et e contrario, sunt quedam mulieres, quas in
concubinas accipit licet, sed non in vxores. De primo patet. Multi-
er nobilis, & virgo, aut ingenua, & ea que est honeste vite: non
potest accipi in concubinam, sed in matrimonium. E contrario
accipitur in concubinã, et non in vxorem. Ancilla, velleliberta, &
mulier obscuro loco nata respectu viri nobilis, & que fornicata
fuit, & que stum sui corporis fecit. Et generaliter illa cum qua
stuprum non potest committi. Similiter damnata de adulterio in-

con-

A concubinā accipi potest, & non in vxorem. ff. de concubi. l. Que in concubi. Et preses prouintia potest accipere concubinam de prouintia quam administrat, eo. ti. l. Concubinam. Sed non potest accipere vxorem de illa prouintia quandiu administrat. ff. de ritu nuptiarum. l. Si quis. Et ita generaliter secundum ista iura ille que interdiciuntur vt sint vxores, conceduntur vt concubine, & e contrario. Hoc apparet: quia si quis velit mulierē ingenuam, & honestē vitę habere in concubinam, non licet: quia talis est, que in vxorem haberi debeat. Vndē, si acceperit eam, incidet in crimē Stupri, vel putabitur in vxorem habere. Si autem voluerit eam sine crimine habere in concubinam: oportet vt coram testibus dicat, q̄ eam accipit in concubinam: & non in vxorem. Et sic excusabitur ff. de concub. l. In concubinato. Existis ergo apparet quomodo secundum ista iura humana concubinam habere licet. Coroll.

B Quomodo etiam non est idem concubina, & vxor. Nam concubina non accipitur affectu maritali. Nec est mirandum leges humanas ciuiles concubinam sic concedere: quia & meretricium cōcedūt: quia per leges humanas non omne malū prohibetur, sed lex humana permittit, vel concedit aliqua mala, que si non permitterentur, essent in maius malum rei publicę. Sicut nec precipit omnes actus virtutum, sed solū qui ordinantur ad suum finem. s. cōseruationem politici boni. S. Thom 12. q. 96. ar. 3.

¶ Consequens est vt respondeamus ad obiectum superius ex canone, vbi dicebatur, q̄ licet christiano vnā habere concubinam. Quomodo intelligi debet? Sine dubio consideratis superius dictis, solutio est in promptu. Ibi enim canon loquitur de concubina, que vxor dicitur ad sensum supra dictū, put dicit mulierē cōiūctam affectu maritali. Sed quia obscuro loco nata est, vel quid simile, & non dotata dicitur concubina. Et non capit canō concubinam pro illa, que verē est concubina, que nō coniuncta est affectu maritali. Alioqui esset error intolerabilis contra Christi dictum, qui vetuit omnem fornicationem, immō & desiderium. Matth. 5.

re posse: requiritur q̄ in vera vxore: vt accipiatur per consensu. **A**
 de presenti, qui vocatur a lege: affectus coniugalis, 2. requiritur,
 q̄ sicut vxor non potest esse nisi vnata & concubina. 34. d. c.
 Is qui. Et. c. Christiano. Quibus interuenientibus conditionibus nō
 est dubium: quin in veritate talis vxor erit. Ratio autem quare
 concessit canon, q̄ qui non potest habere vxorem, habeat concu-
 binā, hoc est: quia cuilibet homini nō volenti cōtinere licet cōtra-
 here. Et tamen non est facile cuilibet habere vxorem. Concubinā
 verō. i. ea que secundum legem vocatur concubina, faciē. Ob id
 debuit canon hoc exprimere. Nam vxores sumuntur de equali sta-
 tu, et q̄ sint honeste vite, matrone, vel virgines, & dotata, sed
 talem vxorem habere non est facile cuilibet: quia erit aliquis qui
 ob paupertatem, vel ignobilitatem, vel quid simile, erit ita despe-
 ctus: vt nulla in virum vellit eum recipere. Tamen facile est tali
 viro inuenire sibi feminam, que secundum legem potest esse con-
 cubina. s. mulierem eo inferiore, obscura loco natam, vel corru-
 ptam, ancillam, vel libertam, meretricem, vel adulteram. Tales
 quidem possunt secundum leges accipi in concubinas. ff. de concu-
 bi. l. 1. & l. In concubinato, de quibus quilibet quantuncūq̄ miser
 poterit aliquam inuenire, quam sibi p̄terit affectu coniugali cū
 exp̄essione consensus copulare. Quarē canon dixit, q̄ cuilibet
 christiano liceret habere vnā in vxorem, vel in concubinā: q̄
 nolenti continere, melius est nubere quā v̄ri. Et sic si non po-
 sset sibi sociam asciscere vt vxorem, talem qualem lex dicit vxor-
 em esse, assumat illam, que concubina dicitur. Vsus est quippē ca-
 nō nomine concubine, vel a lege, que ignobiles, & corruptas in cō-
 cubinis sumendas declarat, sicut si quis ex nostris Hispanis sibi
 vxorem aliquam ex indigenis huius orbis assumat in matrimoni-
 um: quia ob paupertatem non potest aliam nobiliorē. Vel (vt cre-
 dibilius est) ex lege veteri, que vxores vccabat ignobiles, & ali-
 as infime sortis: concubinas, vt supra dictum est, etiamsi vtrāq̄
 vxores vere, & legitime essent. Tamen valde probabile est sum-
 ptum nomen ex legibus humanis: quia licet christiani haberent le-

p. cor. 7.
 melius est
 nubere
 q̄ v̄ri.

Paulus. p.
 corin. 7.

A. gē Christi, tamen circa foralia gubernabantur legibus principū Legibus se
 secularium, quibus tenebātur obedire. Sic in. c. Is qui. d. 34. Quid^{Legibus se}
 in cōci. 1. Toletano. Et c. Christiano, ea. d. quod dicitur Isidoro sup^{cularibus}
 tum est, quod contigit circa tēpora Iustiniani imperatoris, qui^{teneban-}
 licēt fuerit christiani, tamen renouavit leges de vxoribus, & cō^{tur obedi}
 cubinis: vt patet in locis allegatis. Et non mirum q. canones qui ā^{re xpiani}
 tē fuerunt, sequerentur talia vocabula posita in legibus. Quid au^{p. petri. 2.}
 tem modus secundus etiam sit probabilis patet. Nam apostoli in^{Ad Ro-}
 suis canonibus, vt patet, 33. d. c. Si quis. Si quis post baprisimum. 2^{ma. 13.}
 nuptijs fuerit copulatus, vel concubinam habuerit: sumunt concu-
 binam pro vxore. Et isto modo Ecclesia potuit sumere vocabulū
 Sed apostolos credibile est vocabulum sumpsisse ex lege veteri,
 & non aliundē. Vtrūq. tamen dici potest, & parum refert hac
 vel illa cā sit, dummodō constet de veritate, in quo sensu sumendū
 sit, quando canon dicit, licitum esse habere concubinam. Per alia
 B tamen iura moderniora ista correctā sunt, ne daretur offendiculū
 non intelligenti vim vocabuli. Ob quod reprehendunt habere con-
 cubinam, & vxorem vocant, siue sit nobilis, siue ignobilis, virgo,
 siue corrupta, dotata, siue non, dummodō fuerit affectu maritali
 copulata. Ratio verō diuersitatis hęc potest esse: quia antiqui-
 tus secundum legem humanam erat vetitum quasdam personas
 recipere in vxores: vt damnata de adulterio, quę tamen poterat re-
 cipi in concubinam, & multę alię. ff. de concubi. vt diximus, sed
 nunc nulla persona est illegitima ad matrimonium ex illis. Quod
 si capiatur aliqua illarum extra matrimonium, erit, vel incestus
 vel stuprum, vel adulterium. De quo olim nihil erat: quia poterat
 esse concubinatus cum talibus, nec puniebatur quis per talem con-
 cubinatum ff. Eo, sed modo est aliud: vt patet: quia potest esse ma-
 trimonium cum ancilla, cum liberta, aut leprosa, aut cum qua fe-
 cit questum sui corporis: vt patet De cōiugio seruorum, per totū
 Item. Cum publica meretrice. Et non solum licet eam in vxorem
 accipere, sed prodest ad remissionem peccatorum ei qui accipit
 eam. Extra de spons. c. Inter opera.

Ad remis-
 sionem pec-
 catorum
 prodest si
 quis mere-
 tricem cau-
 cat,

2. ratio. ¶ 2. Quia apud antiquos ad hoc q̄ matrimonium esset, vel sal-
 tim iudicaretur, requirebantur quedam certę solemnitates: vt do-
 tis constitutio, instrumentum dotale, vel probationes, aut sacra
 præberi. In aut̄. vt licet. matri. Et Auie, S. Quia veró. Modó aut̄
 nulla est requisita solemnitas ad verum matrimonium, sed solus
 consensus coniugalis mutuus: sicut in principio primę partis nos
 diximus: vt patet Extra de spon. ca. Cúm apud. Et. 27. q. 2. ca.
 Sufficiat.

Supra p. p. 4. 2. 3.
 Corolla. ¶ Ex istis sequitur, q̄ apud antiquos multę potuerunt coniu-
 gi affectu maritali, & mutuo consensu sufficienti ad matrimoniũ
 quę non haberentur vt coniuges, eo q̄ deficerent tales solemnita-
 tes, sed vocarentur cõcubinæ. Sed modo est aliud, quã doquidem
 constat de legitimo consensu inter personas, quę contrabere po-
 ssunt, verum iudicatur matrimonium, etiam si nulla affuerit so-
 lemnitas. Verum est tamen q̄, ad hoc q̄ filij habeantur legitimi, re-
 quisitę sunt certę solemnitates vltra consensũ: vt q̄ banne propo-
 nantur in Ecclesia. De spon. ca. Cum inhibitio. At, quia in hoc q̄
 filij sint legitimi, vel non, non est periculum anime: potuerunt ca-
 nones ista instituere. Sed q̄ matrimonium sit, vel non sit verum
 vergit in anime periculum. Ob id nihil modo positũ est ab Eccle-
 sia esse requisitum ad matrimonium, præter illud quod de iure na-
 turali, & diuino expressum est, s. mutuum consensum ipsorum cõ-
 trabentium, existentibus legitimis personis, quę per ius humanum
 determinãtur.

¶ Et tandẽ pro complemento quæstionis de pluralitate vxorũ,
 et pro solutione p̄fecta ad obiectionẽ, quomodo in sacra scrip-
 tura vxores illę vocentur concubinæ, & quomodo potuerũt esse
 veræ vxores, cùm tamen non erant equales in dignitate, neq̄ in
 imperio domus: est notanda doctrina domini Abulen.

Abulen. p. regu m. S. q. 222. Nota. ¶ In matrimonio aliquid est, quod solũ est de iure natura
 vel de diuina institutione. Aliud est quod puenit ex humana insti-
 tutione. Primum est, quod matrimonium per consensum conu-
 galem mutuum contrabatur, quod Deus voluit, & ratio dicit. Cir-
 ca

A ca quod iura humana nihil possunt, instituēdo alium modū cōtra
bendi matrimonium, præter istum, subtrahendo, vel addendo: ita
q̄ sine illo non sit matrimonium

EST & aliud de diuina institutione circa matrimonium, q̄
in coniunctione matrimoniali fœmina subdita sit viro. Sic Deus
statuit in Gene. Sub viri potestate eris. Apostolus etiam iubet mu-
lieres subditas esse viris, & non loqui in Ecclesia, sed viros audi-
re in domo. Et hoc: quia vir est caput mulieris, sicut Christus Ec-
clesie, quod est de iure naturæ: quia vir est firmioris, & abundā-
tioris iudicij, q̄ fœmina: ita vt fœmina dicatur non habere opini-
onem propter iudicij infirmitatē, vt ostendit Aristo. Et cū sapi-
entis sit regere, & ordinare, insipientis erit regi, & ordinari. Ob-
q̄ Aristo. dicit, quosdam natura liberos, alios natura seruos, in q̄n-
tum polleant ingenio: vt se ipsos, & alios regere possint, q̄ dñi di-
cuntur. Et alij non possunt se dirigere, sed aliorum regula, & re-
gimine egent. Vnde serui dicuntur natura: cuius conditio est im-
perari, & regi: sicut possemus exemplum sumere in istis barbaris
qui conditionis seruilis videntur esse. s. omnes infimi, & plebei homi-
nes. Quare tanq̄ seruis dominabantur, qui præstantiores erant in
genio inter eos. Talis enim modus erat (vt audio) principandi,
non per legitimam successionem patris, sed per virtutem natura-
lem, vel per prudentiam. Si enim prudentiam patris non haberet
sed esset insipiens, non succedebat patri in principatu. Sic audio
consuetum fuisse, sed illi deligebantur, qui prudentiores. Et (ceteris
paribus) si de progenie esset: ille prior erat. At, quia generalit̄
ita euenit: vt vir prudentior sit fœmina: si fœmina vellet præesse
rem contra naturam ageret. Vnde Aristo dicit, esse peruersum
principatum: si fœmina debeat præesse viro, propter hoc q̄ illa sit
ditior, vel nobilior, quem principatum vocat oligarchicum, qui ē
de malis. Circa ista in matrimonio nihil possunt iura hūana muta-
re: vt. s. fœmina maior sit viro. Sed posito fœmina sit subdita vi-
ro suo, in qua habitudine, & in quo ordine se debeat habere ad su-
um virum, & in quanta subiectione: potest statui a lege huma-

Gene. 3.

Aris. 2.

Oeco. c. p.

p. cor. 14.

p. timot. 2

p. cor. 11.

Aris. pri.

poli. ca. 3.

& 8.

Abulen su

piudi. 4.

q. 7.

7. eibi. c.

5. 1. poli. c.

P. & 3.

Aris. 7.

eibi. ca. 5.

& in. poli

ticis.

Abulen. sic

per. gene.

fo. 128.

co. pri.

Quid potest lex humana circa matrimo-
na. Et sic hoc in matrimonio est de iure huma no. Similiter quenda-
do licitum erat olim plures habere uxores simul. An omnes essent
equales, vel non. Et in qua habitudine excessus vnus ad aliam de
iure positiuo erat, cum non esset neq; a Deo, neq; secundum natu-
ram aliqua lex, que illud explicaret. Quarẽ, vel per consuetudine-
nem, vel per ius scriptum potuit introduci equalitas, vel inequali-
tas in ipsis pluribus vxoribus, quando licitum erat illas plures ha-
bere, & tanta, vel tanta inequalitas.

ARTICVLVS. 21.

An plus standum pontificis sententię q̄ doctorum.



libenter velim iam finem imponere huic quęstio-
ni de vxorum pluralitate, videor siquidem plus
iuusto lectorem remorasse, licet non plus q̄ nego-
cium exigat. Adhuc tamen manet scrupulus, quẽ
tacite preterire non licet. Eueniet forte: vt nos
breuitati studentes diligentem lectorem confundamus, siquidem
determinauimus vxorum pluralitatem licuisse olim ante Christi
aduentum, & hoc absq; vlla dispensatione proprie dicta. Et in
contrarium adducentes determinationẽ Ecclesię in, ca. Gaude-
mus, Extra. De diuortijs, contendebamus vtrũq; saluare, ex hoc
q̄ illa non fuerit determinatio summi pontificis, sed quedam ip-
sius declaratio, cui licet contradicere interdum. Item & volui-
mus aliter saluare per hoc quod dispensatio intelligeretur solum
instinctus quidam nature, per quem iudicabatur licitum plures
habere uxores. Quod si posset conuenire iste intellectus ipsis ver-
bis textus, sufficere debuisset. Tamen (vt ibi adduximus) do Abu-
len. tam grauis doctor dicit non posse saluari verba textus, quin
in aperto sint contra sententiã. B. Aug. & Ambrosij, & aliorum
dicentiu licuisse plures b̄re absq; dispensatione. Cuius contrariũ
dicitur in textu. Ob quod affirmat erratum esse ab Innocentio.
3. etiam si erat summus Pontifex. Et sic nisi declarauerimus quo
modo

Abulen.
p. regum.
S. q. 202.
Asserit.
Innocen. 3.
errasse.

A modo potuerit errare, ipsum doctorem Abulen. virum doctissimū
 & christianissimum damnabit lector, et nos etiam asserentes cō
 tra textum. Et go opere præcium erit exacte declarare quare po
 tius standum sit dictis. B. Aug. quā Pontificis. Et quomodo possit
 esse verum summum pontificem errare posse, cum sit veritas ca
 tholica Ecclesiam non posse deficere, nec errare in fide, Christo
 dicente suo vicario, non deficiet fides tua. Et vobiscum sum vsq̄
 ad consumptionem seculi. *Matth. 16*

¶ Est notandum circa hoc præter illa que supra diximus. s. q̄ p. notan
 in omnibus Pontificum, vel conciliorum determinationibus aduer
 tendum est, quid fuerit propositum in questione: quia id debet in
 telligi determinatum, quod firmiter tenendum est.

¶ Oportet & inspicere q̄ sit determinatio in canōe posita, & *2. nota.*
 que sint rationes quibus Pontifex mouetur ad determinationem.
 Nam in rationibus quibus mouetur ad determinationem loquitur
 B vt homo, & nō vt Papa. Determinans autem asserit velut Papa.
 Respondentes dicimus.

¶ Non est necesse verum esse qcquid asserit summus Pōtifex. *p. conclusio.*
 Probat. Nam inueniuntur contradictoria determinata a duo
 bus Pontificibus, & ipsa simul esse vera implicat, ergo necesse est
 dicere aliquem ipsorum falsum dixisse. Patet. In. c. Litteras, de re
 stituitioe spoliatorum. Et. c. Quanto. de diuortijs ponuntur opini
 ones contrarie, quæ simul non possunt in veritate stare. Cuius ra
 tio hæc potest esse: quia licet summus Pontifex habeat maiore po
 testatem a Deo q̄ quicumq̄ hominum, non ideo necesse est habeat
 maiorem cognitionem veritatis. Ob id alius qui non est summus
 Pontifex, sed est homo illustratus a Deo in cognitione veritatis, *Suprema*
 potest veritatem aliquam intelligere ex sacra scriptura, vel aliu
 de meli⁹ q̄ Papa intellexerit. Nec mirū: q̄ eius plenaria potestas *potestas*
 super omnes a Christo non est ad veritatem cognoscendam, sed *cessa quo*
 ad hoc q̄ postq̄ fuerit cognita per studium sacre scripturæ, & *modo in-*
 per doctores, quos Deus dedit Ecclesie sue, ipse summus Ponti- *telligatur.*
 fex sua plenaria auctoritate diffiniat talem veritatem tenendā, *Ad ephe.*
 quā *p. or. 12.*

quam omnes sic diffinitam tenentur acceptare, & seruare. Quod A
 nullus hominum quantuncunq; doctissimus, & sanctissimus pos-
 set facere; nisi esset summus Pontifex, in quo nullus error potest
 esse: quia potestatem habet a Christo immediate diffiniendi quid
 tenendum sit ab omnibus catholicis. Sic q̄. B. Ambro. Hiero. vel. P.
 Augustino diffinientibus veritatem aliquam intellectam ex sa-
 cra scriptura standum plus est, q̄ Papæ, dicenti contrariū
 elici ex sacra scriptura. Sed tamen si isti doctores sancti diffini-
 rent illam veritatem, & statuisent seruandam, & tanq̄ catholi-
 cam ab omnibus, non teneremur ad illud: quia eorum autoritas
 ad id non se extendit, ne q̄ id concessum est eis, quantuncunq; pol-
 leant sanctitate, & doctrina. Verum si summus Pontifex, quantū
 cūq; est ignoratissimus, statueret illam veritatem esse catholicā
 & seruandam, nulli christianorum liceret aliud credere. Et dato
 omnes cause fidei defferende sint ad sedem Petri: vt patet ex. ca. B
 Maiores, Extra de baptismo, & eius effectu: q̄a in talibus deter-
 minandis non potest errare. 24. q. 1. c. Quotiens, tamen intelligen-
 dum est quantum ad coercendum, & statuendum talem veritatē
 fidei ab omnibus sic tenendam. In inuestigatione autem illius veri-
 tatis fidei, vtrum verē fidei sit, necne, alius non summus Pontifex

Abulen. potest melius inuestigare, atq̄ cognoscere, et ex sacra scri-
 vbi supra. ptura clarius elicere: quia ista cognitio non est potestatis, sed illu-
 strationis cuiusdam intellectus, quam potest dare alicui homini,
 cui non dedit potestatem Petri. At amen, talis homo non habens
 potestatem Petri, non posset illam veritatem sic cognitam statue-
 re tenendam. Hoc enim ad solum Petrum, & eius successorem spec-

In quosen-
 su omnes
 cause fi-
 dei spec-
 tant ad sum-
 mum pon-
 tificem.

tat. Et isto modo omnes cause fidei ad ipsum spectant. Seruatur
 q̄ iste modus in diffiniendis aliqbus veritatibus fidei: vt prius cau-
 sa pertraheretur in concilio apud graues, & doctos viros. Verita-
 te verò inuenta, proceditur ad diffiniendum, & statuendum ex
 plenitudine potestatis. Sic contingere potest summum Pontificem
 aliquid asserendo falsum dicere, & decipi: quia homo est. Et tunc
 velut homo cognitionem habens loquitur. At, quia alij sunt, qui
 licet

Alicēt nō sint Pōtīfices, sunt plus a Deo illustrati, & possunt melius intelligere veritatem, & affirmare contrarium.

¶ Et sic maximē aduertere oportet in pontificum determinationibus, quid est quod ipsi ex potestate tradita loquuntur, & cōstituit. Quid insuper loquuntur quatenus homines illustrati: sicut ceteri. Nam posset summus pontifex determinare absolute vt in exemplo posito istam veritatem. Non licēt post aduentum Christi habere plures vxores: quia id Christus reprobauit i Euāgelio sacro. Et hec ē veritas Euāgelica, & nulli vnq̄ licuit dubitare de illa, Cui omnes tenerentur stare determinationi. Attamen, quia homo est, vult ex sacra scriptura, vel aliundē suo ingenio inuestigare rationem, quare moueatur ad talem determinādam veritatem: vt patet in. ca. allegato Gaudemus, vbi plurimas adducit ex scriptura rationes, quas pontifex ipse non tenetur dare, cū sufficeret voluntas sic statuentis, precipuē vbi veritas ē in aperto. Sed tamen non est satisfactus: nisi rationem adhibeat. At

B quia ratio ipsa non erat necessaria ad determinationem, non erit determinatio, neq̄ procedit ab ipso. Nec adducit ipse: quia summus pontifex est. Nam ea ratione nullam deberet adducere. Ponit tamen rationem, in quantum homo est pollens scientia, & cognitionem habens: sicut ceteri habent. Et in illis non plus, nec minus standum: quia summus pontifex, q̄ si non esset, sed tantūdem stādum, quātum ē verum, & non deceptus in tali iudicio. Cū ergo cōtingat alios esse peritiores sūmo pontifice, & magis a Deo illustratos in cognitione scripturarum, eueniet vt tales doctores summo pontifici contradicentes, ad rationem quam summus pontifex adducebat pro sua determinatione rationalibus loquantur. Sic necesse est sūmum pontificem falsum aseruisse, non in quantum summus pontifex, sed in quantum homo, sicut ceteri. Exemplum in proposito. Determinat istam veritatem. Non est licitum modō plures habere vxores. Et q̄ vna sola vera sit vxor. Ad quā adducit pro ratione: quia nunq̄ in aliquo tempore licuit plures habere sine dispensatione. Quod diffinit verum est, neq̄ aliquis potest

Matth. 19.

Omnino
tanda,

Exemplū.

test contradicere. Ratio tamen ad id falsa est, et alius doctior potest
 terit contrarium dicere. Nam modo non licet plures habere uxores, non quia nullo tempore licuit, sed quia Christus expresse sic
 Math. 19. diffiniuit in Euangelio. Et dato olim licuisset: sicut verè licuit, etiam
 seclusa dispensatione: quia non erat tunc expressum Dei preceptum. Modò autem quia expressum est a Christo, nullo modo
 licet plures habere. Ecce quomodo non inconuenit in taliratione pontificem
 deceptum. Ob quod melius. B. Ambro. 32 q. 4. ca. dixit Sarra. Et B. Hieronymus ibidem. ca. Obijciuntur. Et B. P. Au.
 Magister vt adducitur a magistro in. 4. d. 33. qui dicit, nullum fuisse peccatum
 d. 33. & olim plures habere: quia mos erat contrarius. Dicunt isti
 ibi theolo. sancti contrarium sententię pontificis, sed tamen non dicunt contrarium
 determinationi illius. Ipsi enim affirmant nullomodo licere plures habere: quia sic
 Math. 19. Christus dixit. Contrariantur tamen rationi ipsius Pontificis, quam ipse
 ad. ephe. habens. At, quia isti sancti doctores dati Ecclesię peritiores fuerunt
 4. Innocentio, 3. & magis a Deo illustrati, non inconuenit affirmare
 p. cor. 12. mare ipsam Pontificem in quantum homo deceptum in ratione quam adducit
 ad veritatem illam diffiniedam, & istos doctores sanctos contrarium dicentes
 veritatem affirmasse: vt potè: quia doctiores, & plus a Deo illuminati fuerunt
 in cognitione sacre scripture. Et licet in diffinitionibus negotiorum plus standum sit
 determinationi Pontificis, non tamen in assertionem cuiuscumque veritatis: quia
 in talibus, & in expositione sacre scripture, et debita intelligentia eius, plus
 standum doctoribus quos Deus dedit Ecclesię sue. Nam sicut dedit apostolos, et
 vnum principem ipsorum, dedit et doctores: vt ait Paulus. Hoc affirmat, et
 bene Gratianus 20. d. c. Decretales, Idem innuitur in c. De libellis. Quippe qui
 ratio nem volens dare suarum determinationum decipitur, licet non in ipsa
 Ad. ephe. 4. determinatione: vt patet in c. Litteras, de restitutione spoliatorum,
 Gratianus 24. d. c. 13. qui volens dare rationem determinationis, dicit esse gra-
 vide m. 10. in. 4. d. 24. 2. 13. dus prohibitos consanguinitatis, in quibus Papa non
 posset dispensare. Et hoc non querèbatur, sed vtrum quando obijciuntur aliquis
 gradus

A gradus consanguinitatis diuina lege prohibitus ei qui petit resti-
tutionem coniugis, an debeat fieri restitutio, vel non. Ad quod di-
ffiniendum incidenter dicit, esse gradus consanguinitatis, in qui-
bus ipse non potest. Non quidem erat necesse adducere rationem,
sed diffinire. Adduxit tamen velut homo habens cognitionem.
Quare merito ab alijs peritioribus contrarium affirmatur: quia
nullus gradus est diuina lege prohibitus nunc, in quo Papa dispē-
sare non possit: vt nos diximus in. 1. p. cūm a geremus de consan-
guinitate. Nam illi gradus qui in Leuitico positi sunt, modò nullā
vim habent, eo q̄ lex cessauerit vetus in datione legis Euangelicę
Trāslato quippe sacerdotio, necesse est & legis trāslatio fiat. Et
sic contingit summum Pōtificem decipi, nō in determinatione. sed
in rationibus, quas vult adducere ad determinationem.

¶ Patet etiam Extra de decimis. c. Parrocianos, vbi diffiniit
summum Pontifex decimas reddendas, dicens exigi posse: quia a
Deo institutę, qđ diffinit est tenendum, sed in ratione falsum dicit
B & contra omnium doctorum cateruam; quia decime non sunt in-
stitutę a Christo, nec sunt de iure diuino, sed si sunt de alio iure
humano, sūt de naturali, sed non q̄ sit decima. Et tandē ista quota
modo non est nec a Deo instituta in lege noua, nec de iure naturali
sed solūm de iure humano. In Euangelio enim non reperitur quōd
Christus istam quotam decimarum instituit. Neq̄ ex illis verbis
Christi Matb. 23. dicentis. Ve vobis qui decimatis. Quod latē a
nobis probatum est in relectione de decimis, quam paratam habē-
mus. At, quia non est presentis negocij id probare: sufficiat falsū
dixisse in ratione. Sic omnes doctores affirmant. Et non mirum;
quia rationem ad diffinitionem, & Statutum apposuit de suo tan-
q̄ homo. Et alius ipso Alexandro doctior, et magis illustratus a
Deo potuit veritatem cognoscere, quam ipse nō cognouit, etiam si
erat Pontifex: quia ad summum Pontificem non pertinet illud,
sed ad hominem illustratum a Deo. Posset alia exempla bis simi-
lia adduci, sed ista sufficiant, ex quibus poterit quis in similibus iu-
dicare. Nam certum est. B. Gregorium multa dixisse de natura a

Gregorius
geli
ce

Supra, p. p
ar. 43.

Leu. 18.

Ad h. 7.

S. Tho. 12

q. 103. ar.

3. & 4.

Theo. in

4. d. 3. de

cessa tio-

ne lega.

Decime e.

non sunt.

de iure di

uino quo

adquoran

Dionysius, gelica, in quibus repugnat. B. Dionysio, sed plus credimus Diony- A
 Do Inno- sio, q̄ Gregorio Pontifici: quia Gregorius loquutus est vt homo, et
 centi .4. non diffiniuit vt Pontifex. Ob id potuit falsum dicere. Sic Innocē
 cum esset tius 4. fuit Papa, et cecidit aliquas decretales, et ipse velut do
 Papa scri ptus. ctus vir, et non vt Papa comētum fecit super decretales. Atta-
 men, non est necessarium dicere verum in omnibus dixisse: q̄ Pō-
 tifex erat, immō contradicitur interdum. Et falsum dixisse in ali
 quibus non est dubium: quia loquebatur vt homo dectus. Et aliū
 eo doctior potuit veritatem cognoscere, quam ipse nen cēgi. cur
 Et sic quia Innocentius. 4. vt Papa, et ipse vt homo eiusdem est
 scientiē, licet non eiusdem potestatis, loquens vt homo, etiā si esset
 Papa, decipi potuit.

Nota.

¶ Et sequitur tanq̄ totius dubij epilogatio, q̄ circa inquisiti
 onem veritatis, et expositionem sacre scripturę magis standum
 est Ambrosio, Augustino, et Hieronymo, q̄ Innocentio. 3. vel ali
 cui Pontifici, qui non fuerit tam peritus i sacris literis sicut isti. B
 Tamen in diffinitionibus negotiorum quando aliquid precipitur,
 vel statuitur velut tenendum, plus standum cuilibet Pōtifici quā
 tuncunq̄ ignaro, q̄ doctoribus Ecclesię, etiam omnibus simul. Et
 quia in c. Gaudemus Innocentius. 3. volens diffinire q̄ non liceat
 plures habere vxores: adduxit q̄ plurimas rationes ad id: vt con-
 stat ibi ex discursu textus, quas ipse non tenebatur adducere. Ve-
 rū quia adduxit non vt Pontifex diffiniendo: quia illud nō erat
 in quęstione: sed vt homo peritus in scriptura, non est necesse af-
 firmare verum dixisse, quando ait non licuisse olim plures habe-
 re vxores absq̄ dispensatione: q̄ in hoc certē deceptus est. Et po-
 test dici ipsum falsum dixisse, et contrarium Ambrosio, Augu-
 stino, et Hieronymo. Neq̄ per hoc aliquid subtrahitur potestati
 pontificali: quia illa non vt Pontifex dixit, sed velut homo peri-
 tus. Nam licet Pontifex sit, non tamen definit esse homo: sicut et
 ceteri. Nec miretur quis. Non enim est nouum hęc dicere: quia si
 diligenter legat quę scripta sunt ab illis qui nos precesserunt, hęc
 et alia bis similia reperiet scripta. Et si (placet) latissimē vide i
 Abu

Abulen. p.
 regum. 3.
 q. 203.

A Abulen. & Adriano pontifice.

¶ Nolumus tamen per ista dicere summum pontificem posse errare in illis que fidei sunt, imo constanter affirmamus contrarium, modo faciat quod in se est, quod late disputat, & probat Albertus Pbigius Capensis in sua Hierachia Ecclesiastica. lib. 4. c. 8. & Bartholomeus miranda in suis controuersijs, quicquid dicat Io. Arboreus. lib. 4. Theosophie. ca. 32. cum alijs. De quo alias.

¶ Hoc vnum tamen adnotari libet, non quia pontificum episcopale sint ab Ecclesia approbate, vel Aug. Ambrosij, aut alicuius alterius doctoris opera, eo & omnia, & singula dicta debent intelligi approbata. Dato enim in. ca. sacra Romana. d. 15. sint Hieronymi, & Aug. & aliorum multorum doctorum opera approbata. sunt tamen aliqua doctorum dicta, que non sunt vera, immo sunt falsa, & sic approbando doctorem non probat omnia, sed illa in quibus non est contra veritatem, quod late disputat Abulen. in suo defensorio. 2. p. a. ca. 81. & infra. Eadem ratione si. ca. Gaudeamus est ab Ecclesia approbatum, non sequitur quod quicquid ibi ponitur sit in eodem gradu receptum.

Adrianus
quoli. pri.
ar. 3. ad. 3
Erasmus
in annota.
p. cor. 7.
Turre cre
lib. 2. cap.
109.

De hoc in
nostra rele
ctione de
li. cano.

quam pa
tam habeb
mus.

Abulen
in suo de
fen. p. 2.
cap. 81.

ARTICVLVS. 22.

De gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis.



Veritur de gradibus consanguinitatis & affini. An aliqui fuerint prohibiti sic gentilibus: vt contrahentes in illis nullum esset matrimonium

¶ Pro solutione debita oportet in memoriam reuocare que nos diximus in prima. p. loquentes de consanguinitate, & affinitate. Vbi late disputauimus de gradibus tam consanguinitatis, quam affinitatis. Et qui sint prohibiti iure natura, & qui Diuino Evangelico, & qui iure humano Ecclesie. Modo tamen opere preteritum est disputare prout ad infideles spectat. De quo sit. 1. conclusio.

¶ Infi
cc ij

1. conclu. **I**n fideles coniuncti in gradibus consanguinitatis per lineam rectam descendētium, vsq̄ ad aliquem certū gradum, non contrahunt matrimonium, & conuersi ad fidem disijungi debent. Probatur. Infideles coniuncti i gradibus prohibitis iure naturæ nō verè contrahunt, sed talis gradus consanguinitatis inter ascendentes, & descendentes per lineam rectam est de iure naturæ prohibitus ergo non verè contrahunt. Maior est manifesta: quia legitima coniunctio maris & foeminae matrimonium vocatur, non cuiuscūq̄ maris ad quamlibet foeminam, sed illa debet esse, quam non refugit natura ipsa. Sequitur ergo q̄ vbi talis coniunctio naturæ repugnans inueniatur, non est matrimonium, cum matrimonium in sui ratione includat coniunctionem certi viri ad certam foeminam. Probatur q̄ coniunctio inter ascendentes, & descendentes vsq̄ ad certum gradum sit contra ius naturæ. Illud dicitur contra ius naturæ, quod est contra rectam rationem homini insitam a natura, sed talis coniunctio patris, & filiae, vel filij, & matris est contra rectam rationem, eo q̄ naturaliter filij honorem debent parentibus, & subiectionem. Et æqualitas inter eos non potest esse, quæ inter virum, & foeminam. Nam oportet istam equalitatem esse quia socij sunt. Ergo repugnat naturæ talis coniunctio. Et obedientia nulla esset, si filius matrem duceret, cum tunc mater ipsa filio deberet obedire, quod repugnat. Sequitur ergo huiusmodi coniunctionem inter consanguineos per lineam rectam esse contra ius naturæ, & sic infideles coniuncti tali gradu post conuersionem non sunt sustinendi. Hoc nos docent exempla animalium, quæ licet non vtantur ratione, habent tamen aliqualem instinctum naturæ vt talem fugiant coniunctionem: sicut Aristoteli dicit, equum deceptum fuisse cōmiscendo se matri, & post cognito facto, precipitavit se, ac si instinctu naturali talem fugeret cōmixtionem. Idem sup̄ p. p. fertur de Elephanto, qui ingenio deceptus, matri cōmixtus, post modum ingeniatores interfecit, vt in 1. p. dictum est. S. Tho. etiam affirmat coniunctionem parentum, & filiorum iure naturæ prohibitam esse. Cum ergo naturalia infideles seruare teneantur.

confe

Tyraque,
7. conubi
nu. 30.

Aris. 9.
animaliū
c. 47.
Aelianus
de anima,
li. 5. c. 2.
Plinius li.
8. c. 42.
Sup̄ p. p.
ar. 1. &
43.
S. Tho. 2. 2.
q. 154. ar.
9. a. 3.

A consequens est eos copulatos in talibus gradibus nullo modo matrimonium contraxisse. Quod si conuertantur debent disungi. Nunq̄ fa
it in vsu a-
Et probatur: quia nulla gens adeo fuit barbara, vt talem habue-
 rit consuetudinem copulandi sibi in matrimonio tales consanguini-
 neos per lineam descendentium. Non enim vnq̄ in vsu fuit apud
 gentiles, vt quis in matrimonio haberet sibi sociam matrem, vel
 q̄ pater filiam, quamuis Quintus Curtius lib. 8. de regione proxi-
 ma Scythie aserat fas fuisse parentibus stupro coire cum liberis.
 Et idem lege lata licuisse constat ex Strabone, & Catullo, Quinti-
 liano, & Tertulliano. De quo Celius lectio antiquarum lib. 10. c. Celius,
 18. & Tyraquelus l. 7. connubiali. nu. 22. & in Epithome iuris,
 Harmenupulus l. 1. ti. 1. Verum abominabile fuit. Et argumentu
 est in huius orbis incolis non repertam talem parentum, & filio-
 rum coniunctionem, cum alijs non parcant. Videmus siquidem eos
 non aborrere fratrum concubitos, & aliorum consanguineoru.

B Attamen nunq̄ bucusq̄ audiui filium iunctum matri, non solum
 in matrimonio, sed neq̄ alio incestuoso concubitu, neq̄ patrē iunc-
 tum filie.

Sed contra istam conclusionem obijci potest: quia Semiran-
 nis regina Assyriorum legem tulit vt possent mulieres filios pro-
 prios in matrimonio sibi copulare, ex quo videtur non sic esse cō-
 tra legem nature talis copulatio, quandoquidem illa quæ sunt de
 lege nature eadem sunt apud omnes. Neq̄ aliqua lex fertur eis
 contraria. Et sic videtur q̄ tales gentiles infideles vtentes tali le-
 ge, si copulentur, non essent separandi post conuersionem.

Ad obiectionem respondetur, talē legem iniquā eē, et nullo
 modo talem cōiunctionem fieri posse. Qd̄ si fiat, non valet: q̄ nul-
 la lex potest facere id esse iustum. Nec talis esset lex dicenda, vt
 docet Aristo dicens, talem legem contra ius nature esse caven-
 tem ratione, & sic non esse legem: quia de ratione legis est vt sit
 scdm̄ rectā rationē lata, sed nullo modo recta ratio dicat vt ma-
 ter cui filius debet obedire obediāt filio, quem sibi in maritum co-
 pulauit, sed repugnat. Sequitur ergo q̄ talis lex non debeat dici.

Vndē
 ee iij

*les copula
re consan-
guneos p
lineam
am.*

*Tyraqlus
7. nu. 34*

Obiectio .

*S. Thom.
vbi supra.*

Solutio.

Aris. 5.

*S. Thom.
12. q. 90.
ar. pri.*

Vnde neq̄ copulati iuxta talem legem verè copulantur. A

2. obiecta

¶ 2. obijci potest: quia potest esse aliqua natio gentilium, cui sit consuetudo copulari in tali gradu ascendentium, & descendētium. Tunc ergo tales sic coniuncti in matrimonio nullo modo deberent disiungi si conuerterentur. Nam illa que sunt naturalia per consuetudinem mutari solent, etiam sine lege, que mutata, amittunt vim suam: sicut nos in precedentibus dicebamus de repudio & vxorum pluralitate, que nature repugnare videntur, que inclinatur ad indissolubilitatem, simul & vnus ad vnam solum coniunctionem. Tamen consuetudo in contrarium tantum valuit vt mutauerit ius, & fas: vt. s. repudiando, & aliam, & aliam ducendo etiam simul: non esset peccatum. Ergo a simili. Si aliqua esset consuetudo apud gentes: vt mater filio iungeretur, saltem pater filie videretur esse matrimonium verum.

Solutio.

¶ Re nullo modo talem consuetudinem, etiam si esset, posse facere licitam talem coniunctionem, & validam. Nam maior est auctoritas legis, q̄ consuetudinis, cum consuetudo succedat legi, & pro lege habeatur, deficiente lege, cum ipsa sit legum interpret. De consuetu. c. Cum dilectus. Et tamen lex non potest preualere contra ius nature, vt paulo superius diximus. Ergo neq̄ aliqua consuetudo. Immo si aliqua sit consuetudo contra tale ius nature, non dicitur consuetudo, sed potius corruptella. Eod. ti. c. Cum tanto. Et quanto diuturno tempore fuerit obseruata, tanto deterior erit quia tanto peccatum grauius. De consan. & affi. c. Non debet. Vnde, dato consuetudo talis esset apud infideles, nullo modo sufficeret ad mutandum istud ius naturale. Et copulati secundum talem consuetudinem, seu corruptellam, deberent disiungi si conuerterentur: quia non tenuit matrimonium. B

S Tho. 12
9.94.

Solutio.

Dupliciter
aliquid de
iure natura
re.

¶ Ad id autem quod dicebatur, q̄ potest per consuetudinem mutari ius nature, sic vt illud quod est illicitum, licite fiat: vt de repudio vxorum, & pluralitate dicebamus, dicendum, dupliciter aliquid esse de iure nature, sicut supra diximus. Vno modo de primis principijs iuris nature, que per se nota sunt, & eadem apud

A apud omnes, in quibus nulla contingit variatio, vel dispensatio: nisi sit per miraculum ab ipso Deo. Circa talia nihil potest consuetudo, neque lex aliqua: quia cum huiusmodi per se nota sint in bonitate, si precepta sunt, et in malitia, si prohibitiones, nullomodo variatur. Alia sunt que sunt de secundis preceptis iuris nature velut conclusiones, que deducuntur ex principijs, que quidem non sunt per se note, sed per ipsa prima principia fiunt note. Et circa talia potest variatio contingere, vel per aliquam legem positivam, vel per consuetudinem. De quibus est pluralitas vxorum et repudium, vt diximus. Sicut ex corruptione in particulari potest haberi vt licitum latrocinium, vt nos diximus alibi, sicut olim apud Germanos: vt scripit Cesar de bello Galico. Et idem apud Lacedemonios dicit Celius lib. 10. ca. primo. Et apud Egyptios Gelius. Et rapti viuere putauerunt quidam licere: vt Quintilianus. lib. 3. ca. 9. aserit. Attamen, q. filius ducat matrem in vxorem, vel pater filiam, repugnat primis preceptis iuris nature. De quibus est honor, et reuerentia debita parentibus, simul et superioritas, que quidem (vt patet intuenti) obseruari non possunt si tales coniunctiones fierent. Sequitur ergo q. non potest aliqua consuetudo preualere contra istud ius nature primeuum, que facere possit licitum, quod illicitum est. Neque sufficeret ad matrimonium cansandum q. talis esset consuetudo apud aliquos barbaros, et secundum talem consuetudinem contraberet mater cum filio, et pater cum filia, sed separandi essent, dicente Christo. Erunt duo in carne vna, et propter hanc relinquet homo patrem et matrem et adhibebit vxori sue, insinuans his verbis aliam esse futuram in matrimonio vxorem a matre, et alium virum a patre.

¶ Dixi in conclusione: vsq. ad aliquem certum gradum: quia vt supra diximus in prima parte, ar. 43. quando de consanguinitate loquuti sumus, que est de iure nature. ista inter descendentes, et ascendentes finem, et limitationem habet, licet alij contrarium opinentur. Scotus. d. 40. Durā. et Palu. ibidem. S. Anto. 3. p. tit. 1. ca. 14. §. 2. Silues. matrimonium. 8. q. 6. Sed placet

con

ee iij

S. Tho. 12
q. 94. ar.

Matth. 19.

Scotus,
Palude.
Duran.
Florenti.
Silues.

Caieta. contraria opi. quam habet hij graues authores, vt explicat egre
S. Tho. gié dominus Caiet. 22. q. 154. ar. 9. S. Tho. in. 4. d. 40. q. 1. ar. 3. B.
B. bona. Bona. ibi. Ricar. ibi. q. 2. Roffensis in matrimonio Regis Anglię.
Ricar. fo. 3. Alex. balē. 2. p. q. 169. Idē. 3. p. q. 25. m. 6. Aug. de Anebona
Roffen. in summa de Ecclesia q. 53. ar. 5. Hugo de sacramentis lib. 2. p. 1.
Alex. bal cap. 4. qui asserunt, finem, & limitem habere talem consanguini-
len. nitatem, intra quos limites videtur esse quedam amicitia natura-
Agus. de lis inter tales ascendentes, & descendentes, extra quos non inue-
Ancho. nitur. Notum est enim q. in infinitum non se extendit. Nam si
Hugo. Adan, vel Noe resurgeret, nullus illorum qui nunc sunt haberet
 ad eos amicitiam singularem ob consanguinitatem, licet ab ipsis
 simus omnes. Et non ob aliud: nisi quia etiam consanguinitas inter
 ascendentes, & descendentes suis contenta est terminis: sicut &
 in transuersali linea: quia in infinitum non valet extendi, vt su-
 pra dictum est.

2. conclu. **I**n fideles coniuncti in primo gradu cōsanguinitatis in linea B
 Vide q. transuersali: vt est inter duos verē fratres, si apud tales esset
 dicta sunt lex, vel consuetudo ab omnibus recepta, nullo modo essent separā
 in. 1. p. ar. di si conuerterentur ad fidem. Probat. In fideles coniuncti in
 43. gradu non prohibito iure naturę, vel iure diuino Euangelico ve
 Tho. de ar gentina, d re coniuncti sunt in matrimonio, sed vbi fratrum inter se est con-
 41. et 42. sūeta coniunctio, non est contra ius naturę, neq. contra Euange-
 ar. 4. cō licum, ergo esset matrimonium. Maior nota est. Probo minorem
 clu. 2. q. non sit contra ius naturę primo modo. Nam illud tale dicitur
 Lozes in esse contra ius naturę primo modo, quod est per se notum in
 matrimo malitiā, & nullo modo potest bene fieri, neq. variari: nisi a solo
 nio regis. dubita 2. Deo, sed coniunctio fratrum inter se non est huiusmodi, cum bene
 nu. 17. possit fieri, immo bene factum est a principio p. creationis gere-
 Rubiō su nis humani. Neq. opus fuit alia dispensatione exteriori: nisi solum
 per Leui. dictamine rationis id iudicantis licere. Et maxime probatur hoc
 18. q. pri. facto Dei, qui author ipsius naturę est. Nam si directe repugna-
 ab Alex. ret ipsi naturę, faceret duos, vel tres viros, et totidem fœminas,
 Geni. die. quibus coniunctis generare possent, et non conuenirent inter se
 li. p. c. 24 fr a

A fratres, sed alij consanguinei. Cum ergo solum vnum creauerit
 virum, et vnam foeminam, et istorum filios permiserit copulari,
 consequens est non fuisse id per se malum, et de primis preceptis
 iuris nature, et per consequens fuisse de secundis preceptis, vt asse-
 rit, S. Tho. Nam non euidenter in natura aliquod inconueniens
 vel aliqua irreuerentia sequitur per hoc q. fratres inter se iungantur:
 sicut sequitur si pater, et filia, vel filius, et mater. Et ob id cum sit
 de 2. preceptis, potest variatio esse per legem, aut consuetudinem,
 vt supra diximus. Et sic infideles coniuncti in talibus gradibus,
 vbi consuetudo esset, si conuerterentur, nullo modo essent separan-
 di: sicut audio in quadam prouintia (vt referunt fide digni reli-
 giosi) consuetum esse. Et similiter in prouintia del Peru aiunt, li-
 cet non in omni loco. Apud quos fratres vterini inter se matrimo-
 nio iungunt. Neq. id vitio datur. Quam consuetudinem, vel usum
 non inuenimus apud prouintiam Michuacanensem. Neq. apud
B Mexicanam. Tamen si aliqua de nouo inueniretur, verum esset
 matrimonium. Neq. essent disiungendi si conuerterentur. Et ad
 hoc probatur auctori. B. Gregorij, qui quando voluit prohibere
 talem copulationem inter fratres. 35 q. 3. c. Quaedam lex, non di-
 xit q. erat contra naturam, qd diceret: vt esset dictum suum fir-
 mius, & manifestiorem iustitiam contineret prohibitio, sed solu
 dixit: quia ex talibus copulationibus pauca proles proveniebant.
 Sic experimento didiscimus ex tali coniugio prolem non posse suc-
 crescere. Ex quibus probabile videtur dicendum, q. si apud ali-
 quos esset consuetudo, vt coniungerentur fratres inter se, non est
 contra. i. preceptum iuris nature. Et sic non essent separandi si conuerter-
 rentur, sed tollerandi. Nam contra talia precepta iuris nature
 preualere potest consuetudo, vel lex. Sequitur ergo q. vbi consue-
 tudo esset, legitimum esset matrimonium. Verisimile satis est istam
 coniunctionem esse contra ius nature. 2. qa videmus istos neophytos
 tempore infidelitatis non approbasse. Et credo non esse contra pri-
 ma precepta iuris nature, que sunt de se mala, & nunq. bene fieri
 possunt, nec ab aliquo mutari, nisi a solo. Deo. Ratio est: qa si contra
 illa

S. Tho. in
 4 d. 39. et
 22. q. 15. 4
 ar. 9. ad 3

Contra su-
 plemen. d.
 40. q. pri.
 ar. 2.

In Peru p-
 uin. en el
 Cuzco fer-
 aur mari.
 esse inter
 fratres.

B. Grego.

Lucianus
 in li. de fa-
 cris. dicit
 apud As-
 syrios le-
 gem lata
 de coniu-
 inter frs.
 S. Thom.
 vbi supra.
 Driedo d.
 liber. chris-
 tiana. lib.
 P. ca. 11.

illa prima precepta, essent idem apud omnes, sed videmus in pro-
M tio, in. uintia iam dicta sic fuisse consuetum, ergo non est de illis, Item: qd
 4 d. 40. si sic esset illicitum, nunq̄ Deus a principio permitteret tales con-
Magis. hi iunctiones fieri, sed tamen a principio mundi sic factum est. Ergo
storiarum non includit in se talis coniunctio manifestam malitiam, vt non
Petrus ble possit bene fieri, & mutari ab alio, q̄ a Deo. Nam tunc homines
stola. 116. talem fecerunt coniunctionem, ob id tamen non damnamus illos.
Vi. sabelli Ergo ex hoc fuit, qd non erat intrinsicé malum. Alioqui solus De-
cum, p. p. us posset mutare tale ius, vt supra diximus. Alia vide in. 1. p. ar.
aneade. p. li. 2. c. 8. 43. vbi de consanguinitate disputantes diximus esse huiusmodi
 c. 4. e- coniunctionem de iure nature prohibitam. 2. modo. Hic autem di-
neade. lib. cimus non esse prohibitam de iure nature primeuo. Ob quod po-
 6. c. 2. p. testé tollerari, si fuerit consuetum.
 a. ead. 5.

C In confirmatione conclu. notandum, qd quidam princeps in
 regno Francie deperijt in sororem, & habuit eam in concubinā,
 & petijt dispensationem, quam & obtinuit, et duxit publicé. Post
Casus. peruenit ad aures regis, qui increpabat vt desisteret a tali ma-
 trimonio. Et misit Romam ad summū Pontificem nunties, quare
 conceperit, qui & negauit concessisse. Et apparuit diploma. Et
 cum nolet desistere, motum est bellum, vbi perijt.

3. conclu. In fideles coniuncti in gradibus consanguinitatis prohibitis
 iure humano positio, si secundum eorum consuetudinem fuerint
 iuncti, si conuertantur nullo modo sunt separandi. Ista est clara
 ex expressa determinatione Ecclesie, in. c. Gaudemus Extra de
 diuor. Et c. De infidelibus, De consan. & affi. Ratio est illa quam
 assignat ibidem summus Pontifex: quia infideles non arctantur le-
 gibus Ecclesie, & statutis Pontificum. Sequitur ergo qd coniunc-
 ti in talibus gradibus prohibitis ab Ecclesia non sunt separandi,
 De his q̄ cum baptisus non tollat coniugia, sed culpam. Non enim Eccle-
 foris sunt sie statuta obligant: nisi illos qui sunt de gremio, & regimine Ec-
 qd ad nos. clesie, sed tales sunt solum fideles, qui baptismum suscipientes Ec-
 Extrac- clesiam ingressi sunt, extra quam non est salus. Ergo non obligā
 clesiā non est salus. tur infideles qui non susceperunt fidem. Dixi in conclusione: Dum
 est salus. modó

A modo apud tales infideles talis fuerit consuetudo, vel lex. Nā data ita sit q̄ gradus prohibiti ab Ecclesia nō obligent infideles: q̄a non receperunt fidem, nec legibus Ecclesie arctantur, tamen possent obligari ad obseruantiam eorundem graduum, non propter statutum, vel legem Ecclesie, sed propter legem ipsorum, vel propter eorum consuetudinem. Et matrimonium contractum contra talem legem, vel consuetudinem non teneret. Quōd si conuerterentur ad fidem, tales disiungēdi eēt. Vt ibi gratia. Si aliqua esset natio infidelium lege humana vtentium, quibus prohiberetur ne iungerentur in matrimonio consanguinei vsq̄ ad. 5. gradum haud dubiē si aliqui contra talem legem iungerentur, nō essent veri coniugati. Et eodē modo. Si non esset lex talis prohibitionis, sed esset consuetudo omnium approbata, per quam reprobantur connubia intra. 5. gradum. Qui cōtra talem consuetudinē iungerentur, non essent veri coniugati. Et conuersi, disiungendi essent: q̄a tales sunt inhabiles p̄sonę per talē legē, vel cōsuetudiē.

¶ Infideles coniuncti in gradibus prohibitis iure diuino veteri, si ad fidem conuerterentur, nullo modo sunt separandi. Hęc conclusio sola est quę difficultatem habet propter auctoritatem viro-
 4. conclu.
 rorum grauissimorum, qui contrarium affirmant. Est cōtra Paulum. Ricardum. Bonauen. Floren. Siluestrum. Maio. & Sāctum
 Tbo. in. 4. At, quia solutio istius difficultatis pendet ex alia, quę
 Bon. Flo.
 ritur. An graduum prohibitio facta Leuiti. 18. nunc obliget. Et si ren. Sil.
 tunc ante aduentum Christi obligabat etiam infideles sicut Iude
 S. Tbo. d.
 os. Item. Vtrum tales gradus ibi positi sint de iure nature omnes. 39 arti. 3.
 Vtrum sint ceremonialia, & iudicialia illa quę ibi posita sūt. ad. 3.

ARTICVLVS. 23.

An lex vetus obligabat gentiles.



Rimo. Vtrum lex vetus data populo Iudeorum obligabat tam Iudeos, q̄ ceteros infideles gentiles, quantum ad omnia quę in lege posita erant.

¶ Pro solutione notandum, legem esse quandam aū, mensu

Considerā

S. Tho. 12
q. 90. a. p. mensuram, seu regulam humanorū actū, secundum quā quis præceptis inducitur ad agendum, & in prohibitionibus retrahitur.

Dicitur enim lex a ligando: quia obligat ad agendum. Ex hoc sequitur aliud, quod de ratione legis est promulgatio, vel manifestatio ipsius. Nam si per legem dirigi debet homo in suis actibus in

S. Tho. 12
q. 90. ar. ordine ad suum finem, necesse est talem legem sibi manifestari.

4. c. in. Alioqui, nullomodo posset dirigi, vel regulari tali lege. Qui enim non cognoscit regulam, nequaquam poterit aliquid regularare regula.

5. q. 3. Unde dicitur in decretis. d. 4. quod leges instituntur cum promulgantur. Ac si diceret, quod frustra lex instituitur: nisi promulgetur: quia usque ad promulgationem nullum obligat. Regula enim imponitur (ut bene docto. S.) per hoc quod applicatur his que regulantur & mensurantur. Quare ad hoc quod lex virtutem obligandi obtineat (quod est proprium legis) oportet applicetur hominibus, qui secundum eam regulari debent, que applicatio fit per hoc quod venit in notitiam eorum quibus promulgatur. Nullus quidem sanæ mentis est, qui dicat aliquem obligari ad culpam a lege, quā nullo modo audiuit, neque ei proposita, ut regula. His notatis sit. i. conclusio.

p. conclu. **¶** Omnia moralia, seu naturalia, que expressa erant in lege veteri obligabant ad sui observantiam non solum Iudeos, sed etiam omnes alias gentes. Que naturalia sunt (quia eadem apud omnes) equaliter omnes obligant, vel nullum obligant, cum non sit potior ratio de uno, quam de alio, sed huiusmodi moralia expressa in lege ut est, Non occides, Non furtum facies, Non facies tibi Deos alienos, & similia Hebreos obligabant, ergo & gentiles.

2. ratio. **¶** Quilibet homo, siue Iudeus, siue gentilis, tenetur non furari, non mechari, non falsum testimonium dicere, & sic tenetur omnia alia moralia naturalia precepta observare. Ergo omnes obligant talia precepta. Probat: quia quilibet tenetur illa observare, que ratio iudicat observanda, sed ratio recta in omnibus iudicat observanda, ergo omnes illa tenentur observare. Quod ratio recta illa iudicet observanda patet: quia per se nota sunt in malitia.

A ¶ 3. Si illa talia præcepta moralia, seu naturalia non teneret 3. ratio. obseruare alius q̄ Iudeus: sequeretur q̄ infideles fornicando, vel furtum cōmittendo, non peccarent, sed infideles gentiles fornicādo, & furando peccāt, ergo tenētur seruare talia præcepta.

¶ Gentiles, licēt obligentur ad obseruantiam præceptorum moralium, quæ sunt in lege veteri, non tamen obligantur: quia ibi in lege expressa sunt, sed quia sunt de lege naturæ. Probatur quia ad hoc q̄ lex obliget aliquem, requiritur q̄ ei sit proposita ad hoc q̄ per ipsam talis dirigatur in suis operationibus, sed sic est, q̄ lex vetus non fuit proposita gētilibus, sed solum Iudeis, vt statim dicemus. Ergo si ī aliquo gētilibus obligat, nō erat q̄ ibi expressum est in lege.

2. conclu.
S. Tho. 12
q. 94. a. 5
1. ratio.

B ¶ 2. Ante ipsam legem latam omnes gentiles tenebantur omnia moralia præcepta quæ expressa sunt in lege obseruare. Sequitur ergo q̄ data lege, nō obligantur ad illa quia expressa sunt in lege. Alioquin lege non stante, non obligarentur, quod est falsum, cum omni tempore, etiam in lege naturæ, vbi nulla erat lex scripta obligabantur omnes gentiles ad obseruantiam illorum naturalium præceptorum.

2. ratio.

¶ Præcepta ceremonialia, & iudicialia, quæ posita sunt in veteri lege, nullo modo obligabant infideles gentiles. Nam ad hoc q̄ lex obliget (vt in principio diximus) requiritur promulgatio, & quod dirigatur ad ipsum cui promulgatur, sed sic est, quod lex vetus non fuit gentilibus promulgata, sed solum Iudeis. Et dato fuerit promulgata, non fuit directa ad eos, sed solum ad Hebræos vt constat ex tota ipsa lege, quæ loquitur semper cum populo illo Israelitico electo a Deo, quando dicitur. Audi Israel, & his similia. Non enim sufficit q̄ quis sciat aliquam legem latam esse ab aliquo: nisi etiam scierit q̄ ad ipsum fuerit directa, volens eum obligare. sicut si. 20. hominibus existentibus in ciuitate princeps segregaret. 10. ex eis, quibus aliqua particularia mandata daret. Alij decem (etiam si eis constasset de lege) non tenerētur obseruare: quia præter notitiam legis requiritur q̄ legislator voluerit ta
les

3. conclu.
S. Tho. ibi
¶ 13. d
25. q. 2. ar
2. q. 2.
Abulen.
exo. 30. q.
15.
S. Tho. 12
q. 90. a. 4

les obligare illa lege. At verò Deus legem condens veterem circa A
ceremonialia, & iudicialia, nullum alium populum nisi Hebræorū
voluit obligare, ergo ille tenebatur, & non gentilis.

2. ratio.

¶ 2. Si gentiles tenerentur ad obseruantiam ceremonialium,
& iudicialium, quæ posita sunt in lege: sequeretur quod sine tali ob-
seruantia non possent saluari, sed hoc est falsum. Multi enim gen-
tilium salui facti sunt tpe legis veteris sine obseruatione aliquorū
ceremonialium, seu iudicialium in lege positorum: vt ex Dio, no-
no. ca. Cælestis hierar. patet dicente, multos gentiliū redactos esse
in Deum per. Angelos. Et patet de Platone, & Aristo. & alijs. De

Eras. lib.
13. episto.
in Cice.
iuscula.

Olcbot.

quibus probabile putat Abulē. in Paradoxa. 5. c. 132. & Olcbot. 3
sen. q. 1. ad. 5. Et si obligarentur ad obseruatiā, nullus saluaretur
nisi obseruaret legem: sicut nullus Hebræorum saluaretur, qui le-
gem quantum ad ceremonialia, & iudicialia non obseruaret.

S. Thom.

12. q. 98.

ar. 5.

¶ 3. Argumentor ratione. S. Tho. quia populo Iudeorum pe-
culiariter data est lex: vt quandam prærogatiuam sanctitatis ob-
tineret propter reuerentiam Christi, qui ex illo populo nascitu-
rus erat, sed quæcunq; statuuntur ad specialem sanctificationem
non obligant nisi solum illos. Sicut ad quædam obligantur clerici,
qui mancipantur diuino seruitio, ad que laici non sunt astricti.
Similiter & religiosi. Ergo ad aliqua obligabatur populus Dei
electus Israeliticus, ad que non gentilium. Et non ad naturalia,

S. Tho. 12

q. 100.

Abulen. p

Abulen.

regum. 8.

q. 149. &

175. &

176.

seu moralia præcepta: quia ad hæc etiam gentilis populus obliga-
batur, ergo ad ceremonialia, & iudicialia. Sic. S. Thomas. Idem

¶ Aduertenda est valde ista conclusio. Ex qua videtur depē-
dere solutio principalis questionis. Si enim illa que in Le-
uitico posita sunt, ceremonialia sunt, vel iudi-
cialia, & non moralia, non obligabāt
gentiles, sed solum populum
illum Dei electum

specialiter

ad hoc.

¶ Ar

A **PARTICVLVS 24.**
An modo lex illa Leuitici. 18. obliget.



Equitur. Vtrum modo lex illa vetus obliget. Respondetur per conclusiones.

S Lex vetus per mortem Christi sic cessauit
vt non solum non obliget ad sui obseruantiam,
sed obseruantes eam quantum ad ceremonialia
vel iudicialia, credentes q̄ vim habeant, peccāt

mortaliter. Probatur auctoritate Pauli dicentis, Dicēdo nouum testamentum, veterauit prius. Quod autē antiquatur, & senescit prope interitū est. Et ratio est. Omnia ceremonialia, et iudicialia (vt egregiē probat. B. Tho.) figura erant Christi venturi, iuxta Paulum dicentem. Omnia in figura contingebant illis. Veniente q̄ figurato, omnis figura cessat. Cū ergo i morte Christi om

nia in figurata fuerit adimpleta, iuxta illud. Consumatum est. Ergo oīa que figuratiua erant cessauerunt, & nullā vim habent, vt ait Paulus. Translato sacerdotio, necesse est & legis translatio fiat. In quo glo. c. Gaudemus. de diuortijs errauit.

¶ 2. Tunc lex dicitur cessare, quando cūq̄ reuocatur a legis latore, & adimpletum est tempus vsq̄ quo lex extendebatur, sed per mortem suam Christus redemptor noster legem veterem reuocauit, & nouam statuit. Ergo sequitur q̄ tunc cessauit, & in passione tempus adimpletum est.

¶ 2. pars probatur, q̄ peccent obseruantes ceremonialia, vel iudicialia, putantes modo licere obseruare. Paulus ad Galat. Si circumcidimini Christus nihil vobis prodest, sed nihil excludit fructum Christi: nisi peccatum mortale, ergo obseruantes peccant mortaliter.

¶ 2. Qui modō simul cum baptismo abstineret a cibis prohibitis in lege peccaret mortaliter: vt notum est, & non ob aliud nisi quia legem veterem obseruat simul cum Euāgelio. Ergo nullo modo licet obseruare. Dixit autē. Si talis obseruet quia credit legem

vete

p. conclus.
S. Tho. 12
q. 103. ar.
3. & 4.
Theologi.
d. 3.
Ad he. 8
p. rano.
12. q. 104
arti. 2.
p. cor. 10.

Ican. 20.
Ad he. 7
Scotus in
4. d. 3. q. 4

2. ratio.

pri. ratio.
2. p.
Ad gala. 3

2. ratio.

veterem currere cum Euangelio sacro: quia si aliqua in lege posita iudicialia obseruet, non quia in lege veteri fuerint precepta sed quia modo per leges humanas constituta: non peccaret: quia talia non obseruat: quia fuerunt lege veteri prohibita, sed quia modo sunt de lege humana. Similiter si quis casu aliquo abstineret a quibusdam cibis prohibitis in lege veteri, non eo quod fuerint ibi prohibiti, sed quia non vult modo comedere: nullum peccatum committeret.

2. conclu. ¶ Moralia, seu naturalia, quae fuerunt expressa in lege veteri, & iudicialia quaedam, quae modo lege humana constituta sunt, & alia ceremonialia, si quae sunt in Ecclesia, quae olim fuerunt in lege veteri, & si modo obligent, non tamen quia in lege veteri fuerunt constituta, sed quia alia lege fuerunt stabilita. Patet. Si verum est legem veterem esse quantum ad obligationem: sequitur nullum preceptum in lege expressum modo obligare: quia ibi fuerit expressum, sed constat multa iudicialia quae fuerunt in lege veteri modo obseruari, & habere vim obligandi. Ergo hoc non habet a lege veteri, sed a noua lege humana. Manifestum est enim de moralibus preceptis decalogi, quae modo obligant, sed non quia expressa fuerunt in lege, sed quia naturali lege sunt constituta. Et idem de ceremonialibus. Si aliquid est in Ecclesia Dei, nullam vim, seu obligationem habet: quia fuit lege veteri institutum, sed quia per legem Ecclesiae de nouo fuerit constitutum.

Ratio. ¶ Non solum illa quae in lege veteri erant posita modo non obligant: quia ibi fuerunt expressa, sed neque ipsa modo lex dici potest. Patet ex Paulo: quia translato sacerdotio, necesse est legis translatio fiat. Si ergo lex translata est, iam non est lex. ¶ Et aperte probatur. Lex dicitur, obligando: quia obligat, et ligat ad sui obseruantiam, sed (vt diximus) nullo modo iam lex vetus obligat, ergo non dicitur lex.

3. conclu. ¶ 2. I deo dicitur lex: quia est tanquam regula quaedam proposita, quam homo suas debeat operationes dirigere, sed lex vetus nobis non

Ad hebr.

7.

Virues. in

matrimo-

nio regis

Anglie.

S. Tho.

12. q. 90.

ar. 1.

non

A non est ad hoc proposita, cum secundum illam non debeamus vivere, sed secundum legem Evangelicam. Ergo proprie loquendo modo neque lex dici debet. Si ergo dici lex non debet, contra ipsam operantes non redarguendi. Quaré, infideles contrabentes contra mandatum legis veteris veré contrabunt: quia non tenentur illa lege, neque vim obligandi habet illa ibi expressa: nisi ex alia lege trabant obligationem.

ARTICVLVS. 25.

An gradus prohibiti in Leuitico sint de iure naturæ



B Onsequens est tractare an gradus prohibiti in Leuitico sint de iure naturæ. Vel sint quid ceremoniale, aut iudiciale. Nam (vt supra diximus) si morale, vel naturale, omnes obligat, tam Hebreos, quam gentiles, et contra ipsam prohibitionem contrabentes, non contrabunt. Si autem illa prohibitio, graduum ceremoniale, aut iudiciale est, non obligabat infidelem. Vnde nullo modo infideles coniuncti in talibus gradibus essent parandi.

¶ Pro debita intelligentia ponitur verus textus. Loquutus est *Littera.* Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos. *Leui. 81.* Ego dominus deus vester iuxta consuetudinem terræ Egypti in qua habitastis: non facietis. Et iuxta morem regionis Chanaã, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis. Neque in legitimis eorum ambulabitis, facietis iudicia mea, et precepta mea seruabitis, et ambulabitis in eis, ego dominus Deus vester Custodite leges meas atque iudicia, que faciens homo viuet in eis. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat: vt reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. Turpitudinem patris tui, et turpitudinem matris tuæ non discopies. Turpitudinis patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, que domi, vel foris genita est: non reuelabis. Turpitudinem filie filij tui, vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudinis tua est.

Tur
ff

Turpitudinem filie vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & A
 est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non
 discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis ma-
 tris tue non reuelabis: eo q̄ caro sit matris tue. Turpitudinem fra-
 tris patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, que tibi
 affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tue non reuelabis: qa
 vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. Et vxore fra-
 tris sui nullus accipiat. Turpitudinem vxoris fratris tui non re-
 uelabis: quia turpitude fratris tui est. Turpitudinem vxoris tue
 & filie eius nō reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filie illius nō su-
 mes: vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coi-
 tus incestus est. Sororem vxoris tue in pellicatum illius non acci-
 pies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc ea viuente. Ad mulie-
 rem que patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fedtatem
 eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis comixtione
 maculaberis. Hęc in littera illius capituli, quam oportet diligēter B
 intueri, & singula seorsum considerare, & aduvertere.

1. notabile.
 Burgen.
 Duob⁹ mo-
 dis cognos-
 citur aliq̄d
 d iure natu-
 ræ.

¶ Et primo oportet notare ex doctissimo in lege Paulo Burgē
 si in suo scrutinio scripturarum. Dupliciter (ait) cognosci potest
 vtrum aliquod preceptum legis Mosayce sit morale, an nō. Pri-
 mo. Quicquid preceptorum reſtē deducitur ex primis principijs
 iuris naturalis, id morale preceptum est, & ad ius naturale perti-
 nens. Verū non sufficit (ait ipse) vt multis, & ambigiosis conse-
 quutionibus ita deducatur. Nam sic omnia precepta: siue iudicia
 lia, siue ceremonialia essent moralia: quia Moyses in his precepti-
 dis ratione quadam naturali vsus est. Nec quicq̄ alienum a dic-
 tamine rationis instituit. Tamen non omnia talia sunt precepta
 moralia, si morale accipiatur vt distinguitur contra ceremonia-
 le, & iudiciale.

¶ 2. modo potest cognosci aliquid esse de iure nature, seu mo-
 rale. Nempē. Si ante legislationem indifferens erat. An sic, vel
 aliter fieri debuisset, non est de lege nature. Nam quod potuit
 indifferenter bene vel male fieri, non est morale, neq̄ de lege na-
 ture

Ature: vt habere duas sorores matrimonialiter coniunctas: prout *Gene. 25.*
Iacob legitur habuisse, quod post prohibitum fuit lege *Mosayca Math. 19.*
Hec ex *Burgensi.*

¶ Notandum in super, q̄ circa gradum prohibitionem aliqd *2. notabile*
est de iure nature, & aliquid de iure positio. De iure nature enī
est, q̄ inter aliquas personas probibeatur coitus propter honesta
tem quandam. At, determinatio harum, vel illarum personarum
est d̄ iure positio. Patet primum: quia in coitu fit quedam irreue
rentia, cum discooperitur turpitudine foemine, cum q̄ est coitus: vt *Leui. 18.*
dicitur in *Leuiti.* Sed quibusdam personis debetur tanta reueren
tia: vt nihil turpe illarum liceat videre. Ergo natura inclināt a
coitu tali abstinentum. At, vbi est illicitus coitus, & matrimoniū
est illicitum. Ergo non licet ex iure nature talibus cōmisceri.

¶ *2. patet:* quia determinatio tot personarum, vel talium, non *2. pars.*
est de iure nature: quia non est de dictamine rationis, sed est a iu
re positio, vt *Arist.* ait, quedā esse de iure nature: vt sacrificia *Aristo. 5*
B re Deo. Sacrificare autem Ioui, vel *Brasidae,* vel offerri capram, *ethi. ca. 7.*
aut duas oves: est de iure positio. Et hoc vocatur legale. His sup
positis sit *1. conclusio.*

¶ Non omnes gradus *Leuitici* sunt iure naturali prohibiti. *P. conclu.*
Probatur ex supra dictis ex *Burgensi.* Illud dicitur esse morale *Leui. 18.*
propriē, quod deducitur immediatē ex primis principijs iuris *Burge.*
nature, sed non elicitur immediatē ex primis principijs iuris na- *Celaia. d.*
turæ malam esse coniunctionem matrimonij in omnibus gradibus *40. in fine*
positis ibi in *Leuitico,* ergo non sunt omnes tales iure naturæ pro *Castro de*
hibiti. Patet. Ducere uxorem fratris mortui sine liberis non dedu *pena legis*
ciur expressē ex primis principijs malum esse: quia si sic, maxi *li. lib. p. ca*
mē quia iniuria fit fratri, sed ei non fit: quia ipso mortuo solutum *pi. 12.*
est matrimonium. Ducere etiam nulum post mortem proprij filij *p. corin. 7*
Et sic de multis alijs.

¶ Item. Illud non est de iure naturæ (vt ait *Burgen*) quod in- *2. ratio.*
differenter poterat bene vel male fieri ante legislationem, sed plu
res gradus ibi sunt, in quibus ante legem datam poterat bene vel

male
ff ij

male fieri matrimonium, vt cum duabus sororibus contrahere: *si-* **A**
Gene. 29. cut fecit Iacob Rachel, & Lyam ducendo. Non ergo omnes ibidē
 positi, sunt de iure nature prohibiti.

3. ratio. ¶ Preterea. Ex 2. notabili. De iure nature est prohibitio inter
 aliquos, sed inter tot, vel tales, est de iure positio. Sequitur ergo
 q̄ non omnis gradus ibi prohibitus sit à iure nature.

4. ratio. ¶ Ad idem principaliter. Illud dicitur esse prohibitum iure
S. Tho. 4. nature, quod impedit consequentem finis, quem intendit natura
d. 33. sed finis matrimonij constare potest, etiam si non omnes tales per
Vigue. in. sonē ibi positę prohibeantur matrimonialiter coniungi, ergo non
suis institu in omnibus est iuris nature prohibitio. Nā prohibetur in lege ne
theo. c. 6. quis ducat uxorem fratris. Ne quis ducat a mittam, vel mater te
S. 7. ver ram, sed potest finis matrimonij saluari cum iunctione istarum p
12. sonarum, ergo non est à iure nature prohibitum. Et nō solum finis
 principalis qui est prolis procreatio, & educatio, & sufficiens i
 structio posset stare, etiam si coniungatur quis matertere, vel il- **B**
 li quam habuit frater in uxorem, sed etiam finis secundarius, &
p. cor. 12. minus principalis matrimonij, qui est operum communicatio ad
 thesaurizandum filijs suis.

¶ Confirmatur. Si tales necessitudines ibi positę essent de iure
 nature prohibite (vt aliqui doctores videntur affirmare) ali
 quis philosophorum mentionem ipsarum faceret, sed nullibi repe
 ritur scriptum, ergo videtur non esse oēs tales de iure nature.

5. ratio. ¶ Connubia celebrantur apud gentes, inter omnes personas
 ferē ibi prohibitas, & sine aliqua reprehensione. Sequitur illa
 non esse de iure nature prohibita, saltem de primis principijs iu
 ris nature: quia talia sunt idem apud omnes. At, vt constat ex
 historijs gentilium, & nobis experientia est manifestum in istis
 neopbitis, sic ferē inter omnes gradus ibi positos matrimonium
 fuisse in vsu absq̄ reprehensione: vt statim dicemus. Sequitur er
 go talia non esse de iure nature primeuo, immo neq̄ secundarie
 quia illa que sunt iure nature prohibita: sunt, que eliciuntur ex
 primis principijs, sed non elicitur malum esse coniungi matrimo
 nio

Añio cum omnibus personis ibi positus in Leuitico, ergo nullo modo dicendum est omnes tales gradus prohibitos iure nature

¶ 6. Alique persone equaliter cōiuncte, sicut ille que ibi expre 6. ratio. se sunt, eadem lege contrahere permittuntur, sed tamen stando in iure nature eadem est ratio vtriusq. Ergo non omnes prohibiti sunt de iure naturali, sed legali. Nam prohibetur in lege ne mulier eadem duobus fratribus matrimonio copuletur, sed non prohibetur q. vnus vir non ducat duas sorores, & tamen eadem est affinitas ex parte vtriusq. Sequitur ergo q. cum eadem deberet esse ratio stando in iure nature, & vnum permittitur, & aliud prohibetur: q. talis prohibitio non est stando in iure nature.

¶ 7. Ante legem scriptam licitum erat coniungi in aliqui 7. ratio. bus gradibus ibi in lege positus: vt constat ex scriptura sacra. Cū uxore. s. fratris defuncti, vt patet de filiis. Iudæ. Sed quod cōtra Gene. 38 legem nature erat nunq̄ fuit licitum, immo tunc qui bene agebāt secundum legem nature regebantur, cum nulla alia esset lex, qua B dirigerentur. Sequitur ergo (pōstq̄ in lege illa non fuerunt prohibite tales persone) non fuisse de lege nature. Alioqui ante legē scriptam vbi solūm dirigebantur per legem nature illa deberent obseruari, sed non fuerunt obseruata, sed contrarium, ergo non erat de lege nature.

¶ 8. In ipso textu Leui. 18 dicitur. Audi Isracl p̄cepta mea 8. ratio. & iudicia mea seruabitis. Ibi proponuntur iudicia simul & p̄cepta, sed iudicia nullomōdō pertinēt ad ius naturale, sequitur ergo non omnia ibi posita esse de iure nature. Alioqui solūm diceret p̄cepta, & non iudicia.

¶ Ultimo. Ibi in textu ponitur sub prohibitionē accedere ad 9. ratio. menstruatam, sicut & ducere noxeram vel sororem, sed sic est, q. prohibitio de non accedendo ad menstruatam non est morale, sed iudiciale, aut ceremoniale: vt norum est, ergo non omnia ibi posita sunt de iure nature prohibita. Adducta sunt tot argu. vt rem apertē persuadeamus cōtra graues auctores aliās.

¶ Ex omnibus gradibus positus ibi consanguinitatis in linea 2. conclus. leui. 18.

trans
ff ij

p. ratio. transuersali, probabile videtur nullum prohibitum iure naturæ: A
 propriè capiendius naturæ. Coniunctione quidem facta in om-
 nibus gradibus ibi positus extra lineam descendentium nulla sequi-
 tur naturalis irreuerentia, nec euacuatur finis matrimonij, ergo
 consequens est nullum gradum iure naturæ prohibitum. Probat
 maior. Nam per hoc quod quis ducat amittam, vel materteram: nul-
 la est irreuerentia naturalis, quæ naturaliter debetur patri, & ma-
 tri, & non sorori patris, vel matris. Habere ergo amittam, vel
 materteram in matrimonio non repugnat iuri naturæ. Nec tolli-
 tur finis matrimonij per talem coniunctionem. Nam prolis potest
 esse, & sufficienter educari. Et potest esse operum comunicatio.
 Ergo sequitur non esse contra ius naturæ, saltem contra prima præ-
 cipia, tales coniunctiones.

2. ratio.

¶ Preterea. Si aliqua coniunctio in linea transuersali esset de
 iure naturæ prohibita, maxime fratrum inter se, sed hæc non est:
 ut supra diximus, capiendius naturæ strictè, pro illo quod pro B
 hibitum est ex primis præcipijs iuris naturæ. Ergo nulla cõiunctio
 illarum personarum ibi positarum est contra ius naturæ, i. contra
 i. præcipia iuris naturæ: quia stante coniunctione fratrum inter
 se, saluari potest finis principalis matrimonij, & similiter minus
 principalis. Hanc conclusionem asseruisse videtur. S. doctor, qui
 dicit. Accedere ad consanguineas, vel affines, non est secundum
 se difforme. Aliàs, nullo tempore licuisset. Et respondet ibidem,
 S. Thom. 22. q. 154
 ar. 9. a. 1. 3. quod in commixtione personarum coniunctarum aliquid est
 quod est secundum se indecens, & repugnans naturali rationi: sicut
 quod commixtio fiat inter parentes, & filios, quorum est per se, & im-
 mediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent presta-
 re parentibus. Alij verò personæ quæ non coniunguntur in cognati-
 one: videlicet secundum se ipsas (ut est in linea transuersali)
 sed per ordinem ad parentes: non habent ita ex se ipsis indecen-
 tiam, sed variatur circa hoc decentia, vel indecentia, secundum
 legem diuinam, vel humanam, & secundum consuetudinem. Hæc
 S. Tho. Ex quibus verbis constat conclusio. Nulla quippè directè
 inde:

A indecentia includitur. si fratres inter se coniungantur in matrimonio. Et a fortiori si alij consanguinei: quia si includeret. non posset variari decentia. vel indecentia. aliqua lege. vel consuetudine. Sicut illa que intrinsicè bona sunt. nulla consuetudine. nulla lege variantur in bonitate. vel malicia. sed semper eodem modo manent. Istã etiã sententiam grauis doctor Ricardus affirmat dicens. iure nature prohibitam coniunctionem inter parentes. & filios. & lege diuina alias personas: vt i Leuiti. ne daretur in centium luxurie: si liceret copulari illos. qui simul habebãt cohabitare. Ex isto doctore patet factã distinctionem inter ius nature. & diuinum. Et dicit. Illa que sunt Leuiti. 18. excepta cõiunctione parentum. & filiorum. non esse de iure nature. Hãc itidem affirmat irrefragabilis doctor Alexã. Halẽsis eisdem ferè verbis quibus Ricardus. distinguens illa que iure nature prohibita sunt. ab illis que iure diuino veteri. in quo ponit omnes personas. exceptis parentibus. & filiis. Et ante omnes hos grauisimus Hugo de S. Victoris eãdem tenuit sententiã. a quo credibile est sumpsisse Et probatur conclusio vltimo ex verbis ipsius textus. Nam volens dominus Deus populum suum peculiariter electum ad cultum Dei quadam pollere sanctitate inter ceteras gentes: dedit ista precepta peculiaria. & posuit has prohibitiones in matrimonio. Qui ait sic. Iuxta consuetudinem terre Egypti in qua habitastis non facietis. neq; iuxta morem regionis Canaã. ad quam introducturus sum vos. Sequitur ergo ex ipso textu tales coniunctiones fuisse in vsu apud omnes gentes que tunc erant. Ergo non erant iure natura prohibite. Aliõqui non sic contra ius nature omnes nationes facerent. Et Alexã. Halen. dicit. Lex nature dictabat vt non iugerentur frater. & soror. non quia debitum. sed quia honestum. & decens. maximè in natura multiplicata: quia lex hoc in statu nature non multiplicatè concederet. Lex tamen excepit patrem. & filiam. matrem. & filium. tanq; debitum. Hec ille.

¶ Prohibitiones circa matrimonium posite in Leuiti. circa 3. conclusionis affinitatis gradus. non sunt de iure nature strictè capiendõ. Nec

Ricardus
m. 4. d.
40. ar. p.
Leuit. 18.

Alexan 3.
p. 9. 35. m.
6. Item.

2. p. 9. 169
m. 2.

Lozes in
vassau. d.
matrimo.
dubium. 2
Hugo. i. 2
p. 11. ca. 4
Leuiti. 18

Alexan.
vbi supra.

om-

ff iij

- Ratio.** omnes simul. Neq̄ aliqua illarum. Probatur. Affinitatis gradus non est de se prohibitus in matrimonio: nisi ratione consanguinitatis, vt constat, sed consanguinitatis gradus (vt probauimus ex S. Tho. qui non habent coniunctionem: nisi per accidens in ordine ad vnum principium: vt sunt in linea transuersali) non sunt prohibiti iure naturæ, ergo a fortiori neq̄ gradus affinitatis erunt prohibiti: quia non est affinitas: nisi propter consanguinitatem, ergo vbi consanguinitas non est prohibita, neq̄ ipsa affinitas erit a fortiori. At, cum non sit potior ratio de vno gradu, q̄ de omnibus, cum omnes illi Leuiti. non sint de iure naturæ, neq̄ aliquis eorum. Notanter dixi. Strictè capiendo: quia fortè accipere noueram: prohibitum est iure naturæ, capiendo ius naturæ pro illis que prohibita sunt secundo. i. de secundis præceptis iuris naturæ. Vnde datur quidem quedam decentia, seu naturalis conuenientia quod nullus noueram sibi assumat in uxorem, tamen nõ est sic manifestum. De quo nos supra in. 1. p. diximus, quando de affinitate loquimur. Satis sit sciamus nullum gradum affinitatis prohibitum fuisse aliquo tempore, vel aliqua lege, nec iure naturæ, strictè capiendo pro illis que de per se sunt mala, neq̄ possunt bene fieri.
- 4. conclu.** Omnia illa præcepta circa matrimonium Leuiti. 18. excepta prohibitione parentum, et filiorum: sunt inter iudicialia computanda, et non inter moralia. Probatur. Nam omnia que in lege veteri posita sunt, necessario computanda sunt vel inter moralia vel iudicialia, vel ceremonialia, sed tales prohibitiones circa matrimonium posite, excepta parentum, et filiorum, non ponuntur inter moralia: quia inter moralia solum illa ponuntur, que naturalia sunt. Idem enim est morale, quod naturale: vt egregiè. S. Tho. sed iste prohibitiones (vt diximus) non sunt de iure naturæ, ergo non ponuntur inter moralia. Neq̄ ponuntur inter ceremonialia: quia solum inter illa computantur, que ad cultum Dei directè sunt ordinata, sed tales prohibitiones non ad cultum Dei ordinate sunt directè, vt constat ex. S. Tho. ergo necesse est computentur tales prohibitiones inter iudicialia. Hanc conclusionem videtur. S. Th. ponere
- Abulen. 19. 9. 5.** ad vnum principium: vt sunt in linea transuersali) non sunt prohibiti iure naturæ, ergo a fortiori neq̄ gradus affinitatis erunt prohibiti: quia non est affinitas: nisi propter consanguinitatem, ergo vbi consanguinitas non est prohibita, neq̄ ipsa affinitas erit a fortiori. At, cum non sit potior ratio de vno gradu, q̄ de omnibus, cum omnes illi Leuiti. non sint de iure naturæ, neq̄ aliquis eorum. Notanter dixi. Strictè capiendo: quia fortè accipere noueram: prohibitum est iure naturæ, capiendo ius naturæ pro illis que prohibita sunt secundo. i. de secundis præceptis iuris naturæ. Vnde datur quidem quedam decentia, seu naturalis conuenientia quod nullus noueram sibi assumat in uxorem, tamen nõ est sic manifestum. De quo nos supra in. 1. p. diximus, quando de affinitate loquimur. Satis sit sciamus nullum gradum affinitatis prohibitum fuisse aliquo tempore, vel aliqua lege, nec iure naturæ, strictè capiendo pro illis que de per se sunt mala, neq̄ possunt bene fieri.
- Noueram accipere in uxorem iure naturæ secundo. i. de secundis præceptis iuris naturæ. Vnde datur quidem quedam decentia, seu naturalis conuenientia quod nullus noueram sibi assumat in uxorem, tamen nõ est sic manifestum. De quo nos supra in. 1. p. diximus, quando de affinitate loquimur. Satis sit sciamus nullum gradum affinitatis prohibitum fuisse aliquo tempore, vel aliqua lege, nec iure naturæ, strictè capiendo pro illis que de per se sunt mala, neq̄ possunt bene fieri.**
- Supra p. p. ar. 43.** fuisse aliquo tempore, vel aliqua lege, nec iure naturæ, strictè capiendo pro illis que de per se sunt mala, neq̄ possunt bene fieri.
- S. Tho. 12 q. 100. 4. p.** ter moralia: quia inter moralia solum illa ponuntur, que naturalia sunt. Idem enim est morale, quod naturale: vt egregiè. S. Tho. sed iste prohibitiones (vt diximus) non sunt de iure naturæ, ergo non ponuntur inter moralia. Neq̄ ponuntur inter ceremonialia: quia solum inter illa computantur, que ad cultum Dei directè sunt ordinata, sed tales prohibitiones non ad cultum Dei ordinate sunt directè, vt constat ex. S. Tho. ergo necesse est computentur tales prohibitiones inter iudicialia. Hanc conclusionem videtur. S. Th. ponere
- S. Tho. 12 q. 19. 4. 2.** directè, vt constat ex. S. Tho. ergo necesse est computentur tales prohibitiones inter iudicialia. Hanc conclusionem videtur. S. Th. ponere

LA ponere, licet nõ ita expresse. Nam postq̃ per multas questiones in S. Thom.
 prima. 2. tractat de moralibus, & ceremonialibus, tandem 12. q. 105.
 q. 105. ar. 4. venies ad iudicialia ad. 7. numerat prohibitionem a. 4. ad. 7
 Leuiti. 18 graduum consanguinitatis, & affini inter iudicialia.
 In quo videtur errasse Viguierius Granatensis in suis Theologi- Götra Vi
 cis institutionibus. ca. 16. §. 7. quando dicit in illam legem mora guerium.
 lem non posse cadere dispensationem.

¶ Sed contra dicta est argumentum. Illa p̃cepta Leuiti. 18
 seu tales prohibitiones in matrimonio contrahendo non sunt cere P. obiectio
 monialia, neq̃ iudicialia, ergo naturalia. Probatur. Non ceremo
 nialia: quia non directè ordinata ad cultum Dei. Neq̃ sunt iudici
 alia. Nam illa iudicialia posita sunt, que componebant iustitiam
 & pacem inter homines. Iste verò prohibitiones nullam iustitiã,
 nullam pacem componebant, ergo non sunt iudicialia. Quare seq̃
 tur moralia, seu naturalia esse.

B ¶ 2. Omnia que posita sunt ibi erant prohibita inter gentes an 2. obiec.
 te legislationem, sed gentes non tenebantur alia lege q̃ naturali.
 Ergo sequitur tales prohibitiones esse de iure nature. Probat ma
 ior. Nam in eodem. c. subiungitur ratio prohibitionis talium gra S. Thom.
 duum, quando dicitur. Ne poluamini omnibus his, quibus contami 12. q. 100.
 natę sunt vniuersę gentes, quas ego eijciam ante conspectum ves
 trum, & quibus pellura est terra. Si ergo ita est, q̃ gentes pollute
 erant, quia huiusmodi coniunctiones non obseruabant, sequitur q̃
 tenebantur obseruare, sed nulla alia lege tenebantur obseruare: ni
 si naturali, ergo lege nature prohibiti erant tales gradus.

¶ 3. Hisdem verbis ibidem prohibentur omnes gradus. Semp 3. obiec.
 enim dicitur. Non reuelabis turpitudinem, sed constat gradu illi Alex. ha
 parentum, & filiorum, de lege nature esse, ergo similiter & alij len. 3. p. 9.
 gradus, qui eodẽ modõ, & eisdem verbis prohibiti sunt. Non enim 27. ar 3.
 videtur potior ratio de vno, q̃ de alio. Quõd si aliqua fuisset, ver
 bis differentibus id in scriptura declaratum fuisset. & 36. c. 6

¶ Stantes in sententia nostra, & per ordinẽ respondentes ad Ad prim.
 primum dico, ita esse, q̃ iudicialia illa sunt, que pacem inter homi
 nes,

nes, & iustitiã componebant. Et quando dicitur. Id non fuisse in A
 prohibitionem illorum graduum Leuitici, negamus. Nã pax, et ius-
 titia adderat. ex hoc q̄ tales qui coniungebantur consanguinita-
 te, vel affinitate non coniungebantur matrimonialiter, sed alij ex-
 tranei. Et sic pax constituebatur per huiusmodi prohibitiones.
 Nam non existentibus illis, copularentur consanguinei, & affi-
 nes, et non extranei. Et si non coniungerentur extranei: non esset
 pax, qualis est inter illos, qui matrimonio coniunguntur. Consan-
 guinei enim & affines habent pacem inter se ratione talis vinculi
 Neq̄ est aliud vinculũ ita necessarium ad pacem fouendam. Sed
 tamen non est sic inter extraneos. Ob id sapientissimẽ a Deo ordi-
 natum est: vt tales qui iam conuncti erant vinculo cognationis:
 non coniungerentur in matrimonio, sed alij qui extranei erant,
 vt sic pax dilataretur. Item & iustitia. Nã sic est, q̄ vbi pax, et
 iustitia. Iustitia enĩ & pax osculate sunt. Satis enĩ iustũ fuit tale
 factum: vt sic amicitia suas simbrias dilataret. Sequitur ergo in
 ter iudicialia computandam esse talem graduum prohibitionem B

p̄. 84.

Ad. 2.

1. solutio.

¶ Ad. 2. quando dicebatur. Omnia illa prohibita esse gẽtibus:
 quia pollute dicuntur huiusmodi coniunctionibus, quod esse nõ po-
 sset: nisi iure naturali prohibitum esset.

¶ R̄. dupliciter. Primo. Illas gentes pollutas dici, nõ quia vte-
 renur talibus personis in matrimonio, que in Leuitico sunt pro-
 hibite, sed quia utebantur illis extra matrimonium per incestuo-
 sos concubitus. Et hoc est verisimile. Nam ex istis nephibis qui
 apud nos sunt: possumus coniectari, & de alijs, sed isti polluti erãt
 quia illis personis sine delectu miscebantur extra matrimonium i-
 cestuosẽ. Et ob id abominabiles, & polluti vocabantur. Sic & illi
 gentiles a Deo vocati abominabiles, & polluti: quia personis illis
 cõmiscabantur sine matrimonio, nec se continebant. Hoc videtur
 eo fuisse q̄ cũ habitarent tales persone vt in plurimum simul
 & poterant matrimonialiter copulari, cũ non esset iure nature
 prohibitum, exardebant in eorum amorem, & laxabant frena lu-
 xurie, neq̄ cõtinebãt se. Ob quod miscebantur absq̄ matrimonio.

Sicq̄

A Sicq̄ polluti vocabantur gentiles. Hęc fuit causa quare dominus Deus suo populo electo Hebreorum voluit legem dare, in qua prohiberet coniunctionem talium personarum in matrimonio: Nam quia contingebat simul in eadem domo habitare, cognito per legē non posse copulari in matrimonio: abstinere et ab incestuoso concubitu, a quo non abstinebant gentes: quia poterant matrimonio copulari. Hęc ratio assignatur a doctoribus talis prohibitionis tūc facta. Experientia etiam constat apud istos neophitos, quibus iam per Ecclesiam interdicti sunt gradus certi affinitatis, & consanguinitatis, q̄ stante tali prohibitionē, abstinere ab incestuoso concubitu, qui tamen antiquitus, ubi nulla prohibitio, non abstinebāt.

¶ 2. potest dici ad argumentum, licet non tam sufficienter si- 2. solutio.
cut primo dictum est, q̄ tales gentes tunc abominabiles, et pollute dicebantur illis coniunctionibus prohibitis *Leuitici. 18.* Ob quod Deus voluit illas ponere Indeis, non quia tales prohibitiones essent **B** de iure nature primeuo, sed quia forte erat illud contra leges suas, vel consuetudinem suam. Tunc quidem peccatum esset contrā facere. Tamen quia nō credo consuetudinē fuisse apud gentiles abstinendi in talibus gradibus, neq̄ legem institutam, primam solutione nō puto veram, & sufficientem.

¶ Ad. 3. argumētum. Eisdem verbis omnia prohibentur ibi. Cum ergo aliqua prohibitio sit de iure nature: vt est parentum & filiorum, ergo & sic alię omnes.

¶ R. Quod dato eisdem verbis omnia sint prohibita, non sequitur omnia esse de iure nature prohibita. Ibi enim prohibitum est ad menstruatam accedere. Attamen nullus est qui dicat hoc intrinsicē malum esse. Eodem etiam modo precipitur abstinētia in aliquibus diebus a certis cibis. Et precipitur ieiunium, tamen nō sunt eodem modo ista precepta. Primum qui pp̄ merē positiuū est. 2. autem aliquando est de iure nature: vt si sit necessarium vel ad valetudinem, vel ad continentiam seruādam.

¶ Sed hic adnotare libet q̄ D. Alphōsus Viruesus Episcopus Viruesus
episcopus.
Canariensis in suo illo singulari tractatu matrimonij regis Anglię

glie dicit de istis gradibus leui. 18. *disserens, in probatione. 3. by A*
pothesis, q̄ ibi non est prohibitum coniugium inter illas perso-
nas, sed concubitus illicitus: quia turpitudinem non reuelabis, non
intelligit prohibitum coniugium, sed concubitus: quia talis con-
cubitus extra matrimonium erat in vsu apud Chanaanicos. Quod
probat multis argumentis: quia eodem tenore prohibetur acces-
sus ad menstruatam, & non intelligitur, q̄ non sit iungenda in ma-
trimonio. Tenendo ergo hanc expositionem, que valde rationabi-
lis probatur, manet huiusmodi gradus non solum non habere mo-
do vim obligandi, sed neq̄ fuisse olim de iure diuino quantum ad
contractum matrimonij.

Conclu. eo
rola.

In fideles.
coniuncti
i gradibus
leuitici. 18
vere cōtra
hant.
p. ratio.

2. ratio.
Leuitici.
18.

3. ratio.

Caie 22. q̄
154. ar. 9.
4. 3.

¶ Ex omnibus istis sequitur in proposito conclusio vniuersa-
 lis tenenda tanq̄ vera, q̄ infideles coniuncti in gradibus illis pro-
 hibitis Leuitici. 18. siue fuerit ante legem Christi, siue post, siue
 sint gradus affinitatis, siue consanguinitatis, dem pro illo gradu
 parentum, & filiorum inter se, dummodò non contrahant tales i
 fideles contra leges suas, vel cōsuetudinem suam, habentem vim
 legis, & si cōuertantur, nullo modo esse separandos. Probatur. Si
 separandi essent: ex eo esset: q̄ tales tenerentur lege illa diuina
 veteri, sed tunc non tenebantur nisi solum Iudei, vt diximus sup̄
 Neq̄ modo aliquam obligationem habet lex illa, magis quã si nũ
 q̄ lata fuisset, ergo nullo modo infideles tali lege obligantur. Sic
 q̄ contrahentes matrimonium in gradibus illis nō sunt separādi.

¶ 2. Quod est verum in matrimonium, & legitimum, non dissol-
 uitur per baptismum, sed matrimonium inter infideles contractũ
 in gradibus prohibitis in leuiti. est legitimum: quia inter legiti-
 mas personas, per legitimum consensum celebratum, ergo non tol-
 litur per baptismum, qui non tollit coniugia, sed peccata.

¶ Præterea, Gentiles solum tenebantur seruare moralia, seu
 naturalia, sed prohibitio istorum graduum extra parentum, &
 filiorum, non est morale, vt diximus, ergo non tenentur infideles
 ad obseruantiam illorum. Et sic coniuncti in talibus gradibus, nō
 sunt separandi. Hanc sententiam tenet, Caie. vbi supra. Eandem

ante

A ante ipsum tenuit dominus Abulen. merito inter antiquos reſc- Alulen p
 nendus. Eadem item ante iſtos Thomas de Argentina in. 4. etiã regum. 8.
 ſi doctor. S. in. 4. ex cõmuni opinione loquutus videatur centra 9. 149.
 rium dixiſſe. Tamen in 22 idem tenet, cui ſententię ſtandum eſt. Thomas d
 Alij autem doctores contrarium dicentes decepti ſunt in duob9. d. 40.
 Primo: quia putabant illos gradus ibi expreſſos eſſe iure natura S. Thom.
 li prohibitos, quod falſum eſt. 2. quia legem veterem credebant 22. 9. 154
 obliſſe infideles. Et ſic male intelligit Glo. illa in. ca. litteras, a. 9.
 de reſtitu. ſpoli. dicẽs gradus Leuitici eẽ iure nature ꝑhibitos. Error glo
 ſe.

C Contra iſtorum doctorum inaduertentiam libet argumen Argumẽ
 tari. Dato concederemus eis (quod tamen negamus) tales gradus ium cõtra
 prohibitos in Leuitico omnes gẽtes obliſſe, vnde ipſi poterunt renẽres cõ
 probare quod affirmant: matrimonium contra talem ꝑhibitiõem. trariã opi
 nem factum nullum eſſe, & ſic diſſoluendum? Nam multa ſunt iu Multa ꝑ
 re diuino ꝑhibita, & humano, quę tamen facta tenent. ꝑhibita quę
 facta tenent.
B Poſt ſponſalia cum vna, contrabere cum 2, ꝑhibitum eſt & le facta tenent.
 ge diuina, & naturali tamen factum tenet, Extra de ſponſali Dioni. car
 bus. ca. Veniens. Item. Sicut verum puto, iure diuino, & naturali ihu. p. 10.
 ꝑhibita eſt pluralitas beneficiorum, tamen plura habens ve ſc. 416.
 rus eſt dominus fructuum. Prodigalitas ꝑhibita eſt iure diuino
 & tamen donatio prodiga tenet, & per ipſam verum ius acqui-
 ritur. Iure etiam poſitiuo Eccleſię ꝑhibetur inceſtuoſo eũ affi-
 nibus vt contrabat poſt mortem vxoris, tamen ſi contrabit, ve
 rum eſt matrimonium. Item. ꝑhibetur ne quis clandestinẽ con Supra. p.
 trabat, Extra de clandefſti. diſpon. per totum, tamen factum te- P. aru. 10.
 net. Sequitur ergo ex iſtis exem. plis, q. date (licet nõ conſeſſo) ꝑ
 ꝑhibitum fuiſſet ipſis infidelibus contrabere in illis gradibus Leui
 ti. non tamen ſequeretur q. tale matrimonium contra factum non te
 neret: ſicut doctores ꝑfati affirmant.

C Confirmatur. Sub eiſdem verbis quibus perſonę coniuncta Confirma
 conſanguinitate, & affinitate in lege ꝑhibentur contrabere, tio.
 ſub eiſdem ꝑhibentur & alię perſonę contrabere. ꝑhibetur Leui. 21.
 enim ne ſacerdos ſcortũ ſumat in vxorem, aut vile ꝑſtibilum,
 ſed

3. regum. 11. sed tamen credo q̄ si contra tale mandatum sacerdos sibi copula A
ret scortum, licet peccasset: teneret. De Salomone etiam legitur,
q̄ habuit vxores Moabitidas, & Amonitidas, & Etheas de gen-
tibus, de quibus dixerat Deus, non ingredimini ad eas, tamen eas
puto veras fuisse vxores, vt scriptura narrat, quicquid dicant
aliij. Ergo etiam si esset prohibitio facta, quę infideles omnes obli-
gasset, non sequitur non fuisse validum matrimonium contra talē
prohibitionem contractum.

Argumentum contrarium. ¶ Nec argumentum quo innituntur contrarium dicentes ali-
quid probat. s. arguentes ex. ca. Gaudemus, Extra de diuortijs.
Et. c. De infidelibus, de consan. & affi. in quibus. c. summus Ponti-
fex videtur determinasse infideles non arctari constitutionibus
Ecclesie: quia foris sunt, sed tamen arctari constitutionibus posi-
tis lege diuina, quę obligat omnes. At, quia lex vetus lex diuina
est: obligant & infideles.

Solutio. ¶ Dicendum verum esse qđ ibidem determinatum est: quia infi-
deles obligantur seruare ius diuinū, nō quidē ius diuinū vetus, cū B

Virae. in suo de ma- trimo, re- gis An- glie. illud non sit ius. Neq̄ christiani teneantur obseruare. Sed intelli-
git summus Pōtifex de iure diuino Euangelico, quod oēs obligat,
quod tenentur omnes cuiuscunq̄ conditionis sint, obseruare. Et cō-
trahentes contra tale ius diuinum, essent separandi, si conuerterē-
tur. Cū ergo tali iure diuino nullę personę prohibita sint: nisi pa-

Math. 19. rentes, & filij, Christo dicente, propter hanc relinquet homo pa-
trem & matrem, & adhibebit vxori suę, significans aliam debe-
re esse vxorem, & aliam matrem, alium maritum, & aliū patrē:
sequitur q̄ si infideles contraherent in isto primo gradu ascendē-
tium, & descendentium, essent separandi si conuerterentur: quia
facerent contra legem diuinam Euangelicam, quam tenentur ob-
seruare omnes. Sicut si repudiant tempore infidelitatis: tenentur
repudiatam reconciliare si conuertantur: quia faciunt contra le-
gem Dei. Math. 19. vt patet: Extra de diuortijs. c. Gaudemus.
Mat. 19. Itē. Si plures vxores acceperint: tenentur omnes dimittere, excep-
ta prima, cum qua cōtraxerūt. Et hoc est ius diuinum, quod obli-
gat

Agat omnes, tam fideles, & infideles, de quo loquitur summus Pontifex. Quod si sic loquerentur doctores, non explicantes de Leuitico, non essent eiiciendi. Attamen, quia exemplum ponunt de Leuitico, non animaduertunt illud Leuiticum non esse ius, nec obligationem habere aliquam.

ARTICVLVS. 26.

An gradus qui modo sunt ab Ecclesia prohibiti habeant vim ex iure diuino.



Equitur inquirendum. An gradus qui modo ab Ecclesia prohibiti sunt, qui olim fuerunt prohibiti in lege veteri, habeant vim obligandi ratione legis diuinae, vel ratione legis humane.

Solucio. Dicendum nullam obligationem contrahi po

Bse, ob id quod olim fuerit tales expressi in lege: quia omnia cessa uerunt, & nullius fuerunt obligationis post mortem Christi. Illa enim iam non est lex, neq; ius, sed si que ab Ecclesia prohibita sunt obligandi est solum ex hoc q; Ecclesia instituit de nouo. Sicut in ceteris iudicialibus verum est: vt pena talionis, & q; qui occidit: occidatur, & hijs similia, non obligant: quia olim in lege, sed quia ab Ecclesia instituta de nouo. Et haud dubie affirmare contrarium esset heresis Cerinti, & Ebionis dicentium, aliqua que fuerunt in lege veteri precepta, modo habere vim obligandi: quia ibi fuerint precepta. Esset enim dicere legem veterem simul concurrere cum noua, & vtranq; obligare, quod hereticum est. Neq; aliquis catholicorum ex theologis opinantium infideles coniunctos in gradibus prohibitis Leuiti. 18. separandos assueuerat verum esse: quia illa que fuerunt ibi in lege veteri prohibita: modo obligant: quia ibi prohibita. Nam heresim affirmarent, sed dicunt ob id infideles obligari illis gradibus: quia illi erant omnes de iure nature. Que in lege noua non fuerunt reuocata, sed approbata: vt patet de preceptis decalogi. Et sic similiter putant fore dicendum

Heresis
Cerinti,
& Ebionis.

dum de talibus gradibus in Leuitico prohibitis. Non enim isti doctores decipiuntur: quia putent legem veterem modo currere, & obligare, sed quia putant illos gradus prohibitos lege naturę, & in Euangelio omnia naturalia approbata, & non reuocata fuisse, ob id obligare. Tamen in hoc decepti sunt. Nam eo quod omnes illi gradus (vt diximus) non erant iure naturę prohibiti: cessauerunt per cessationem legis. Et in lege Euangelica non fuerunt instituti. id est non obligant infideles. Sed tamē post omnes illi gradus ibidem prohibiti in Leuitico per Ecclesiam sunt prohibiti: vt patet. ca. Non debet, de consangu. & affini. Et in multis alijs locis. Et talis prohibiti obligat fideles, qui sunt intra Ecclesiam, non quia fuerunt in lege veteri tales prohibitiones, sed quia modo Ecclesia statuit quę potest statuere. Et tale statutum non obligat infideles, qui foris sunt. Ob quod contrabentes in talibus gradibus vere contrahunt. Neque sunt separandi si conuertantur. Et tandem tales gradus ibi positos non esse de iure naturę primeuo latē probatum est. Et argumentum est: quia in isto nouo orbe nullū gradum affinitatis obseruabant: quia filius concubinam patris ducebat, seu uxorem, mortuo patre: quia si viuente: occidebatur, quę eius erat nouerca. Et pater similiter uxorem, vel concubinam filij, quę eius erat nurus. Item. Frater uxorem fratris post mortem, immo si esset solū repudiata. Similiter quis ducebat matrem, & filiam successiuē. Tandem nullus gradus affinitatis inter eos vetitus habebatur in matrimonio. In gradibus consanguinitatis supra omnem modū prohibitum erat patrem ducere filiam, vel filium ducere matrē. Nunquā reperi factum. Non solū non reperi coniunctos matrimonialiter isto primo gradu, sed neque copula illicita depræbendi, quā maximē probat, istum gradum esse prohibitum per prima principia iuris naturę, vt dictum est. Item vt Michuacanenses ferunt obseruabant ne vir duceret sororem patris, vel matris, bene tamen fœmina poterat copulari fratri matris, vel patris: quia inde cens videbatur: vt amitta, vel matertera subdita esset pro nepoti filio fratris, vel sororis sue, quod tamen non repugnabat, si fœmina

Paulus. p.
corin. 5.

Ana iungeretur patruo suo.

Obseruabant etiam isti ne fratres inter se iungerentur, etiam si solum essent ex patre, vel ex matre. Verum aliquos reperi coniuictos, quibus diuortium est preceptum: quia non erat vsus apud eos, sed reprobatus.

In prouintia Mexicana (vt fertur) abstinebant in gradu consanguinitatis parentes a filijs, et fratres a sororibus.

In affinitate obseruabant vt nulla foemina nuberet patri viri sui, nec filio viri ex alia muliere, nec viro matris, aut illi cum quo mater coiuuit, nec marito filij suae, nec illi cum quo filia peccauit. Et cum istis copulari (vt ferunt) graue reputabatur. Qui vero id faciebant, luebant poenas. Et pariformiter filius nullo modo nouercam ducebant, licet alios gradus non obseruabant. Ex istis habere possumus non omnes personas in Leuitico positas prohibitas de iure nature primeuo, quandoquidem non est idem cōsuetudo apud omnes in tali obseruantia, sed variatio magna secundum diuersitatem nationum, et prouintiarum. Et solum gradus ille parentum et filiorum videtur iure naturae primeuo prohibitus, qui gradus apud omnes videtur obseruatus eodem modo, cum in alijs reperiatur alia et alia consuetudo. Et sic matrimonium celebratum cum debito consensu apud infideles, inter personas iter quas consuetum est communiter apud eos contrahere: nullo modo si conuertantur est annullandum: quia illa consuetudo facit legitimas personas, quae cessante non essent legitime: vt in prouintia Michuacanenensi matrimonium tenebat, inter priuignum, et nouercam: quae sic erat consuetum. Apud Mexicanos autem non tenebat: quia non erat consuetudo. Idem de fratribus hic non teneret. Tamen tenebat apud illam prouintiam, apud quam dicunt fuisse consuetudinem. Ipsa enim consuetudo potest hoc facere: vt bene notat Panor. Non poterat q̄s nouerica ducere. Extra, de cogna. §. i. c. Super eo, quando dicit, q̄ si esset consuetudo, q̄ in 5. gradu non coniungerentur: non teneret matrimonium, si qui coniungerentur in tali gradu contra consuetudinem. A simili ergo necesse est concedere q̄ in illis quae non sunt de iure nature

turę

ture primeuo consuetudo faciet personas legitimæ in vna proū A
tia, quæ sunt illegitimæ in alia: quia ibidē non est talis consuetudo.

ARTICVLVS 27.

An Papa dispenset in oī gradu affinitatis, & consanguinitatis.



Equitur vltima quæstio. Vtrum Papa possit di
spensare in omni gradu tam affinitatis, q̄ con-
sanguinitatis, & in omni linea descendentiũ, m,
ascendentium, & transversaliũ.

¶ Pro solutione quæstionis rotandi, m, diffen-
sare nil aliud esse, q̄ relaxare, vel obligatum
tollere legis, ipsa manente in sua firmitate: vt si lata sit lex de re-
iunio, summus Pontifex vult me non obligatum ieiunare, si n. cū
dispensatio: quia iuris relaxatio.

1. confide-
ratio.

2. notan.

¶ 2. Dispensatio debet fieri circa aliquos, & non circa omnes. B
Alioquin si circa omnes, non erit dispēsatio, sed legis abrogatio.

3. notabile.

¶ 3. Cū dispensatio proprie sit legis relaxatio, sic q̄ ipsa
manente in vigere, non obliget illum cum quo fit dispensatio, ad
ipsum proprie pertinebit dispensatio legis, ad quem pertinet cen-
dere legem. Et qui non condidit legem, nullo modo dicitur pro-
priè dispensare in legē. Immo nō pōt inferior dispēsare in lege su-
perioris: quia ipse inferior legem nō cōdidit. Cū ergo qui legem
condidit habens auctoritatem: legem possit tollere, poterit dis-
pensare, sic q̄ manente lege in virtute sua, cum aliquo taliter fi-
at dispensatio: vt faciendo contra legem: nullum sit peccatum.

S. Thom.
2. 2. 95.

4. nota.

¶ Considerandum est etiam quas leges summus Pontifex in-
stituerit in graduum cōsanguinitatis, & affinitatis prohibitio-
ne. Nam omnes gradus quos ipse prohibuit, qui antē non fuerunt
prohibiti aliqua lege, poterit & modo precipere, & tollere, & in-
talibus dispensare. His suppositis ad quæstionem respondetur.

¶ conclusio.

¶ Summus Pontifex in omni gradu tam affinitatis, q̄ consan-
guinitatis in linea transversali dispensare potest de plenitudine
sue

A sue potestatis, licet id non expediat facere absq̄ magna, & vrgē
 ti causa. Probatur. Ille potest dispensare in lege, qui condidit legē
 sed summus Pontifex, vel concilium generale legem condidit
 de omnibus gradibus consanguinitatis, & affinitatis in linea tran
 uersali, ergo in omnibus dispensare potest. Nam si potest tollere
 omniū talium graduum prohibicionem, a fortiori & poterit dis
 pensare: quia qui quod maius est potest, poterit necessario & q̄
 minus est. Quod Ecclesia instituerit legem graduum affini. & cō
 san. in linea transversali patet. Nam in Ecclesia est prohibitio
 graduum facta in multis locis, & in proprio titulo. Et olim vsq̄
 ad 7. Deinde tempore succedenti vsq̄ ad. 4. facta restrictio. In
 c. Non debet. De consangu. & affi. Talis verō prohibitio non est
 de iure naturæ, nec est de iure diuino nunc obligante, ergo necessa
 rio est de iure positivo Ecclesiæ. Non enim potest aliud euincire,
 quandoquidem obligat omnes de Ecclesia. Et q̄ non sit de iure
 naturæ, iam nos supra satis diffusè probauimus: quia si aliquis
 B fuisset, maximè fratrum inter se, & diximus eum nō esse isto mo
 do de lege nature, quia non idem apud omnes, neq̄ includit in se
 manifestam malitiam quominus possit licitè fieri: vt olim in lege
 nature fiebat. Si ergo iste primus gradus non est de lege nature
 prohibitus, a fortiori neq̄ aliquis alius qui minorem repugnantia
 am, & malitiam includit, quicquid dicat supplementum. d. 40. q.
 1. ar. 2.

Item. Neq̄ aliquis graduum in linea transversali est de iu
 re diuino. Probatur. Non de iure diuino Evangelico, quod obli
 gat oēs. Nam (vt nos in 1. parte diximus, quando loquebamur de
 consanguinitate) nullus gradus a Christo fuit in Evangelio sa
 cro prohibitus, qui non fuisset de iure naturali. Ob q̄ solum ibi re
 peritur gradus primus ascendentiū & descendētium prohibitus
 dicente Christo. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrē
 & adheret uxori suæ, intelligens (vt declarant omnes sancti)
 aliam futuram in matrimonio uxorem, & aliam matrem, alium
 maritum, & alium patrem, & nullum alium gradum a matrimo

nio

Hec con
 tra nōnū
 los tam ex
 theologis
 quam iu
 risperitis,
 quamvis
 contrariā
 dicat opi
 cōnu. Ar
 mi, in ver
 dis. §. 10.
 Augu. de
 Ancho. in
 sumaecccl.
 q. 53. ar. 5.
 & 6.
 Rubio in
 4. d. 41.
 in. 2. q. par
 princi.
 Loazes in
 tracta. ma
 tri. regis.
 Dubio. 2.

Supra ar.
 43.

SCO in. 4.
 d. 40.

Math. 19.

nio exclusit. Sequitur ergo q̄ gradus consanguinitatis, & affini-
 tatis modo prohibiti non sunt de iure diuino Euangelico. Ergo
 non sunt de iure diuino. Patet. Ius diuinum illud modo dicitur, qđ
 verè est ius obligans, sed hoc solùm est Euangelicum, ergo nõ
 est de iure diuino. Et in hoc errauit Lutherus, qui dixit, gradus
 illos esse iuris diuini, & non posse Papã dispensare. Nec obstat di-
 cere tales gradus esse de iure diuino veteri: quia (vt supra dixi-
 mus) illud iã non obligat. Neq̄ lex, nec ius diuinũ propriè dici po-
 test, ad sensum quem modo loquimur de iure diuino obligãte, sed
 perinde obligant modo illa: quia scripta sunt, ac si nõ essent scrip-
 ta. Et si aliqua ibi scripta obligant, non quia ibi fuerunt expressa
 sed quia alia lege fuerunt precepta. Quare nullo modo obligant
 quia ibi posita, cum cessauerunt omnia: vt latè diximus. In aper-
 to ergo est omnes tales prohibitiones graduum quę in Ecclesia
 sunt, quandoquidem non sunt de iure naturali primo, nec de iu-
 re diuino Euangelico: q̄ sunt de iure positivo Ecclesiæ. sed sic est
 q̄ ille qui legem posuit, dispensare potest in lege, cum & abroga-
 re possit. Cũ ergo summus Pontifex, vel concilium Ecclesiam
 representãs, talem condidit legem de prohibitione graduum in li-
 nea transuersali, tam de consanguinitate, q̄ de affinitate: pote-
 rit de plenitudine suę potestatis dispensare in omnibus. Vel si hoc
 negamus summo Pontifici, oportet concedere, vel q̄ talis prohibi-
 tio est de iure nature propriè, vel de iure diuino, quod non po-
 test Pontifex mutare. Vel positolex ista de prohibitione gra-
 duum sit positiuã, q̄ non potest summus Pontifex tollere: quia la-
 ta fuit a concilio, vel ab alio summo Pontifice. At, vt runq̄ istorũ
 est falsũ. Primũ: quia ista p̄hibitio nõ est nisi solùm de iure positiuo.
 ¶ 2. quia summus Pontifex qui nunc est potest cassare, &
 tollere omnia quę ab eius p̄decessore constituta sunt: quia non
 potuit summus Pontifex qui p̄cessit ligare, aut coarctare potes-
 tatem Pontificis, qui debebat succedere. Alioqui posset semel ali-
 quid in Ecclesia constitutum esset, nunq̄ posset ab ipsa mutari in
 melius, quod constat falsum. Multa enim videmus statuta con-
 cilio

Error Lu-
 theri,

Paulus ad
 Heb. 7.
 S. Tho. 12
 q. 103. ar.
 3. c. 4.

A ctiliorum, & Pontificum circa regimen Ecclesiæ variata, & mu-
 tata, & abrogata, tamen non dubitamus licitè posse fieri, & sãc-
 tè factum. Ineptum quippe esset dicere, q̄ sic Deus reliquerit suũ
 vicarium in terris: vt non vnus semper esset, sed successiuè vnus
 post alium, & q̄ vno constituyente aliquo, si fortè successu tempo-
 ris perniciosum videretur, inuolabiliter esset obseruandum. Et
 q̄ nullo mō posset mutari ab alio p̄tifice. Nam ex hoc sequeretur
 Pontificem qui succedebat non habere eandem potestatem, quã
 primus habuit. Si enim nō potest quod alius: non haberet eandem
 potestatem. Et certè si non posset variare, quod alius instituit, nō
 posset quod alius potuit. Sed hoc omnino sapientiæ Christi regen-
 tis Ecclesiam suam, qua attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter,
 & disponit omnia suauiter: repugnare videtur. Concedendum er-
 go est, ne veniamus in tales angustias, prohibitiones graduum in
 linea transuersali qui modo sunt in Ecclesia: esse de iure positio.

B Et sic summum Pontificem, quisquis ille sit, de plenitudine suę po-
 testatis posse dispensare in omni gradu consanguinitatis, vel affi-
 nitatis, in linea transuersali, & mutare quę ab alijs p̄decessori-
 bus sunt instituta, vel a concilio. Sicut apertè determinatur in c.
 Non debet, de consan. & affini. vbi ponitur in exemplo, q̄ vnus
 idem Deus fecit vt illa quę constituit in veteri testamento: muta-
 uerit in nouo. Par in parè nō habet iperiu. l. Ille a quo §. Tēpesti-
 uè, ad Trebellia. c. Innotuit, de electio. Hęc cōclusio est cōtra gra-
 ues arbores. Contra Palu. d. 40. & 41. Anto. 3 p. ti. 1. c. 14. §. 2
 Ricar Bona. Mayo. Maio. Sylues. verbo matrimonium. 8. §.
 10. & in verbo Papa. §. 6. l. dem Vual. de sacramentis. ca. 134.

C Contra conclusionem obijci potest quod nos superius dixi-
 mus, q̄ saltim primus gradus in linea transuersali: vt est fratru
 inter se, licet non sit de iure nature primeo, sic q̄ includat mani-
 festam, & intrinsecã malitiam: tamen diximus esse de. 2. princi-
 iuris nature. Quod si ita est, cum ad ipsum spectet in lege dispen-
 sare, ad quem spectat & legem condere, cum legem nature tam i
 primo gradu, q̄ in. 2. solus Deus instituerit, nullo modo sum-
 mus Pontifex.

Sapient. 8

 Abulen-
 1. regum.
 8. q. 157.
 et. 158.

 Obiectio.
 Couaru. 2
 §. 9. c. 6
 §. 10.
 Tiraque. l.
 7. cõnu.
 nu. 23. l. o
 azesi vac
 ta. matri.
 dubi. 2.

Ponti

88 ij

Pontifex poterit dispensare q̄ duo fratres inter se licitè coniungantur in matrimonio: quia inferior non potest aliquid in lege superioris. *Clemen. Romani, de electione.* Et sic non est vera conclusio, summum Pontificem de plenitudine sue potestatis posse dispensare in omnibus gradibus lineæ transversalis.

Suplem. d
40. q. P.
arti. 3.
p. nota.

¶ Pro solutione obiectionis op̄r memorari illorū quæ sup̄ diximus, de illis quæ prohibentur, vel præcipiuntur per prima principia iuris naturæ, & de illis quæ per secunda: videlicet q̄ prima præcepta quæ sunt per se nota, non patiuntur variationem aliquam, aut dispensationem: nisi a solo Deo: quia sunt talia, quæ semper eodem modo sunt: sicut nec variari cursum rerum naturalium qui semper eodē modo sūt: ut solis, vel asteroidum potest fieri nisi per miraculum a solo Deo. Alia verò quæ sunt de 2. præcepti naturæ, quæ sunt conclusivæ deductæ variari possunt ab alio q̄ a Deo. Sicut & in naturalibus illorum quæ frequenter contingunt eodem modo: variatio fit a causa alia naturali impediēte. Sicut solitum est frequenter nasci hominem cum 5. digitis in manu, iam potest variari per aliam causam naturalem. Et sic aliquando nascitur homo cum 6. digitis, vel cum 4. absq̄ miraculo, solū ex multitudine materiæ, vel parvitate, quæ impediētum præstitit debite formationi.

¶ Diximus etiam q̄ illa quæ sunt de 2. præceptis iuris naturæ non habent aliquam vim obligandi de se: quia non sunt de per se nota, sed obligant, quando sunt declarata per aliquā legem humanam, vel diuinam, vel per consuetudinem approbatam, quæ habet vim legis. His suppositis dicendum. Dato ita sit coniunctionem fratrum in primo gradu lineæ transversalis prohibitam iure naturæ secundo, tamen tale ius naturæ potest ab alio q̄ a Deo mutari absq̄ miraculo. Ratio est: quia illud tale ius naturale nō obligat: nisi per legem diuinam, vel humanam fuerit constitutum vel per consuetudinem. At, qui legem dedit de illo, & per eam obligavit ad tale ius, poterit & deobligare tollendo legem, vel dispensando in lege. Alioquin per suam legem non daret ipse vim obligandi.

2. nota.

Solutio ob
iectionis.

A di, sed aliud eſet. Ratio eſt: quia legiſlator qui declarauit hoc eſſe ius naturæ, & conueniens vno tempore, poteſt in alio tempore, & alijs circumſtantijs conſideratis dicere non eſſe conueniens iuri naturæ tunc illud obſeruari circa iſtam, vel illam perſonam. Et illud eſet diſpenſatio in tali iure. Ad propoſitum applicando, q̄ coniuñtio fratrum ſit mala, non eſt nota de per ſe, ergo ſolum obligat quia aliqua lege declaratur, vel conſuetudine, ſed non declaratur eſſe malam talem coniuñtionem per legem diuinam obligantem modò: quia in Euangelio nihil tale Chriſtus redemptor noſter expreſſit, tamen declaratur malum lege poſitiua humana, talem prohibentem coniuñtionem. Ergo vim obligandi habet ſolum ex tali lege poſitiua, dato ita ſit quod ſit de. 2. preceptis iuris naturæ. Si ergo Pontifex, vel Eccleſia per legē ſuā obligauit ad illud, ad quod ante non erat obligatio, ſecluſa tali lege, poterit diſpenſare, & deobligare aliquem ex plenitudine ſue poteſtatis, vel ſi non poteſt deobligare: ergo non video quomodo potuit de nouo obligare ad illud, ad quod non fuerat obligatio in illis quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis. Et ſic patet ſolutio ad obiectionē. Poteſt enim ſummus Pontifex in tali iure naturæ diſpenſare: quia ferè omnes gradus alij ſunt iſto modo de iure naturæ: quia mediātē, vel immediātē eliciuntur ex primis principijs per viam, vel per multas cōcluſiones, ſed poteſt in alijs gradibus, nō obſtante ſint de iure naturæ iſto. 2. modo, ergo poteſt in primo. Nec propter hoc ſummus Pontifex diſpenſare dicitur i iure naturæ, vel tollere ius naturæ. Diſpenſaret tunc propriè, ſi ipſe tolleret non eſſe de iure naturæ talē coniuñtionē prohibita, nec d̄ primis principijs, neq̄ ſecundis, quod ſolus Deus p̄r, q̄ auctor eſt naturæ. Diſpenſat tñ in iure poſitiuo, & tollit ius poſitiuū, quod ipſe tollit, & obligationem quā ipſe poſuit per ſuam legem, quando prohibuit talem gradum. Sic in omni gradu tranſuerſali poteſt: quia omnem talē poſuit. Hoc affirmat dominus Abul. 1. regum. 8. c. q. 151.

Atulen.

¶ Sequitur alia pars concluſionis, q̄ licet poſit, non expediat ſine cauſa urgente. Multa enim licent, quæ non expediūt: vt ait

Paulus

88 iiij

p. cor. 6. Paulus. Et quidem non expedit: quia per dispensationem tollitur
 Abulen. quodam bonum. s. reuerentia quedam cognationis, que non seruat
 2. Mat. 2 inter personas iunctas in matrimonio, sed non ex p. du. hanc tolle
 9. 117. re, ergo nec expedit dispensare in omnibus gradibus.

¶ 2. Non expedit impedimentum ponere dilatandę caritatis,
 sed dispensando in istis gradibus tale impedimentum ponitur,
 ergo non expedit dispensare. Patet: quia ratio prohibitionis talium
 graduum assignatur vt caritas extendatur ad extraneos. Per
 matrimonium enim solent maiori dilectione diligere, q̄ si non essent
 aliquo vinculo coniuncti. Coniuncti veró consanguinitate, vel af-
 finitate, habent rationem dilectionis adinuicem, quam extranei
 non habent. Et sic naturaliter plus diligunt se. Quare prohibitum
 est matrimonium inter ipsos, inter quos est vinculum amoris: vt
 sic fiat cum alijs extraneis, & habeant per talem coniunctionem
 nouam causam dilectionis. At, sic est q̄ si fieret dispensatio pas-
 sim, non extenderetur, nec dilatarctur caritas ad extraneos. Con-
 sequens ergo est, non esse expediens dispensare in talibus gradibus.
 Dixi. Sine urgente necessitate, quam intelligo urgentem, quãdo
 ex tali dispensatione maius bonum sequitur, q̄ sit malum irreue-
 rentię, vel dilatationis ad extraneos. Multi enim contingunt ca-
 sus, in quibus per dispensationem maius sit bonum quod sequitur,
 q̄ malum quod incurritur. Et hoc pensitare, & librare non cuius
 libet est, sed ipsius summi Pontificis, cui potestas dispensandi cõ-
 missa est. Non est nostrum iudicare de iniustitia, vel iustitia cau-
 se. Sufficiat certo scire ipsum posse de plenitudine suę potestatis
 dispensare in omnibus gradibus lineę transversalis. Et q̄ talis cũ
 quo facta est dispensatio securus erit in conscientia, licet aliquã
 do summus Pontifex in extimatione causę possit peccare vt endo
 potestate sibi concessa ad libitum sine discretionē, & iudico ratio
 nis. Sed asine debent pascere iuxta boues arantes. Subditi bene
 faciunt: si contenti sint scire talem habere potestatem summũ Põ-
 tificem. Boues, doctiores, literati, doctores, arent, disputent, qualis
 & que erit causa rationabilis dispensandi, quod bene doctõr. S. 12

Couaru. 2
 p. epito. c.
 6. S. 9.
 Iob pri.
 Gregorius

A q. 97. ar. 4. & Bernar epif. 271. Sed tamen ille cum quo dispensatum est licet peccet, dispensationem tñ est adeptus, & tenet: vt si Papa in 3. gradu, vel 2. dispensauit, & non erat causa rationalis, tenet matrimonium, quidquid dicat Fortuius in l. Gallus. ff. Fortuius de lib. & posthumis.

¶ Dixi in cōclusionē. In linea transuersali: quia in linea recta s. Thom. descendentiū, vel ascendentiū, non potest Papa dispensare d. 40. q. p. Non enim posset de plenitudine suā potestatis facere licitum ar. 3. quod quis duceret filiam, vel matrem. Et ratio est. quia hoc est de Armilla i iure diuino prohibitum in Euangelio: vt diximus. Et est de iure verbo dispen. §. 9. naturæ primeuo, in quod nullam potestatem potest summus Pon Floren. 3. tifex, neq; tota Ecclesia exerceere Neq; potest variare: quia non Pat. l. c. 14 est data potestas. In quo male loquutus est Abbas in. ca. Non est Armilla de voto, qui dixit, in iure diuino posse dispensare. Et Felinus in. c. dispen. §. Que in Ecclesiarum, de constitutio. Et Decius in cōsi. 112 & Fer 7.

B dinandus Loazes in matrimonio regis, dub. 2. & Lodouicus Gon S. Tho. 12 za. consi. 51. Manet ergo in veritate, q. licet summus Pontifex q. 97. ar. uon debeat absq; causa, potest tamen dispensare in omni gradu 4. ad. 3. lineę transuersalis, siue consanguinitatis, siue affinitatis. Et qui gradu 4. ad. 3. dem non debet sine urgente necessitate, præcipuē in illis gradibus quib. 9. in quibus abstinent infideles: quia maior sar. cōtudo decet Eccles. ar. 15. am Dei. Sic etiam in gradibus maius abstinerdum est christianis Tur. cre. Tamen non negandum est quin Papa possit dispensare in illis, li. 2. sume cēt male ageret si sine causa. Et ratio est: quia omnia illa prohibitca, maio. ra sunt de iure positivo, in quod ipse potest. siquidem non posset in. 4. d. summus Pontifex dispensare in illis que Christus instituit obseruā 24. q. 12. da. Neq; aliquid posset mutare quod Christus instituit. Neq; pos- Drica, de. set Papa, nec concilium generale aliquid variare illorum que A liber. chri postoli ordinauerunt ex Christi mandato. Similiter neq; in his q. de potest. Almayn Christi aperte non dixit, neq; Apostoli. Que de Flores sacra eccle. c. 13 scripture subtiliter inquirentes ostendunt fuisse de intentione Ange. in Christi, etiam si non fuerint expressē dicta a Christo, aut ab Apo- ver. Papa. stolis. Ratio est: quia tunc fieret contra mandatum Christi. Nam ver. Papa. dato q. 16.

Ad eph. 4. dato aliquid tale non expressum fuerit dictum a Christo, vel ab **A**
 Math. 5. Apostolis de intentione Christi, tamen quia doctores quos Deus d
 Clitove. in dit Ecclesie sue sic intelligunt, tanq̄ de intentione Christi fuisse e
 antiluth. tenendum tanq̄ expressum. Neq̄ Pontifex potestatem habet va
 c. 3. et 4. riandi potius q̄ tollendi quod expressé mandatum est a Christo:
 Roffen. cõ quia eandem vim habet vtrunq̄: sicut illa que Ecclesia habet ex
 tra Luthc. traditione Apostolorum ore tenus, licet nõ sint expressa in sacro
 verita. 9. eloquio. Verum quia sic Ecclesia tradit, et doctores affirmant,
 Cõcilium Tridenti. eandem firmitatem retinent: sicut si expressa essent. Nam nõ est
 Damas. li. 4. cap. 13. dubium q̄ multa Christus, et multa Apostoli fecerunt, que nõ ha
 Dioni. c. p. bent scripto, sed ore tenus habuit Ecclesia, et viua voce. Multa
 ecclesias. enim alia fecit Iesus (vt ait Ioan.) que non sunt scripta in libro
 hierar. hoc. Et Paulus. Accipite traditiões meas, siue que per epistolam, si
 Ioa. v. ti. ue q̄ per sermonē accepistis. Sic similiter non posset Pontifex dis
 2. thesa. 2 pensare in illis que essent declarata a doctoribus tanq̄ de intenti
 Cipria, ser one Christi. Quod determinauit Urbanus papa. 2 s. q. 1. Sunt qui
 de ablu. pe dam dicentes Romano pontifici semper licuisse nouas leges cõde
 Hila. li. 6. detriuita. re, quod et nos nõ solũ nõ negamus, sed etiam valde affirmamus **B**
 Urbanus. Sciendum verò summopere est, quia inde nouas leges condere po
 Orig. ho. nu. 5. sup test, vnde Euangeliste aliquid nequa q̄ dixerunt, vbi non aperte
 nume. dominus, neq̄ eius Apostoli, et eos sequentes sancti patres senten
 tialiter aliquid diffinierunt, sed vbi expressum est in Euangelio,
 vel ab Apostolis, vel Ecclesia ore tenus habet ab eis, ibi nõ nouã
 legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod predicatum est
 vsq̄ ad animam, et sanguinem confirmare debet. Si enim quod
 Apostoli docuerunt, et p̄betẽ destruere (quod absit) niteretur
 non sententiam dare, sed magis errare cõuinceretur. Hęc ibi. Ec
 ce habemus quomodo summus Pontifex in illis que Christus nõ di
 ffiniuit, neq̄ Apostoli, neq̄ sancti patres tanq̄ dictum a Christo
 affirmant, potest dispensare. Secus tamen in illis que Apostoli di
 ffinierunt. Intelligendum tamen est summum Pontificem non pos
 se aliquid diffinire contra Apostolorum sententiam, in illis que
 ipsi dixerunt, que continent doctrinam moralem, secus in alijs q̄
 cere

A ceremoniale. Nam moralia dicta ab Apostolis: quia ad ius naturæ spectant, non posset summus Pontifex mutare, sed tamen ceremonialia posita ab Apostolis ad instruendas Ecclesias, quas acciperant regendas, possunt per summum Pontificem mutari, & posset in illis dispensari: sicut Paulus dixit, non esse ordinandum bigamum, neque homicidam. Tamen certum est summum Pontificem dispensare posse. Et quod aliquando dispensauit. Horum est ratio: quia licet minor non possit in lege superioris dispensare, vel aliquid mutare, tamen potest in lege sui equalis dispensare, & mutare eam. Sicut diximus quod vnus Pontifex potest mutare quæ alius ordinauit: quia par imperium non habet. Cui ergo summus Pontifex (quisquis ille sit) equalis sit Petro in potestate, necesse est cedere a fortiori equali esse cuilibet Apostolorum. Si enim succedit in eadem potestatem Petri, qui princeps erat, & vertex cernium Apostolorum, non potest dubitari quin & habeat, si non maiorem, saltem equalem potestatem cum ceteris Apostolis. Poterit ergo Pontifex mutare quæ Apostoli instituerunt tunc conuenientia suis Ecclesijs. Dato enim Apostoli gradus prohiberent in matrimonio: quia illa non essent moralia, sed iudicialia, saltem quo ad tot gradus, posset summus Pontifex dispensare in talibus gradibus, & variare. A fortiori poterit si non sunt traditi gradus a Christo, nec ab Apostolis, sed ab alio summo Pontifice, vel concilio. Poterit ergo statutum concilij generalis de prohibendis gradibus in matrimonio. Sicut et Innocentius, 3. cassauit constitutionem totius Ecclesie de non contrahendo intra, 7. gradum, reducendo usque ad 4. Extra de consang. et affi. c. Non debet. Et cap. supra allegatum. Sunt quidam. 25. q. 1. non est contra hoc. Ib. i. eni dicitur, non posse Pontificem mutare quæ Christus, et quæ Apostoli dixerunt de intentione Christi, vel de mandato eius, siue essent moralia, siue ceremonialia. Item. Nec posset mutare illa moralia quæ Apostoli tradiderunt: quia talia sunt naturalia, sed tamen alia ceremonialia, vel iudicialia quæ Apostoli tradiderunt ex suo, non ex Christi mandato posset summus Pontifex mutare, cum sit equalis

Ceremonialia posita ab Apostolis posset pontifex si vnus mutare.

1. corin. 3.

S. Thom. quolib. 4. art. 13.

Iacobatus de concilio lib. 5. c. 15
Almayn in tracta. de potestate ecclesie ca. 14.
Feli. c. p. de consti. Abba. c. significat. ac electio. Tur. et cre li. 3. c. 52. & 53.

Turre cre
li. 3. c. 53.
Alm. 19. d
potes. c. 13
Cathe. cō-
tra Caie.
li. 6. ca. 12

lis potestatis cum Apostolis. Habet tamen Pōtifex Christi vica
rius potestatem interpretandi, et declarandi ius diuinū, vbi subo
ricitur difficultas.

¶ Ex omnibus his habes quomodo illi qui causā regis Anglie
defendebant nostris temporibus, dicentes summū Pontificem nō
potuisse dispensare in primo gradu affinitatis: vt quis duceret re
lictam fratris: grauiter deffecisse. Si enim potest in primo gradu
consanguinitatis: vt duo fratres inter se data dispensatione con

Hieron.
curel in-
tractatu-
matri, re-
gis anglie
dubio. 1.

iungantur, a fortiori in gradu affinitatis. Qui enim potest quod
maius, & poterit minus, sed consanguinitatis vinculum maius est
affinitate: quia non est affinitas: nisi propter consanguinitatem,
cum non sit iure diuino, neq; naturali prohibitum, quicquid di-
cāt Ludouicus gonz. a. consi. 51. & Hieronimus gratus, consi. 1.

2. volu. Et Parisi. consi. 154. volu. 4. Isti omnes errant dicentes
matri. cum relicta fratris esse prohibitum in. di. & naturali. Non
licet de potenti a ipsius Pontificis dubitare, sed absq; dubio tenen
dum, posse dispensare. Instar enim sacrilegij est de hoc dubitare
vt ait. B. Antoninus. Nam Christus non bonus eset pater familias
(vt ait Ricardus) nisi relinqueret successorem suum in Ecclesia,
qui posset prouidere in omnibus occurrentibus, & dispensare in
istis. Sic etiam Caie. in loco citato. 22. q. 154. a. 9. & Armilla in
verbo Dispensare §. 9.

¶ Et hoc confirmatur expressa concessione Leonis. 10. qui de
dit fratribus ordinis. S. Aug. quōd cum his qui in primo affinita
tis gradu scienter, aut ignoranter contraxerant, modo notoriū
id non fuerit, neq; in iudicium productum, dispensare valeāt vt
de nouo contrabant, & in eodem item contracto matrimonio
remanent, prole quinetiam legitima. Hęc adducunt a Roffen. in li
bello matrimonij regis Anglię in principio. Et q; potuit fieri dis
pensatio in casu illo regis Anglię, a Clemēte. 7. diffinitum est cō
tra Parisienses, quā vide in Castro, de pœna legali li. 1. ca. 12.

Obiectio.

¶ Sed contra istam vltimam conclusionē videtur expressa
determinatio pōtificis, Extra, de restitutio. spol. c. Litteras, vbi
dicit

A dicit pontifex, aliquos esse iuris diuini gradus, in quibus non possit pontifex dispensare. Et Glo. ibi declarat, gradus illos Leuiti. Si enim ita textus intelligendus sicut Glo: vult, ruit quicquid nos diximus in questione. Quod si non est intelligenda Glo. de illis Leuiti. 18. videamus quid textus intelligat prohibitiuam iure diuini, in quo non possit papa dispensare.

¶ Re. Primo Glo non admittendo. Ille quidem glossator neq̄ *Solutio cōtra Glos.* textum intellexit, neq̄ quid sit vere ius diuinum caluit. Quorsum obsecro ius diuinum legem veterem declarat, in eamq̄ Papam nō posse dispensare, cū talis iam non sit lex, neq̄ alicuius momenti aut roboris? Lex enim a ligādo dicitur, & ius diuinū: quia ius et fas dicit, sed iam lex vetus non obligat, ergo lex dici non debet. Item. Neq̄ ius dicit: quia nō illa operanda, quę ibi scripta sunt, cūm fuerint mortua.

¶ Ad textum igitur respondebimus sicut dominus Abulē. in *Abulen.* *vbi supra.* *rispitus,* Theologusq̄, respōdet. q. 153. super. 8. capitu. primi. R. c. regum. 8. gum, qui ait, q̄ quando summus pontifex dicit, papam non posse dispensare in iure diuino, si per ius diuinum intelligatur illa quę fuerunt posita in Leuitico, non potest. i. nō expedit q̄ dispenset. Et probat: quia infertur ibi, non potest, neq̄ consuevit in illis dispensare. Quorsum addidit Pontifex, non consuevit, si non potest simpliciter dispensare? Certum est non esse consuetum dispensare: quia consuetudo non esset, vbi potentia denegata est. Et sic intelligit ibi textum, sic debere intelligi, sicut nos supra diximus. Dato summus pontifex de plenitudine suę potestatis potest dispensare in omnibus illis gradibus, & possit, non tamen expedit dispensare: sicut diximus, Et sic intelligitur, non potest. i. non honeste potest: quia non expedit. Nam eo q̄ stante honestate non potest fieri dispensatio in illis gradibus, quam honestatem summus pontifex obseruare habet: dicitur ibi absolute, non potest dispensare: quia non consuevit id facere. Sicut quando duo sunt iuncti in matrimonio, & est impedimentum inter eos, quoniam non possunt stare: compelluntur simul stare. Et dicitur q̄ etiam

si sententia excommunicatinis compellatur, potius debent eam subire, q̄ carnaliter cōmisceri. Tamen si Papa tunc dispensasset illud præcipiendo; non esset opus sententiam excommunicatinis subire: quia ex hoc q̄ summus Pontifex compelleret simul stare, & præciperet debitum reddere illis, qui impedimento occulto nō possunt stare, in quo Papa potest dispensare, ut est in gradu prohibito affinitatis, vel consanguinitatis, vel quando est impedimentum criminis: videre d̄ dispensasse. Verū non iudicatur dispensasse: quia dicitur debere potius subire sententiam excommunicatinis, q̄ cōsentire in redditione debiti. Ergo causa est: quia licet possit dispensare, non consuevit tamen. Et in illis que non consuevit: quia non expedit, neq̄ est honestum dispensare. dicitur q̄ non potest dispensare: quia difficulter id facit. Sicut a simili in Evangelio dicitur: non potest diues intrare in regnum cœlorum. i. difficulter potest. Sic non potest Papa dispensare: quia difficulter potest, eo

Math. 19

2. solutio. q̄ non expedit. Attamē ego do aliam solutionem, dicēdo q̄ verbum potest intelligit̄ secundum rigorem: ut ita sit, q̄ nō possit dispensare Papa in gradibus prohibitis iure diuino. Nam tales solū sunt illi, qui & prohibiti sunt iure naturali: ut supra diximus, & in illis qui iure nature prohibiti sunt: non potest summus Pontifex dispensare. Sicut iure diuino est prohibitus gradus ascendentium, & descendentium, in quo nō posset de plenitudine sue potestatis summus Pontifex dispensare. Quōd si dispensaret, sc̄d̄m non teneret. At ista solutio licet sit bona, non est ad propositum: quia ibi in textu. Q. petita erat de gradibus non ascendentium, aut descendentium, sed de 3. vel. 4. gradibus consanguinitatis, quos censet̄ esse prohibitos solū iure positivo.

3. solutio.

¶ Dici potest. 3. ad textum. Summum Pontificem adduxisse opiniones diuersas circa dispensationem graduum, inter quas una q̄ in gradibus diuina lege prohibitis non possit Papa dispensare. Verū non sunt gradus illi, de quibus quebatur, diuina lege prohibiti, sed solū iure humano. Quicquid autem sit de ratione illius textus: quia (sicut supra diximus) ratio diffinitionis Pontificis quā

Supra in
hac parte,
aru. 21.

A quã a signat non est necessario tenenda: quia loquitur tunc tanquã homo, & nõ determinat tanquã Põtifex: nõnihil facit contra illa quã diximus. Tenemus enim eius diffinitiuam sententiam ibi datam, tamen rationem propter quam data est: non est necessarium tenere. Et sic nihil contra superius dicta ex illo haberi potest amplius: quã si vnus alius id dixisset. Manet ergo conclusio firmiter tenenda, nullum gradum Leuiti. modo obligare infideles gentiles, nec tunc obligasse. Item, Nullum modo obligare christianos, nisi quia ab Ecclesia sunt prohibiti. Et tãdẽ in omnibus, siue primõ, siue. 2. potest Papa de plenitudine suę potestatis dispensare, licet non expediat sine necessitate. In quo valde deceptus est Viguerius qui in *Contra vi* suis Theologicis institu. cap. 16 §. 7. dicit, non posse dispensare *guerum*, in casibus expressis Leuit. 18. Et dicit non posse vt quis esset cum *palude*, vxore fratris mortui sine liberis, cuius contrarium per *Clementẽ* *d. 41. q. 2. conclu. 2.* 7. diffinitum est in matrimonio regis Anglię.

B **ARTICVLVS 28.**

An matrimonium ratum inter infideles sit indissolubile.

Sequitur vltima questio huius. 2. p. In qua 9 casibus matrimonium infidelium (dato sit legitimũ) dissoluatur. Nam ex hoc quod aliquando dissolui potest apud infideles: posset aliquis dubitare. Vtrum inter infideles sit matrimonium, cum non sit omnino indissolubile: vt apud fideles. Ob quod oportet latius disputare materiam. Et 1. queritur. Vtrum matrimonium infidelium contractũ & consumatum inter legitimas personas sit dissolubile: est legẽ datã a Christo de indissolubilitate matrimonij. Si enim indissolubilitatem habet in se verum matrimonium: sequitur quod si inter infideles verum est matrimonium (vt diximus) nulli modo amplius dissolui posse, quã apud fideles. Et si dissolubile est apud infideles, alio modo quã apud fideles, probatur non esse matrimonium verum inter infideles, cuius contrarium ostendimus. *Quare opere precium*

erit breuiter repetere vnde matrimonium habeat indissolubilitate: vt sic ea cognita, & a quo, intelligere possimus quis dissolue re possit, et quomodo.

conclu. ¶ Indissolubilitas in matrimonio siue apud fideles, siue apud infideles, nō est de iure naturæ: sic q̄ omnes nō obseruantes eā peccent, seclusa lege aliqua, sed est de iure diuino Evangelico, Christo præcipiente, & declarante talem indissolubilitatem. Probatur.

Vi. Vigue Nam (vt sepe diximus) ante aduentum Christi in lege naturæ *in in* & in lege scripta, & tandem a creatione mundi, semper fuit ma- *stitutioni.* *trimonium,* tamen non fuit semper talis indissolubilitas, vt cōstat *theolo. c.* ergo non est ex iure naturæ. Non enim est credibile talem indisso- *16. §. 7.* lubilitatem esse de iure naturæ, & quōd in statu illo non seruari tur. Probatur assumptum: quia repudium (vt diximus) fuit statim a principio, & per repudium dissoluebatur matrimonium, & repudiando non peccabāt, vt supra probauimus. Sequitur ergo talem indissolubilitatem non esse ex iure naturæ. Alioqui, vel nō *B* dissolueretur verē per repudium, vel si dissolueretur, nullum fuis set matrimonium inter tales gentes, quorum vtrunq̄ falsum est. Patet quod intullimus. Nam si indissolubilitas de essentia eius est, vbi non fuerit essentia, neq̄ illud cuius essentia est: sicut vbi non erit anima rationalis, neq̄ homo.

Math. 19. ¶ 2. pars cōclusionis probatur. Nam Christus legislator vniuersalis manifestauit matrimonium indissolubile, ostendens nulla causa licere vxorē dimittere, & modō non dissoluitur per repudium, vt patet ex Ecclesiæ determinatiōe, n. c. Gaudemus, Extra de diuortijs, ex sententia Christi id diffiniētis. Sequitur ergo in dissolubilitatem matrimonij solū esse ex præcepto Christi dicitis. Quos Deus coniunxit homo non separet.

2. conclu. ¶ Si in aliquo casu matrimonium legitimum dissoluitur, siue sit apud fideles, siue apud infideles, solū est ex interpretatione verborum Christi, in quibus ipse qui indissolubilitatem matrimonij præcepit: dissolui posse declarauit. Probatur. Matrimonium legitimum per verba de presenti ante consumationem inter fideles

Ales contractum verè dissoluitur per ingressū religionis, vt deter-
minatur in.ca. Verū, Extra, de conuersione coniunga. & inter in-
fideles per conuersionem vnus ad fidem, alio nolente cobabitare
vel non sine contumelia creatoris, vel sine hoc quod fidelem per-
trabat ad mortale, vt patet, Extra, de diuortijs.ca. Quanto. Ta-
men nullus potest in lege Christi dispensare, vel aliquid mutare,
neq; tota Ecclesia simul, vt diximus: nisi ipse solus Christus. Ergo
quandoquidem matrimonium verum dissoluitur: erit per Dei cō-
cessionem, qui fecerat matrimonium indissolubile.

S. Thom.
22. q. 88.
In. 4. d.
38.

¶ Quod matrimonium ratum non consumatum inter fideles
cōtractum per ingressū religionis dissoluatur solū, & q; consu-
matum nullo modo dissoluatur: habetur ex dictis Christi. Pro-
batur. Christus Math. 19. indissolubilitatem matrimonij osten-
dens dixit. Erunt duo i carne vna. Itaq; iam nō sunt duo, sed vna
caro. Quos ergo Deus coniungit homo non separet. Significauit-
ergo illā indissolubilitatem esse propter vnitatem carnis. Et hec
vnitas carnis non est nisi per carnalem copulam. Ergo voluit de-
terminare Christus matrimonium consumatum esse indissolubile.
Sequitur ergo ex verbis ipsius xpi talē indissolubilitatem non esse
in matrimonio non consumato, ergo verè dissolui potest, & non ob
aliud nisi quia ex verbis Christi id colligit, & intelligit Ecclesia,
cui pertinet declarare mentem Christi in scriptura. Sic Alex. 3. Alex. 3.
in.c. Verū, dicit Cū non fuissent vna caro simul effecti: potest
vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Et idem in.c
Ex publico, eodem ti dicens. Sanē qđ dominus in Euāgelio dicit
Nō licere viro nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimit-
tere: intelligendum est secundum interpretationem sacri eloqij,
de his quorū matrimonium est carnali copula consumatū. Et sic
si non esset ex interpretatione sacri eloqij, indissolubilē manife-
stans consumatum matrimonium, & solubile in aliquo casu nō cō-
sumatum: nunq; Ecclesia decreuisset dissolui per ingressum reli-
gionis: quia nullo modo posset aliquid contra Christi præceptum
diffinire, sed ex verbis ipsius Christi intellexit dissolui posse ma-

3. conclu.
Math. 19.
Gen. 2.

Math. 5.
c. 19.
De hoc do-
ct. Me-
dina i suo
de restit.
q. 3. cā. 8.
ad. 3. ar-
gumētum

trimonium non consumatum. Et quia intellexit per ver- A
 ba Christi consumatum non posse dissolui per ingressum religio-
 nis: sic declarauit vt patet: quia licet intrauerit alter coniugu n. o
 nasterium, & profesus fuerit: non soluitur matrimonium, Extra.
 de conuersione coniugatorum c. Verum. Et c. Vxoratus, vbi dici-
 tur, quod non licet vni sine licentia alterius intrare in cnastrerium
 Quod si ingrediatur etiam cum licentia: non soluitur matrimo-
 ni- Conclu. est expressa in c. Ex parte tua, de conuer. coniuga. Di-
 citur ibi. Consultationi tue taliter respondemus, qd ex quo mat-
 monium de presenti inter legitimas personas contrahitur, illis vi-
 uentibus, in nullo possit casu dissolui, vt uiuente reliquo, alter ad 2
 vota transiret, etiam si vnus fidelium inter quos est ratum con-
 iugium fieret hereticus, & nollet permancere cum altero sine con-
 tumelia creatoris: nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, que
 superat omnem legem: sicut a quibusdam sanctis legitur esse fac-
 tum. Hec in textu. Ex hoc habetur nullo modo matrimonii dissol- B
 ui: nisi in casu quo Christus insinuauit dissoluendum, ex verbis, vel
 reuelatione facta. At, quia factum est a quibusdam, nisi solu- ta
 buerunt sponsas de presenti, & nondum cognouerant eas carna-
 liter transeundo ad religionem, qui allegantur in c. Verum. Et. c.
 Ex parte tua, vbi summi Pontifices in loco Dei p̄siti, cognoscen-
 tes voluntatem Dei, declarauerunt ex intentione Christi fuisse:
 matrimonium ratum non consumatum solui solum per ingressum
 Error ali- religionis inter fideles. Consumatum autem non. In quo Socinus cō-
 quorū ex filio. 28. volu. 1. Et Decius in c. Que in Ecclesiarum, de constitutio.
 uisperi. Et Hieronymus grat. consili. 1. vol. 2. & Lefredus, consilio. 50. er-
 rauerunt, dicentes etiam consumatum per Papam posse dissolui,
 vt alias tetigimus in. 1. p.

Soto de Ex ista conclusione videtur omnium Theologorum (excep-
 iusti, & to Caie. & Siluestro in verbo diuortium. 4. & Catherino lib. 6.
 iure. li. 8. contra Caie. c. 3.) veram conclusionem esse, summum Pontificem
 q. 2. ar. 5. non posse dispensare in matrimonio rato, etiam si non fuerit con-
 sumatum, quia solum dissolui potest per ingressum religionis, et non per
 dispen

A dispensationem Pontificis. Et quidem si posset Papa dispensare, quare & Episcopus non posset in sua diocesi, cum non sit ei interdictum. Nam omnia que potest Papa in vniuerso, potest Episcopus in sua diocesi, nisi sit ei interdictum. Et hoc stando in i. naturali, & diuino. Sic magister *Victo.* & *Soio.* de iustitia & iure. li. 1. q. 1. ar. 3. Et ante illos *Nicholaus de causa cardinalis* li. 2. de concordantia catholica. c. 13. Et *Abul. Math.* 16. q. 87. Ad quod est textus *Anacleti Papæ* d. 21. c. In nouo. De quo nos sup. *Paulum*.

Victo.
Soio.
Cusa.
Abulen.

¶ Infidelium matrimonium legitimum, verum, & consummatum dissolui posse in tribus casibus positis. 1. Cor. 7. habet Ecclesia ex intentione Christi loquentis per Apostolum Iuam. Nam Ecclesia determinauit solui posse matrimonium consummatum infidelium in illis tribus casibus, vt patet in. c. *Quanto*, Extra de diuortijs. Et pro causa, & ratione adducit *Paulum* sic loquentem. Sequitur ergo & si verè dissoluitur matrimonium non est per Ecclesie præceptum, sed per Dei dispensationem.

4. conclu.
Hugo de
sancto vi.
li. 2. de sa-
cramen. p
11. ca. 13.

B ¶ Ille solus potest matrimonium verum, legitimum, & consummatum dissolueri, qui legem dedit de eius indissolubilitate, sed solus Deus dedit eam, vt diximus in. 1. conclusione, ergo solus ipse potest dissolueri. At, Ecclesia declarat dissolui in illis casibus, & verè dissoluitur: sequitur illud esse ex Christi verbis, per se, vel per Apostolum declarantem, seu dispensantem in tali indissolubilitate. Alioqui, nisi ex Christi, vel Apostolorum verbis haberet Ecclesia: non posset ipsa dissolueri matrimonium quod semel fuit contractum inter legitimas personas. In quo deceptus est *Ioan.* An. alias pater canonistarum dicitur, ob doctrinam in. c. *Quod votum*, de voto, & voti redemp. in. 6. qui asserit, posse Papam in sci tuere quod per. 2. matrimonium consummatum irritetur primum ratum non consummatum, quem sequitur *Panor.* in. c. *Ex publico*, de conuersio. coniu. Aberrauit enim: quia si per ingressum religionis dissoluitur, est quia habuit a Christo, & non habet quod per aliud consummatum.

Deceptio.
Ioan. And.

p. corin. 7

¶ Et pro debita intelligentia *Pauli* in medio proponamus eius verba. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit

habi
bb ij

habitare cum illo: non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Quod si fidelis discedit: discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Hęc ibi B. Paulus. Ex quibus verbis colligit Ecclesia: vt patet in c. Quanto. Et pater Augustinus & omnes alij doctores intelligunt qd. matrimonium legitimum & consummatum in infideles dissoluitur in tribus casibus. Quorum primus est.

Augusti.

p. casus.

¶ Quando alter infidelium conuertitur, & infidelis non vult simpliciter cohabitare fideli, tunc fidelis potest aliam ducere, & dissoluitur matrimonium: quia B. Paulus dicit. Si non vult cohabitare, & discedit: discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, vel soror. Si ergo non est seruituti subiectus fidelis: si infidelis discedit, & nolit cohabitare: matrimonium dissoluitur, & fidelis potest aliam ducere. Alioquin, si non posset aliam ducere fidelis: esset equidem seruituti subiectus. Magna profectio seruitus esset: si necessario deberet sequi alienam voluntatem, siue iustam siue iniustam: quia fidelis teneretur (infideli recedente) continentiam seruare. Cum ergo B. Paulus dicat, fratrem fidelem, vel sororem seruituti non subiectam: sequitur per discessum infidelis nolentis cohabitare fideli: matrimonium dissolui, & licite fidelem aliam ducere, relicta infideli.

2. casus.

¶ 2. casus est, quando infidelis vult cohabitare fideli, licet non velit conuerti, sed tamen non vult sine contumelia creatoris. Tunc etiam dissoluitur. Nam sicut per hoc quod infidelis simpliciter non volebat cohabitare fideli matrimonium dissoluebatur, sic in isto 2. casu per contumeliam creatoris dissoluitur, etiam si infidelis velit cohabitare. Hoc probatur ex dictis Apostoli, qui ait. Non est fidelis seruituti subiectus: quia non tenetur continentiam seruare si discedat infidelis, & non velit cohabitare, sed quando infidelis vult cohabitare, & non sine contumelia creatoris: perinde est sicut si infidelis recederet, & nollet cohabitare. Ergo cum
matri.

Matrimonium dissoluatur in primo casu, etiam dissoluatur in 2.

Nam fidelis tenetur vitare contumeliam creatoris, & potius mortem sustinere. Sequitur q̄ tenetur prohibere infideli creatoris contumeliam. Quod si noluerit desistere: tenetur ab infideli discedere, ne videatur approbare creatoris contumeliam. Sed tunc si discedendo non posset aliam ducere: seruituti subditus esset: sicut si ipsa nolente simpliciter cobabitare, non posset aliam ducere. Perinde est enim non velle simpliciter cobabitare, & velle, sed non sine contumelia creatoris. Et sic cum in casu primo dissoluatur ex verbis. B. Pauli, qui dicit, fratrem, vel sororem fidelem non esse subiectam seruituti, etiam dissoluatur in 2. quia si non solueretur: esset subditus seruituti fidelis: q̄ teneretur continentiam seruare, cum nullo modo debeat cobabitare cum contumeliam inferente creatori.

¶ Casus. 3. ē, qm̄ infidelis cobabitare vult fideli, sed pertrahit 3. casus.

B eum ad peccatum mortale, tunc, cum fidelis non debeat manere: si timet sibi de periculo: q̄ teneat sub mortali vitare periculum peccati mortalis: debet cogere infidelē vt desistat a tali scandalo, & tali pertractione. Quod si non vult desistere, debet fidelis discedere. Per quem discessum dissoluitur matrimonium: quia ex. B. Paulo non est fidelis seruituti subiectus: sed si infideli nolenti desistere a pertractione ad mortale, fidelis qui tenetur discedere: nō posset aliam ducere, esset seruituti subiectus: quia ad continentiam seruandam obligaretur. Sequitur ergo, quia non est seruituti subiectus, q̄ poterit aliam ducere: quia ita est, sicut si infidelis post conuersionem fidelis nollet simpliciter cobabitare. Et sic isti duo vltimi casus licet non sint expressi in .B. Apostolo, per quos matrimonium dissoluatur, sed tamen quia primus expressus est, et clarē positus, et alij duo euidenter sequuntur ex primo: sicut de clarat B. P. Augu. Ambro. & Gregorius: consequens est omnes tales casus esse ex sententia Apostoli. Et sic determinatum est in ca. Quanto, de diuortijs. Non tamen silentio pertransendum est quod Ioa. Arboreus. 6. li. Theosophie. ca. 10. docet tanq̄ proba-

Eccles. 3.

*Augusti.
Ambro.
Gregorius
Cōtra Ioa.
Arbore.*

bile,

bb ij

bile nullo modo posse matrimonium dissolui legitimum, excepta A
 fornicationis causa: quia relinquit arbitrio legentis, an dissoluatur in supra dictis casibus. Sed quicquid ipse dicat: dubitandum non est quia dissoluatur in casibus citatis: quia hec est doctrina sanctorum, et omnium scholasticorum.

1. obiectio. ¶ Antequam procedamus ad declarationem in speciali, est opponendum argumentum: quia videtur non dissolui posse etiam in illis tribus casibus. Nam si dissolueretur, maximè quia. B. Apostolus loqueretur ex intentione Christi dispensantis in lege data de indissolubilitate in talibus casibus. Alioquin, Apostolus Paulus, nec Petrus, immo neque omnes Apostoli simul possent dispensare, vel mutare legem latam a Christo de indissolubilitate matrimonij. Sed videtur quod. B. Paulus illa verba non dixerit ex intentione Christi. Ergo ex illis non potest Ecclesia argumentum sumere ad determinandum matrimonium consummatum dissolui in illis casibus.

2. obiectio. ¶ Item: quia non est nisi vnus casus solùm expressus in. B. Paulo, quorsum extendit Ecclesia ad tres casus: Et probo quod. B. Paulus illa non dixerit ex intentione Christi. Nam ante illa verba in eodem. ca. dixit. Precipio non ego, sed dominus, uxorem a vno non recedere. Quòd si recesserit: maneat inupta. Ecce declarauit indissolubilitatem matrimonij ex intentione Christi. Et subdit.

p. corin. 7
 Alijs dico ego: non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelis, et hec consentit habitare cum illo: non dimittat illam. Et si quæ mulier, et c. Cõstat ex cõtextu litteræ quòd. B. Paulus loquebatur ista non loqui nomine Christi, neque de intentione Christi: quia ait. Dico ego: non dominus, cum tamen antè dixerat. Dicit dominus: non ego. Sequitur ergo nullo modo dissolui posse matrimonium in illo casu. Apostoli. Nam quando nos concedimus dissolui posse, est per hoc quod credimus per aliqua verba dicta de intentione Christi dispensatum esse in dissolubilitate matrimonij: sicut dicebamus fieri, quando matrimonium nõ est consummatum inter fideles: dissolui per professionem religionis. At, ista verba. B. Pauli (vt patet ex littera) dicta videntur non ex intentione Christi, sed ipsius. B. Pauli

Doctores.
 d. 38.
 Medina.
 de restit.
 q. 3. ca. 8.
 ad. 3.

A Pauli. Ego nullo modo per talia verba dissolui potest. Vel oportet dicere. B. Paulum posse dispensare in lege Christi, quod est falsum.

G Ad hoc dicendum, verum esse. B. Paulum ita in. cap. 1. corinthiorum. 7. allega. Si frater fidelis uxorem habet infidelē. &c. dixisse illa verba ex intentione Christi, per quę Ecclesia intellexit matrimonium legitimum consummatum inter infideles dissolui posse. Et sic determinauit ex eisdem verbis Pauli in c. Quāto, Extra de diuortijs. Et quando argumentabamur. Talia verba non fuisse prolata a B. Paulo ex intentione Christi, eo quod cum primo dixisset. Mulieri nuptę precipio non ego sed dominus a viro non recedere. Deinde de infidelibus dicit e contrario. Dico ego, nō dominus. Si frater fidelis &c. dicimus verum esse talia verba ibidem proposita. Sed dato ipse B. Paulus dicat. Nō dominus sed ego non sequitur verba ex quibus dissoluitur matrimonium non esse prolata ex intentione Christi.

Solutio.

Abulen. p. regum. 8. q. 129.

B Pro quo oportet diligenter notare quod B. Paulus nuptis voluit declarare, quomodo non licebat separari a viris suis. Et ob hoc dixit. Precipio non ego, sed dominus. Et postea volens dicere quomodo quando vnus conuertitur ad fidem, & alius non, debet fidelis cohabitare infideli volenti cohabitare, & quod non debet discedere, etiam si non conuertatur: dicit. Dico ego: non dominus: quia si non hoc dixisset, crederemus esse Dei preceptum fideli, de cohabitando infideli, qui non vult conuerti: sicut est preceptum fideli de cohabitando infideli: vt ipse dixit, sed tamen non tenetur fidelis cohabitare infideli, qui non vult conuerti, licet possit cohabitare: quia per fornicationem illam spiritualem: quia non vult conuerti. matrimonium dissoluitur quantum ad mutuam cohabitationem. Et sic fidelis non tenetur cohabitare infideli, etiam si ipsa velit cohabitare sine contumelia creatoris, & sine hoc quod pertrahat fidem ad peccatum mortale. Sed est consilium. B. Pauli vt cohabitaret fidelis infideli: vt sic infidelis sanctificetur i. vt ex cohabitatione conuertatur infidelis. Et volens consilium explicare de simul

Declaratio mentis Apostoli.

Nota.

Glo. interlinea. 10a. arbor. in suo. li. 6. abeo. Jo. ca. 10. Abulen. p. regum. 8. q. 132.

coba

bb iij

cobabitando si delem, & infidelem: dixit. Dico ego: non dñs. Et Aprius volēs explicare præceptū fidelib⁹ conjugatis de simul cobabitando dixit. Præcipio non ego, sed dominus. Et sic solū suam intentionem voluit explicare, quantum ad cobabitandum consili

Augusti, um præbens. Sic p. Augustinus exponit in epistola contra potentium. Et habetur. 28. q. 1. c. Iam nunc. In alijs, tamen ex consilio, vel intentione Christi determinans. Si noluerit infidelis cobitare fidei, quomodo ipse fidelis, cum non sit seruituti subiectus poterit aliam ducere. Hęc puto sic intelligenda necessario. Alioqui, quomodo posset nobis constare illa esse de intentione Christi, quandoq̄ dem expressè ibidem B. Paulus dicit. Dico ego: non dominus. Cum ergo Ecclesia intelligat B. Paulum illa dixisse de intentione Christi: sic est tenendum: quia aliàs si B. Paulus a se dixisset: erraret Ecclesia per illa verba dissolviendo matrimonium legitimum, contra Christi mandatum, sed hoc non est affirmandum, ergo tenendum est illa verba. B. Pauli dicta esse ex Christi intentione volentis in fauorem fidei matrimonium posse dissolui: quia Christus est Deus conjugiorum christianorum. 28. q. 2. c. Si infidelis, sed coniugia quę sunt in fide, non sunt maiora fide. Sequitur ergo q̄ sapientissimè Deus vult potius cōiugia legitima solui, q̄ p̄ pereat fides. Sed si in casibus supra positis ex Paulo non dissolueretur matrimonium: periret fides non soluto matrimonio, ergo ex intentione Christi est vt soluatur matrimonium, eo q̄ non pereat fides. Nam si nõ lente infidele cobabitare fidelis non posset fidelis aliã ducere: obligaretur continere, sed hoc est difficile, vt dominus manifestauit.

Math. 19. Sequitur q̄ d̄terrerentur homines infideles a conuersione, timētes eos obligari ad continentiam, nolentibus vxoribus conuerti. Vel ipsę vxores terrerentur, & nolent conuerti, timentes continentiam nolentibus viris conuerti. Vel sequeretur maius malum contra fidē, q̄ ipsi conuersi retrocederent, si nolentibus vxoribus cōuerter ipsi nõ possent alias ducere, sed p̄petuò cōtinere deberēt. Facile. n. retrocederent a fide, nolentes continentiam seruare. Hęc autem cōuenientia, & scandala fidei vitare decuit summam sapientiã.

Ergo

A Ergo ex intentione eius Paulus illud explicauit. & Ecclesia catholica sic tenet. Et amplius potuit constare esse de intentione Christi: quia ipse per conuersionem ad fidem uenerat separare filium a patre, & viros ab uxoribus, & uxores a uiris, ut patet *Matth. 10.* *Matth. 10.*

Nolite arbitrari quod ueni mittere pacem in terram, non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni separare hominem aduersus patrem &c. Et *Lucę 14.* dixit. Si quis uenit ad me, & non odit pa-

Lucę. 14.

trēm, & matrem, filios, uxorem, adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus. Volebat ergo istis uerbis dominus Iesus redemptor noster insinuare, esse de uoluntate eius, quod per fidem ipsius esset bonum filium disiungi a patre, & matre, & fratre, & sorore. Item & uirum ab uxore, & uxorem a uiro, sed hoc non uidetur in quo alio casu melius in fidei fauorem quam quando uir conuertitur, & uxor non uult conuertere, neque fidei cohabitare. Sequitur ergo quod tunc de intentione Christi fit separatio. Quod

B si fit separatio, non uolebat obligare ad continentiam: quia difficillimum erat. Ergo uolebat in tali casu licere fidei aliam ducere. *Matth. 10.*

Hanc intentionem B. Paulus nobis explicauit in uerbis supra dictis. Et sic soluitur matrimonium in illis tribus casibus. Neque hoc putet quis peculiare in infidelibus, putans quod in ipsis non est sacramentum fidei, firmans matrimonium, sed solum prouenit ex diuina dispensatione facta, & declarata per os B. Pauli. Et quia solum illi tales casus expressi sunt, in illis solum, & circa personas quibus ibi B. Paulus declarat: dissoluitur, & in nullo alio casu dissolui potest. Quantum ad indissolubilitatem enim nulla est differentia de se in matrimonio fidelium, uel infidelium, quia cum uirumque uerum & legitimum matrimonium sit de se, ex Christi mandato, utrumque indissolubile constat. Neque dissolui potest nisi per dispensationem ipsius Dei. Et quia contingit ob fidei fauorem in tribus casibus potest solui matrimonium infidelium ex intentione Christi ex uerbis prolatis a B. Paulo: sic uerum est in talibus casibus solui posse etiam si sit consummatum, & non in alijs. At, quia circa matrimonium fidelium non consummatum, etiam habetur ex intentione Christi

dissolui.

Theolo. in dissolui posse per professionem religionis solum, & non ob aliam **A**
 4. d. 38. causam: verè dissoluitur in tali casu. Et si Christus reuelasset, vel

Apostoli ex intentione eius proposuissent in alijs casibus inter in-
 deles posse matrimonium dissolui: etiam dissolueretur, siue esset
 ratum & non consumatum, siue esset consumatum. Hęc est infali-
 bilis veritas. Neq̄ putandum ob id matrimonium infidelium plu-
 ribus modis dissolui, q̄ fidelium: quia illud infidelium, & istud fi-
 delium: quia illud illegitimum, & istud legitimum: quia illud solu-
 bile, & istud indissolubile, sed vtrunq̄ verum, vtrunq̄ firmum,
 vtrūq̄ equaliter indissolubile: quia etiam infidelis si modo repudiet
 non dissoluitur. Quis id faciat secundum consuetudinem suam, vel
 leges suas. Ergo etiam indissolubile est hoc, & illud. Ratio autem
 quare matrimonium infidelium iam consumatum dissoluitur i tri-
 bus illis casibus sup̄ positis ex intentione Apostoli, & matrimoniū
 fidelium consumatum in nullo casu dissoluitur, & ratum, & non
 consumatum solum per professionem religionis approbatę: hęc est
 quia hoc, & illud, indissolubile declaratum a Christo, voluit Chri-
 stus. Sicut Paulus declarat infidelium matrimonium dissolui tri- **B**

Palud. d. bus illis casibus, & fidelium ratum non consumatum solum vno
 27. q. 2. casu. Et si amplius vellet, sic esset. Et si in pluribus casibus con-
 Maio. ibi. cederet apud fideles, siue esset matrimonium consumatum, siue
 q. 2. non, dissolueretur in omnibus illis, sicut determinauit Ecclesia in
 Almay. d. istis dissolui. Hęc tenenda sine hesitatione, ne putemus Ecclesiam
 potesta. ec esse, que determinat sua auctoritate matrimonium dissolui i casu
 cle. ca. 15. bus positis. Ex quo verum credo Papam non posse dispensare in
 Natal. Be. da contra matrimonio rato non consumato, quicquid dicat Caie. & Cate. li
 Fabrū su- 6. c. 3. cōtra eum. In quo errauit Socinus consi. 28. De quo supra
 per Ican. qui dixit Papam posse dispensare etiam in consumato. Hęc iunt
 Silues. in. dicta, & semel, atq̄ iterum repetita: vt intelligant omnes etiā pa-
 ver. diuor rum docti. Sicut non semel ex proposito inculcamus eadem, &
 q. 4. i sentidem proponimus. Quia propter doctis non sit molestum, sed
 cum sint sapientes: libenter pro insipientibus susferant.

¶ Sed iam oportet deueniamus ad considerationem istorum
 casu

A casum in particulari. Ut vim intelligamus: opere præcium profecto est ista exactè scire. Dato enim inter istos neophitos non contingant isti casus propter eorum facilem conuersionem, & inna tam mansuetudinem: sic ut nullus coniugatorum ab alio inuentus sit recessisse propter conuersionem ad fidem. Tamen poterunt a hec gentes inueniri, & fortè iam inuentè sunt, quæ altioris ingenij & sic proteruiores sint. Pro quibus necesse erit ista non ignorare. Quod obsecro consideret lector, ne nos existimet frustra voluisse membrana implere, & vltra quæ res exposulet quæstiones multiplicare, sed ex proposito factum id intelligat.

¶ Primus ergo casus in quo dissoluitur matrimoniū legitimè contractum inter infideles ex dictis Pauli est, quando non vult infidelis cohabitare fideli cōuerso. Quod contingere potest tripliciter.

¶ 1. Si vterque infidelium simul cohabitēt, & vnus cōuertat, & statim infidelis relicto fideli coniugatur alteri. Tunc dissoluitur **B** matrimoniū: quia. **B.** Paulus dicit. Si infidelis discedit: discedat, non est frater seruituti subiectus, sed non melius explicari potest infidelem nolle cohabitare fideli, quæ per hec quædam ipse infidelis alteri coniungitur, relicto fideli, ergo in tali casu dissoluitur matrimoniū. Alioquin, si infideli transiente ad alia vota, teneretur fidelis continere, seruituti subiectus esset, cum necesse esset eum sequi voluntatem infidelis: ut si infidelis voluerit cohabitare: cohabitaret fidelis. Et si infidelis aliam duxerit: debeat fidelis continere & subijci voluntati infidelis, quod & repugnat dictis. **B.** Pauli, et eius intentioni. Et sic in isto sensu intelligitur. Nō est seruituti subiectus: quia potest fidelis aliam ducere. Vel potest intelligi. Non est seruituti subiectus: quia non est necesse quod fidelis a fide retrocedat, quando non vult infidelis ei cohabitare: quia aliam poterit ducere.

¶ 2. modo potest contingere, quando infidelis non transit ad alia vota, sed manere vult in viduitate, tamen non vult cohabitare conuerso ad fidem. Et tunc dissoluitur matrimoniū. Nam tunc verè dicitur talis infidelis discedere: quia non velle cohabitare

P. casus.

Si infidelis transeat ad. 2. vota.

2. casus.

Quoniam infidelis non vult cohabitare infideli.

re fidelis: discedere est. Et tunc non est subiectus seruituti frater A
fidelis. Ob q̄ potest aliam ducere. Alioqui, si teneretur manere in
cōtinentia: sicut infidelis vult: iam tunc fidelis subiectus esset: quia
teneretur sequi voluntatem infidelis volentis continere.

3. casus.

¶ 3. modo contingere potest ista discessio, vel nolle cobabita
re, quando non cobabitāt veri coniuges, quando alter conuerti-
tur, sed quia fuit repudiata vxor, & alio viro iuncta est, & ipse
vir aliā duxit. Tūc si vir cōuertat̄, & velit (iuxta. cap. Gaude.
d̄ diuor.) suam reconciliare vxorem legitimam, & ipsa nō vult
conuerti, neq̄ dimittere virum quem habet post repudium, tunc
dicitur discedere illa fœmina a viro fidelis, & dissoluitur matri-
monium legitimum per talem discesum ex dictis Apostoli. Et po-
test tunc fidelis licitē aliam ducere fœminam: quia aliās esset fi-
delis subditus seruituti. Nam si ipsi non liceret, postq̄ sua vera
vxor, quę cum alio est, non vult ei cobabitare: aliam ducere, serui-
tuti subditus esset, sequens necessario voluntatem infidelis Quod B
B. Paulus negat. Et sic in omnibus istis casibus matrimonium dissol-
uitur: quia tunc in omnibus dicitur infidelis discedere a fidelis, in
quo casu Apostolus explicauit dissolui posse.

¶ Sed oportet notare circa primum modum Apostoli, non
sufficere q̄ infidelis non cobabitet fidelis, ad hoc q̄ licitē fidelis
aliam ducat, sed requiritur q̄ requisierit infidelem vt cobabitet
Et tunc si post requisitionem noluerit infidelis cobitare: quia
ex. B. Paulo. non est seruituti subiectus, p̄t̄ fidelis aliam ducere.
Quę requisitio est necessaria propter duo. Primo. Vt constet
fidelis q̄ ei licet ad aliud matrimonium transire. Nam non est li-
citur: nisi q̄ndo non vult cobabitare, sed non potest constare fi-
deli q̄ infidelis non vult cobabitare: nisi requisierit eum, ergo de-
bet requirere vt cobabitet, siue infidelis statim discedat, & alte-
ri nubat. Siue maneat in viduitate, siue sit cum alio: quia fuit re-
pudiata: debet fidelis requirere: vt cobabitet ei. Aliās, peccat
aliam ducēdo, in mō debet adhibere testes in tali requisitione: vt
si post infidelis penitentia ducta conuertatur, & velit habere pri-
mū

Notandum
Est neces-
sarium qd̄
fideles req̄-
rat infide-
lem.

Requisitio
necessaria
ob duo.

Amum cor in gem: possit fidelis prius conuersus probare quomodo per eam stent: quia noluit cohabitare ei. Sic tenet Glo. super. ca. Quanto, de duortijs, super parte Qui relinquitur. De primo casu *Glosa*, sufficiat hec dixisse. Itaq; non statim matrimonium soluitur per hoc q; alter conuertitur ad fidem: sicut affirmauerunt quidam ex canonistis, sed si soluitur: solum est propter B. Pauli dictum, qui pequi solum dicit. Si hec non consentit cohabitare, & discedit: discedat: quia non est fidelis seruituti subiectus. Sequitur ergo quod quotiescunq; non stat per infidelem: quin fidelis habeat suum coniugem: q; nullo modo matrimonium dissoluitur. Neq; potest licite fidelis transire ad alia vota. Volo dicere, q; si infidelis velit cohabitare, etiamsi nolit conuerti: nunq; poterit fidelis aliam ducere. Ob quod necessaria est requisitio: vtrum velit cohabitare: ad hoc q; fidelis securé possit ad alia vota transire. De. 2. Glo. vbi supra.

¶ Ex hoc soluitur dubium, quod solet discruciare doctos in istis partibus de matrimonio nigrorum seruorum, qui sunt ex Guineis *De nigro-rum mari-nea adducti, & reliquerunt proprias uxores in patria sua, & ipsi conuertuntur ad fidem. Non sufficit ad hoc quod licite contrahant cum alia, quod ipsi conuertantur, et coniuges maneant in infidelitate in paterno solio, sed est requisitum q; ipsi serui qui conuertuntur requisierint ad cohabitationem. Neq; excusantur quia sunt in tanta distantia, vbi est impossibilis requisitio. Ratio est: quia B. Paulus dicit. Si infidelis noluerit cohabitare. Ergo vsq; diu constet: non licet transire ad. 2. vota. Hec dicta sint iuxta communem opinionem. s. q; quando infidelis velit cohabitare sine contumelia, &c. non sit licitum fideli transire ad. 2. nuptias. Sed habendo considerationem q; sit interdicta communicatio fidelis cum infideli, que non fuit tempore quo Apostolus loquebatur: probabiliter potest teneri q; si fidelis conuertatur, & infidelis nolit conuerti: possit fidelis statim transire ad. 2. nuptias. Et sic requisitio sit necessaria ad hoc: si vult conuerti, & non quod ad hoc: si vult cohabitare. Et iste sensus haberi potest ex Apostolo, qui dicit. Si consentit cohabitare, & nō dicit q; tenetur. Item ex eo q; dicit. Quod si rece*

Consideranda hec.
In fauore nigro: um.

recedit, non est subiectus fidelis seruituti. Sed si nolit conuerti, & A
communicatio videtur interdicta, iam esset subiectus seruituti, si
non posset ducere aliam. Hęc est opinio doctissimi magistri nostri

Victoria. Victoria, & satis rationabilis. Saltim Papa esset consulendus, q̄
non vult alia conuerti, etiam si velit cohabitare: quia in concilio
2 S. q. 1. c. Toleta. 3. cano. 14. & Toleta. 4. c. 60. & 61. interdicta ē commu-
Ind. i. qui. nicatio cum infideli ei qui conuertitur. Verum est tamen q̄ ibi so-
& c. Se- lum de Iudeis est sermo.
pe m. dorū
2. casus.

¶ 2. casus in quo soluitur est, quando infidelis qui non vult cō-
uertit, vult cohabitare ipsi fideli grato animo, sed tamen non sine
contumelia creatoris: quia tenetur fidelis non sustinere contume-
liā creatoris. Quōd si alter non potuerit euitare: discedat ab infi-
deli. Nam non obligatur ad continentiam. Alioquin, seruituti sub-
iectus esset. Ob quod potest aliam ducere: quia dissoluitur ma-
rimonium in tali casu, etiam si infidelis velit cohabitare.

p. dubium. ¶ Sed est dubium. Quæ sit ista cōtumeliā creatoris. An sit q̄
Qui p. cō infidelis blasphemat Christum, & detestatur, & aliquid tribuit
tumeliā ipsi ignominiosē, quod ei nō cōuenit, vel negat quæ ei pertinent. B
creatoris
intelligat.
Solutio.

¶ R. q̄ per contumeliā creatoris nos intelligimus aliquid
malum dicere de Christo, qui summum bonum est. Vel aliquid
bonum subtrahere ab eo, qui continet omne bonum, quod est blas-
phemia. Alio etiam modo contumeliā creatoris intelligitur, quā
S. Thom. do q̄s non sustinet q̄ alius det Deo laudes debitas. Ille .n. qui non su-
22. 7. 13. stinet blasphemus est, quia sicut de Deo aliquid malum dicere bla-
phemus est: sic non sustinere laudes Deo dari, & referri, qui sum-
mē laudandus, & glorificandus est: blasphemus est. Primum, &
2. contumeliā creatoris dicitur, propter quam matrimonium sol-
uitur. Et de prima expresse fit mentio in c. Quanto, de diuortijs,
Abulen p. & in c. Gaudemus, eodem tit. De. 2. modo blasphemie loquitur B.
regum. S. Ambro. & Grego. 2 S. q. 2 Si infidelis discedit. & c. Contumeliā
q. 111. qui pp̄ creatoris, soluit ius matrimonij circa eum q̄ relinquit, et c.
Ambro. Neq̄ est ei fides seruanda coniugij: qui propterea discessit, ne au-
Grego. daret Christum Deum esse christianorum coniugiorum. Hęc ibi.
Et

A Et sicut nolle audire istam laudem Christi est contumelia in Christi-
 stum: ita & nolle audire quaecumque aliam. Quare tenendum est quod Ec-
 clesia sancto illuminata, & doctores quos Deus illi dedit intelli- *A de phe.*
 gunt ex B. Paulo matrimonium dissolui, quando alter infidelium *4.*
 conuertitur, & alius non vult conuerti, & vult cohabitare fide-
 li tamen non sine contumelia creatoris: vt blasphemando ipsum Chri-
 stum, & tribuendo ei aliqua que non conueniunt, vel denegando
 que ei conueniunt. Vel dato ipse infidelis ista non faciat, si tamen
 non sustinet fidelem coniugem laudes debitas Deo referre, qui se-
 me laudandus est: dicitur tunc blasphemare creatorem. Vnde ma-
 trimonium soluitur. Et potest fidelis ad aliud transire, etiam si ip-
 se infidelis ei velit cohabitare. Tunc enim licet ipse infidelis non di-
 scedat: dicitur discedere: quia cogit fidelem discedere.

Circa 2. modum contumelię dictum dubito. Vtrum per bla- *2. dubium*
 sphemiam creatoris intelligere possimus quando infidelis cohabi-
 tans fidelem seruat cultum, & ritum suorum Deorum, & illo modo
 se habeat, quo se habent ceteri infideles, & nihil dicit de fide Chri-
 sti iniuriosum, nihil de ipso Christo. Et augetur dubium, & p[ro]no quod
 infideles tales sint, qui suis ritibus, & ceremonijs adorantes demo-
 nia, blasphemant Deum, & legem christianorum, & tunc conuer-
 titur vnus, alter non vult conuerti, sed tamen vult cohabitare fi-
 deli, & relinquit ipsum fidelem seruare cultum, & modum chris-
 tianorum adorando Deum, & ipse seruat modum, et ritum que
 habent ceteri infideles adorando demonem. Vtrum talis blasphe-
 mia verē sit causa sufficiens, ad hoc quod fidelis possit transire ad
 alia vota, nollente infidele desistere. Et videtur quod in casu dis-
 soluitur: quia si infidelis iuxta ritum suum, et morem aliorum in-
 fidelium agat: adorat demonem, et consequenter blasphemiam com-
 mittit: quia iribuit alteri quod est proprium Dei, & negat Deo *Argumē-
 tum. P.*
 quod sibi debetur. In quo ratio blasphemię stat. *S. Thom.
 22. q. 13.*

Item. Talis necessario negat omnes articulos fidei: quia infi-
 delis est. Non vult conuerti. Et hec est blasphemia. Item. Sola ip-
 sa pertinacia nolle conuerti blasphemia est. Sequitur ergo quod pote-
 rit *2. argu-
 mentum.*

rit tunc fidelis aliam ducere.

p. conclu.

¶ Respondetur per aliquas conclusiones. Quarum prima est.

p. ratio.

¶ Contumelia creatoris, in qua durante infidele: potest fidelis aliud contrahere matrimonium: non intelligitur esse per hoc solū q̄ infidelis seruatur ritum & morem colendi suos Deos. Nam si per talē contumeliam creatoris, solū qui a infidelis colit Deos suos, & non vult desistere ab illo: solueretur matrimonium legitime contractum: sequeretur q̄ solū per hoc q̄ vnus conuertetur, & alius nolle conuerti: solueretur, quod est falsum. Quia aliquem infidelem nolle conuerti: nihil aliud est: nisi velle seruare legem, & ritum suum, & colere suos Deos. Si ergo ista observatio contumelia dicitur creatoris, & blasphemia, per quam quia infidelis ab ea non vult desistere: matrimonium dissoluitur: sequitur q̄ eo solū q̄ non vult conuerti dissoluitur. Necessē quidem est illum qui non vult conuerti, in hanc contumeliam, & blasphemiam perseuerare quādiu non conuertitur, sed non dissoluitur matrimonium p̄ hoc solū q̄ vnus conuerso: alius nō conuertitur si velit cohabitare. Ergo sequitur q̄ contumelia, vel blasphemia creatoris non intelligitur ritus ipsius infidelis colendi Deos suos.

2. ratio.

¶ Matrimonium legitimum solui inter infideles nō habemus aliundē q̄ ex dictis, B. Pauli ex intentione Christi, sed dicit q̄ frater fidelis habens uxorem infidelem si ipsa velit cohabitare ei potest retinere. Sequitur ergo non dissolui matrimonium per hoc solū q̄ alius etiam non conuertitur. Alioquin, non posset retinere eam, sed teneretur abicere. At, solueretur si contumeliam creatoris intelligeremus esse sectam, vel ritum collēdi suos Deos, ergo talis ritus collēdi non est blasphemia creatoris, aut contumelia, per quam soluitur matrimonium. Frustra quippe esset distinctio posita in. c. Quanto, Extra, de diuortijs, & que cōmuniter a doctoribus assignatur, dicētibus in tribus casibus solui posse matrimonium. Primo, Si infidelis non vult cohabitare. 2. Quando vult, sed non sine contumelia creatoris. Iste. 2. casus non bene esset positus: quia si vult cohabitare sine contumelia creatoris: non solui

A soluitur, sed si contumelia creatoris esset obseruare ritum suum
 Ceremonias suas: nullo modo posset cohabitare sine contumelia
 creatoris: quia quando non conuertitur: debet legem suam, &
 ritum obseruare, etiam si coniux sit fidelis. Cum ergo ponat sum-
 mus Ponti fex & doctores distinctionem inter velle cohabitare
 simpliciter, & velle cohabitare, sed non sine contumelia create-
 ris: aliud intelligit per contumeliam creatoris, q̄ sit ritus ipsius
 infidelis: quia alias, etiam si vellet infidelis cohabitare si non con-
 uerteretur: solueretur matrimonium, quod est contra textum, &
 omnes doctores: quia semper esset in contumelia creatoris, nolens
 conuerti, sed contumelia creatoris non dicitur respectu eius qui
 est in peccato, sed eius qui cohabitatur. si illa cohabitatio redun-
 dat in irreuerentiam Dei. Quod fit, quando qui in peccato est: di-
 cit blasphemiam aliquam contra Deum, per quam intendit vel
 alterum inclinare, vel thedio afficere. Hanc conclu. tenet do. Abul.

Abulen.
 m. ub. 19.
 q. 70.

B ¶ Per contumeliam creatoris, a qua si infidelis non desistat: 2. conclu.
 matrimonium dissoluitur, intelligitur quodcumq; peccatu ipsius
 infidelis factum coram fidei, per quod verè periclitatur fide-
 lis. Volo dicere q̄, si infidelis peccat, siue illud sit in ritu suo, et ce-
 remonijs, colendo suos Deos, siue sit aliud quodcumq; de nouo ad-
 inuentum in contumeliam Dei, & fidei christianæ, si ex hoc ip-
 so fidelis periclitatur: tale dicitur contumelia creatoris, a qua, si
 noluerit infidelis cessare: potest fidelis ad alia vota trāsire. Pro
 batur. Matrimonium inter infideles verum & legitimum dixi-
 mus ex intentione Christi dissolui posse in fauorem fidei: quia fi-
 delis non est seruituti subiectus, vt ait Paulus. Et sic nolente infi-
 deli cohabitare fidei, vel non sine contumelia: dissoluitur: quia
 non tenetur fidelis continere, in casu quo infidelis per opera sua
 mala, que operatur in presentia fidelis: fidelis periclitatur. Vel
 dissoluitur matrimonium, vel non. Si non dissoluitur. Vel tenetur
 manere cum tali periculo, vel potest separari, sed non aliam du-
 cere. Aliquod istorum euenire necesse est. At, quodcumq; dederi-
 mus: sequitur si non dissoluitur per talem contumeliam: fidelem
 seruitu

Contume-
 lia creato-
 ris est quod
 libet pec-
 catum infi-
 delis per
 quod peri-
 clitatur fi-
 delis.
 Ratio.

seruituti esse subiectum. Primo: quia si non dissoluitur, & tenetur **A**
 habitare ei cum tali periculo subiectus. Satis est q̄ cum periculo
 animæ suæ non potest separari. Si potest separari, & debet. quia
 in tali periculo tenetur, & non soluitur matrimonium per talen-
 contumeliam: ergo tenetur continentiam seruare, sed hæc est ma-
 xima seruitus: vt quia infidelis non vult desistere a peccato: fi-
 delis teneatur ligatus, & ad continentiam obligetur. Ergo sequi-
 tur illam esse contumeliam, a qua, nisi desistat infidelis, dis-
 soluitur matrimonium. Et sic quando infidelis vult cohabitare fide-
 li: debet sine contumelia creatoris. i. manendo in infidelitate nihil
 agere, quod sic offendat fidem, vt periclitetur fides eius. Et tunc
 non soluitur matrimonium. Si tamen infidelis operetur, etiam si
 ne persuasione aliqua, sed solum coram fidei aliquid malū, per
 quod periclitatur fides, siue sit secundum ritum suum, siue nō, est
 contumelia creatoris grauissima, & blasphemia eius. Quod si
 monitus noluerit desistere, fidei non est seruituti subiectus. Pote-
 rit q̄ aliam ducere. Verum quia communiter ita est: vt fidei cen-
 uerjō non ponatur offendiculum retrocessionis per illa que fiunt
 secundum ritum antiquum infidelitatis, quem ipse conuersus dese-
 ruit, sed si periclitatur debet esse propter alias contumelias, vel
 alia peccata: credibile est contumeliam creatoris aliud esse: quā
 suę legis inique obseruantiam. Nec sola ipsa blasphemia dicitur
 propter quam matrimonium dissoluitur. Si tamen contingeret
 q̄ fidei cohabitans infideli periclitatur de fide, solum quia videtur
 fidelem obseruantem ritus antiquos, monita, licet non teneatur con-
 uerti ad Christum, tenetur coram viro fidei desistere a tali contu-
 melia, & blasphemia creatoris. At, si velit desistere, potest vir fi-
 delis (quia non est seruituti subiectus) ad alia vota transire. Et li-
 cet verum sit qd̄ diximus, contumeliam creatoris non solum esse
 quando infideles aliquod peccatum operantur, sed etiam quando
 non sustinet laudes Dei, quas reddit fidei: quia vtrunq̄ blasphe-
 mia, & contumelia est: tamen in c. Quanto, proprie contumelia ca-
 pitur in primo sensu, quādo infidelis aliquod peccatum operatur.
 blas

Quid cōtu-
melia crea-
toris.

Nota hæc.

A blasphemando Deum. Tamen in casu quo infidelis non sineret, sed prohiberet fidelem laudare Deum, posset tunc licite fideles ad, 2. ~~transire~~ transire. Secus tamen esset ubi infidelis non prohiberet et Dei laudes, sed vel reprehenderet, vel tristaretur quando audit, vel displicet, verum non prohibet. Tunc crediderim matrimonium dissolui non posse. Sicut nec dissolueretur per hoc quod infidelis volens cohabitare fidelem: seruat ritus sui infidelitatis, dummodo ex illo non scandalizetur fideles, aut perturbetur, sed tristatur, et displicet ei quod infidelis tales ritus obseruet. Tunc enim licet fideles non teneatur cohabitare infideli nolenti conuerti: non potest ad alia vota transire: quia in casu non soluitur matrimonium.

ARTICVLVS 29.

Quid de casu quando pertrahit ad mortale.

B Equitur de 3. casu, quando infidelis non vult cohabitare fidelem: nisi pertrahendo eum ad peccatum mortale. Et queritur. Quomodo intelligatur ista pertractio ad mortale. Vtrum intelligatur de peccato mortali. Vtrum pertrahere intelligatur fidelem: quia infidelis nolens conuerti: viuit in suo ritu, et secta. Et sic viuendo, necesse est continuis esse in mortali peccato, et operari sepius mortale.

Videtur quod sit de tali pertractatione intelligendum. Nam non potest fideles cohabitare infideli: quin si ipse infidelis mortaliter peccet obseruando infidelitatem: fideles turbetur, scandalizetur, et pertrahatur ad malum: quia que videmus fieri: naturaliter mouent nos ad similia facienda. Precipue si delectabilia sunt, licet sint inhonestas. Ergo videtur quomodo cum etiam sine aliqua persuasionem, vel impulsione peccatum faciat infidelis: quod fideles dicitur pertrahi ad mortale. Et tunc matrimonium debet solui.

Ista pertractio ad mortale propter quam matrimonium legitimum soluitur: non est per hoc quod infidelis mortaliter peccat, et

conti

ii ij

p. ratio. continué est i mortali peccato. Probatur. Si ita esset, cum per hoc **A** quod non conuertitur infidelis semper sit in peccato mortali: sequitur matrimonium dissolui posse solum per hoc quod infidelis vult conuerti, etiam si vellet cohabitare, sed hoc superius diximus esse falsum. Ergo sequitur q non intelligitur pertractio ad mortale, per quam soluitur matrimonium, per hoc solum q infidelis manet in peccato mortali.

2. ratio. ¶ 2. Si pertractio ad mortale intelligeretur solum: quia infidelis peccat mortaliter coram fidele: sequeretur q si infidelis furaretur vel adulteraretur manendo cum fidele solueretur matrimonium, quod est falsum. Nam matrimonium non potest solui: nisi in quantum constat esse de intentione Christi propter verba Apostoli, sed ex verbis eius non colligitur q propter mortale peccatum quod operatur infidelis soluatur, si infidelis vult cohabitare, neq doctores sic intelligunt, ergo nullo modo propter hoc soluitur.

2. conclu. ¶ Pertractio ad mortale, propter quam soluitur matrimonium contractum inter infideles: non intelligitur per hoc q infidelis suggerat fidele aliquod peccatum, vel suadeat, aut moneat ad infidelitatem, vel ad aliquod aliud peccatum. Probatur. Non potest in

p. ratio. aliquo alio casu solui matrimonium legitimum: nisi in quo ex verbis Apostoli de intentione Christi intelligimus debere solui. quia non potest quisq soluere, neq Ecclesia: nisi id a Christo fuerit dispensatum, sed ex verbis B. Pauli Ecclesia in c. Quanto, de diuertijs, et doctores sancti vt B. p. Augustinus, et alij intelligunt solui quando infidelis pertrahit fidelem ad peccatum: quia tunc non est seruituti subiectus. At, vbi est solum suggestio ad peccatum: et suggestio, vel monitio: non est pertractio, ergo per solum suggestionem infidelis: non soluitur. Et plané apparet non esse pertractionem: quia pertractio ex vi nominis quadaam motionem inuoluntariam, et violentiam importare sonat, quae non est vbi solum est suggestio, vel suggestio.

2. ratio. ¶ 2. Ratio quare stante pertractione ad peccatum matrimonium soluitur: est: quia non est fidelis seruituti subiectus: vt necessario debeat sustinere talem violentiam ad peccandum, ob quod potest

A potest discedere, & alteri coniungi, sed ubi est solum suggestio, vel passio: non patitur seruitutem fidelis. Ergo sequitur q̄ non soluitur matrimonium per talem suggestionem. Et q̄ non patiatur tunc talem seruitutem patet: quia illa suggestio non cogit fidelem, cum nulla sit violentia. Et sic nec seruitus videtur esse ubi libertas plena, & nulla coactio. Siquidem Paulus seruitutem ibi intelligit, quandam coactionem, & violentiam ad faciendum voluntatem infidelis. Que si adsit, matrimonium dissoluitur. Sed tamen quando sola est suggestio: nulla talis est seruitus. Ob quod non soluitur, si infidelis velit cohabitare, etiam si sugerat, vel moneat fidelē ad peccatū.

¶ Quandocunq̄ ex parte infidelis est motio violenta com- 3. conclu.
pellens fidelem ad mortale peccatum, quodcunq̄ sit illud, tūc est pertractio ad mortale, propter quam soluitur matrimonium, siue sit pertractio ad infidelitatem, siue ad quodcunq̄ malum mortale. Probatur. Matrimonium soluitur quando est pertractio ad mortale: quia Ap̄stolus illis verbis insinuat dissoluedum cum non sit fidelis seruituti subiectus, sed sic est, q̄ quandocunq̄ infidelis compellit, vel cogit, eo modo quo ad peccandum homo dicitur cogi (quia non est propria coactio) ipsum fidelem, quodcunq̄ sit peccatum mortale: seruituti subiectus esset, si non posset relinquere infidelem, & aliam ducere. Ergo tunc soluitur matrimonium. Nam si non solueretur: cogeretur ad manendum cum animæ suæ periculo simul cohabitans infideli. Vel si separaretur ab infideli quantum ad cohabitationem: teneretur continentiam seruare, & utroq̄ modo seruituti subiectus esset, sed dicit B Paulus non subiectum seruituti, ergo quodcunq̄ uehementer compellit infidelis fidelem ad peccatum mortale: soluetur matrimonium: ut si diceret: cohabitabo tecum, sed debes ex rapina victimam querere, vel debes adulterari, &c. Et tandem quomodocunq̄ fidelis periclitetur in anima per cohabitationem infidelis ex pertractione, si infidelis monitus non velit desistere: dissoluitur matrimonium. s. si non possit fidelis peccata illa vitare. Sic determinatur a. B. P. Aug. lib. de fide, & operibus, & habetur. 28. q. 1. Augu.

ca.

ii ij

ca. Vxor legitima societate coniuncta, sine culpa relinquitur, si cum viro christiano permanere noluerit. Non attenditur modo eam rectissime dimitti, si viro suo dicat. Non ero vxor tua: nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut nisi solita latrocinia quibus domum nostram sustentabas, etiam christianus exerceas, aut si quid aliud flagitiosum, aut facinorosum in viro nouerat. &c. Iste casus positus. a. B. P. nostro Aug. contingit, quando ipsa non vult cobabitare: nisi vir peccet.

¶ 2. modo contingit infidelem pertrahere fidelem ad peccatum, quando impellit, & tanquam cogit ad peccandum ipsum fidelem, neque vult desistere. Hoc habetur. 28. q. 1. ca. Idolatria etiam dissoluitur matrimonium. Et tandem circa istum vltimum casum tenendum tanquam certum, quomodo cumque infidelis ad peccatum mortale moneat fidelem, si ita est verè quod fidelis periclitatur: potest discedere fidelis, immò tenetur. Et dissoluitur matrimonium, siue suggestio fiat monitione, vel violentia: quia quomodocumque periclitetur fidelis: pertrahi dicitur ad mortale peccatum. Et sic non potest iudicari ista pertractio equaliter respectu omnium. Nam quod respectu vnius non erit pertractio, si de leuis valde suggestio, respectu alterius infirmioris potest dici pertractio. Vnde, si mulier sit infidelis, & vir fidelis, ad hoc quod vir verè dicatur pertrahi ad mortale, ab vxore infideli, amplius requiritur quam sit requisitum si vir sit infidelis, & vxor fidelis, & pertrahatur ad mortale. Ratio est: quia foemina cum sit debilis in resistendo: ex minori motiuo se periclitari cognoscet, & pertrahi. Ex quo motiuo vir non pertrahi diceretur, sed solum leuiter moueri ad peccandum. Item, Neque eadem potest esse ratio omnium virorum: quia quidam fortiores alijs, & paratiores ad resistendum. Ob quod non potest limitari quantitas suggestionis, vel pertractionis ex qualitate causae, vel ex modo. Quomodo cumque fidelis in periculo versetur peccandi mortaliter: quia probabiliter cognoscit scandalum positum: non tenetur perseuerare vsque dum corruat. Sed quando sentit se pertrahi: potest infidelem relinquere.

Nota.

Femina debilis in resistendo.

A re, & aliã ducere. Tamẽ si vir sit fidelis, & vxor infidelis: q̃a vir
 (cum sit caput mulieris) poterit ei imperare, & cogere vt desit *Ad ephē*
 far ab scandalo: expedit talem virum cobibere vxorem mo- *si. 5.*
 do quo potest. Quõd si non potuerit conseq̃: dimitti potest, & solui
 tur matrimonium.

ARTICVLVS. 30.

An si infidelis vult cobabitare, teneatur fidelis.



Veritur circa prædicta. Vtrum quando infidelis
 vult cobabitare fidei, teneatur fidelis etiam co-
 habitare. Vel vtrum si non velit: possit derelinque-
 re infidelem nolentem conuerti. Nam (vt diximus
 supra) B. Paulus videtur consilium præbuisse fide-
 li ad cobabitandum, inquit. Dico ego, nõ dominus. Et sic nos in-
 telleximus consilium fuisse de cobabitando propter spem conuer-
 sionis infidelis.

B Pro solutione oportet distinguere inter tempora. Aliud qui-
 ppẽ licuit, & fuit necessarium tempore Apostolorum. Aliud tem-
 pore sequenti vsq̃ ad nos.

In principio nascentis Ecclesiẽ quando Apostolis prædican- *P. conclu.*
 tibus gentiles conuertebantur: præceptum fuit fidei non disce-
 dere ab infideli volenti cobabitare ei sine contumelia creatoris,
 & sine hoc q̃ eum pertraheret ad mortale. Probatur. Vnicuq̃ *P. ratio.*
 dominus mandauit de proximo suo. Et quilibet tenetur non scan-
 dalizare pusillos. Expedit quidẽ tali vt molla asinaria suspẽdat *Matth. 18.*
 in collo, & in profundũ maris mergat, sed sic est q̃ fidelis in exor-
 dio nascentis Ecclesiẽ dimittens vxorem infidelem volentem co-
 habitare scandalizaret pusillos, ergo tenebatur non dimittere. *P. corin. 9*
 Maior est manifesta ex B. Paulo. Sine offensione. i. scãdalo esto
 te Iudeis, & gentilibus, sicut ego per omnia omnibus placeo, non
 querens quod mihi vrile est, sed quõd multi salui fiant. Probatur
 minor. Ex hoc q̃ fidelis relinqueret infidelem: sequeretur odium.

fidei. s. q. nollet conuerti ad fidem. Vel fidem ipsam gentiles abor-
 rere, quia videret coniugia dissolui. Item offenticulum pararet
 ipsis fidelibus, quia cum tunc tempus fideles erant subiecti dominis in-
 fidelibus, si conuerteretur uxor, & non vir, et illa recederet ab
 hoc a viro; accusaret eam vir ad penas legales, et puniretur. Et
 sic omnes foeminae coniugatae quae conuerterentur punirentur legi-
 bus gentilium, sed hoc erat magnum offenticulum fidei christi-
 anae, et tollebatur si fidelis non discederet ab infideli volenti co-
 habitare, ergo erat praecipuum in illo tempore, stante tali scadalo,
 non recedere, quamuis alijs appareat fuisse consilium.

2. ratio.
 Proverbi.
 24.

¶ 2. Quilibet ex praecipuo caritatis tenetur hominem a morte
 liberare si potest. Erue eos qui ducuntur ad mortem, et eos libera-
 re ne cesses. Si ergo a morte corporali, a fortiori a spirituali. Sed
 si fidelis maneret, et non discederet ab infideli: liberabat infideli
 a morte spirituali, et discedendo perire sinebat, ergo tenebatur
 non discedere. Patet: quia in illis temporibus cum multitudo genti-
 um intrabat: facile conuertebatur infidelis per fidelium. Hanc ca-
 usam tangit Apostolus, dicens in c. supra allegato, q. non discedat
 si voluerit cohabitare, quando infert. Vnde scis mulier si virum
 saluum facies. Aut vnde scis vir si mulierem saluam facies? Hac
 etiam causam cohabitandi assignat ex Paulo B. p. Augu. 28. q. 1.
 c. Ia nunc. Sequitur ergo ex istis, illis temporibus fuisse praecipuum
 fideli cohabitare, infideli volenti cohabitare sine contumelia cre-
 atoris, & sine hoc q. ipsum infidelem pertrabat ad mortale. Et
 sic non solum fideli non licebat discedere, & aliam ducere, sed ne-
 que etiam quoad mutuam cohabitationem licebat dimittere infide-
 lem, propter malum quod sequebatur ex discessu. Exemplo Pauli
 20. qui poterat iuste, & sancte temporalia mettere, quandoquidem spi-
 ritualia seminabat, tamen ne daret offenticulum Euangelio sacro
 nolebat vti potestate tradita. 1. Corinth. 9.

2. conclusio. ¶ In istis temporibus, & ante per mille annos, non est praecipuum
 S. Tho. in
 4. d. 34. tum fideli conuerso cohabitare infideli volenti cohabitare etiam
 q. p. ar. 3. sine contumelia creatoris, & sine hoc q. infidelem pertrabat ad
 mortale

A mortale, sed potest discedere quantum ad cobabitationem vsq̄ dū *Silues. in*
 conuertatur. Probatur ex dictis Pauli, vbi dicit. Dico ego, non do *verbo ma*
 minus. Si quis frater habet vxorem infidelem, & hęc vult cōha *trimo. 8.*
 bitare: non dimittat eam. Sequitur ergo non esse p̄ceptum cōha *impcaimē*
 bitare. Alioqui, diceret sicut in verbis p̄cedentibus. Dicit domi *10. 10.*
 nus: non ego, vxorem a viro non recedere. Vel salim sicut solet *loā. Arto.*
 in alijs, ponens p̄ceptum absolutē loqueretur. Vel diceret. Dico *reus, lib. 6.*
 ego, & non adderet. Non dominus. Nam ex hoc q̄ addidit. Nō do *Theoso-*
 minus, apertē voluit ostendere loquutum de suo, tanq̄ consiliū *phi, ca. 10*
 p̄bens, & non p̄ceptum dans.

¶ Preterea. Si fidelis teneretur cobabitare infideli nolenti cō *2. ratio.*
 uerti: sequeretur q̄ seruituti subiectus esset. At, B. Paulus dat ca
 usam discessus, ne sit seruituti subiectus. Ergo poterit discedere
 stante tali seruitute, sed esset magna seruitus, si fidelis volens con
 tinēter viueret: quia non vult infideiis conuerti: teneretur volun
 B tati infidelis deseruire. Ergo ex dictis. B. Pauli videtur licitum di
 scedere quantum ad cobabitationem.

¶ Confirmatur. Ratio quare in Ecclesia primitiua erat p̄e *Confirma*
 ceptum non discedendi, quando infidelis volebat sine creatoris cō *tur.*
 tumelia cobabitare: erat propter scandalum fidei, & turbationē
 status christianorum, sed iam nullum sequitur: quia infideles de
 gentes inter christi anos intelligunt bonam esse fidem christiano
 rum. Item: quia cū principes sint christiani: non sequitur incōue
 niens quod timebatur. Videtur ergo q̄ fidelis non teneretur cōha
 bitare ipsi infideli: quia si per fornicationem carnalem matrimo
 nium dissoluitur quantum ad cobabitationem, quanto magis per
 fornicationem spirituale, per idololatriam, & infidelitatem di
 soluetur, sic vt fidelis non teneatur cobabitare illi qui non vult cō
 uerti? Et quia communiter hanc sententiam tenent doctores: non cōmuni
 est opus alia probatione. Est tandem determinatio in c. *Questiuit*
 Extra de diuortijs. *¶ i.*

¶ Sed cōtra istas duas cōclusiones est vnū grauissimum argu *Ch. 6. 10*
 mentum. Si verum est p̄ceptum fuisse in primitiua Ecclesia

manendi cum infideli, sicut dicit prima conclusio, quomodo. B. A Paulus (ex quibus verbis omnia que in presenti tractamus sumpta sunt) contrarium dixit in illis temporibus, ubi dixit: Dico ego non dominus. Si ergo ipse, et non dominus tunc dixit: nunquam fuit preceptum cohabitandi fideli cum infideli. Alioqui, sicut dixerat: Preceptio non ego, sed dominus, uxorem a viro non recedere, sic etiam consequenter erat: dicturus ex parte domini, sed statim post illa verba dicit: Dico ego: non dominus, si frater fidelis uxorem habet infidelem, &c. Ergo verè ex suis verbis contrarium apparet ad conclusionem primam. Quod si prima conclusio vera est, et non contra. B. Paulum: ista. 2. quomodo poterit stare in veritate cum illa, cum eadem ratio videatur nunc, et tunc, saltem lucrandi infideles?

Solutio.

¶ Dicendum veram esse utranque conclusionem. Ad Paulum verò dicimus, verum dixisse tunc, tanquam consilium sit, non preceptum fideli cohabitare ipsi infideli. Et sic modò (vt dicit. 2. conclusio) seruatur vt consilium, et non vt preceptum: quia non obligatur cohabitare. Verum si. B. Paulus absolute diceret. Preceptio non ego, sed dominus, nullo modo liceret fideli discedere ab infideli nolenti conuerti. Sed non expediebat preceptum esse de hoc, sed potius conueniebat pro temporibus sequentibus fidelem discedere, etiam volente infidele cohabitare. Et hoc propter bonum fidei, propter periculum euerisionis fidelis. Nam post obstinati sunt infideles, tanquam Iudei, quam gentiles. Si autem non liceret fideli saltim quantum ad cohabitationem discedere, cum non esset spes de conuersione infidelis propter obstinationem, sed potius de euerisione fidelis per retrocessionem: fuisset ab Apostolo declaratum: non esse preceptum cohabitare, sed consilium, quo utendum esset pro loco, et tempore, pensatis omnibus optimè. Quarè quando probare quis contendit primam conclusionem contra. B. Paulum esse, dicimus non esse: quia non probauimus in primitiua Ecclesia esse preceptum fideli de cohabitando infideli: quia. B. Paulus dicebat, sed aliunde habebat vim precepti. s. propter sanctam da

Adalum pusillorū, quod sub precepto tenebantur fideles vitare tūc. *Matth. 18.*
Et sic illud quod ex verbis B. Pauli consilium credimus factum *S. Thom.*
est preceptum, occurrente tali circumstantia temporis. Neq̄ hoc *22. q. 43.*

est nouum. Nam ad aliqua que tenemur de consilio in aliquo loco,
vel tempore, tenemur de precepto agere propter vitandum scan-
dalum. Verbi gratia. Nos religiosi ordinis heremitarum S. Au-
gustini ex consilio patrum omnibus. 4 ferijs abstinere tenemur
ab esu carniū, sed possemus eas comedere sine peccato. Aliqñ
tamen potest se offerre circumstantia loci, & temporis q̄ prop̄

vitandum scandalum pusillorum teneamur sub precepto nō come-
dere. Sicut ait B. Pa. Si escascādalizat fr̄em meū: nō māducabo *Paulus. p.*
carnes in eternū. Et sic possent exēpla q̄ plurima dari in alijs. Eo *corin. 8.*

dē modo in proposito dici potest B. Paulū cōsiliū proposuisse fide-
libus de non discedendo ab infidelibus volentibus cobabitare si-
ne contumelia, &c. Ob quod dixit. Dico ego: non dominus: quia ve-
Brē consilium est. Cum hoc tamen est verum, in principio nascentis
Ecclesie fuisse preceptum non discedere, non ex verbis B. Pauli,
sed ex naturali necessitate, & ratione euitandi scandalum pusil-
lorum. Et etiam si illo tempore circumstantia occurrente, esset
obligatorium seruare illud. s. non discedere: absolutē tamen con-
siderando manebat vt consilium: sicut modo est, vt diximus.

¶ Nec placet respondere (sicut quidam doctor aliās grauiissi- *Non pla-*
mus respondet) B. Paulum tunc dixisse sub consilio, licet fuisset p̄ *cet solutio*
ceptum: quia successu temporis debebat cessare preceptum. Non cuiusdam
opus certē est tali solutione: quia videtur non conuenire textui, *doct.*
sed prestiat dicere B. Paul. consuluisse. Tamen quibusdam confide-
ratis, & occurrentibus, habebat tunc vim precepti propter vitā-
dum scandalum. Et maximē hoc apparet verum: quia si tunc in
principio nascentis Ecclesie, & predicationis Apostolorum aliq̄s
conuersus ad fidem per hoc q̄ nolet cobabitare infideli: nullum
sequeretur scandalum, nulla fidei detestatio, nullum malum, &c.
talis absq̄ peccato discederet: quia illi solū maneret consilium.
B. Pauli sub consilio, & nō haberet vim precepti: quia cessauerat.

scandalum. Videtur quidem hæc via facilior ad soluendum diffi-
cultatem allatam ex Paulo contra conclusiones.

3. conclu.

¶ Licet verum sit fidelem modo non obligari ad cobabitandum infideli nolenti conuerti, etsi velit cobabitare sine contumelia creatoris, tamen melius est cobabitare, quæ discedere. Patet etiam dictis. Nam si consilium est B. Pauli (vt diximus) de maiori, & meliori bono est. Sequitur ergo simpliciter melius esse non discedere. Patet: quia non discedendo est spes de conuersione infidelis vt Paulus ibi adducit. Quid scis mulier si vir conuertetur? Sed discedendo omnino tollitur talis spes. Cum ergo tam magnum bonum sit conuersio infidelis ad veram fidem: sequitur omnino melius esse cobabitare infideli, quæ discedere.

4. conclu.

¶ Si infideles qui modo sunt inuenti, vel alij qui postmodum inueniuntur tales essent, qui scandalizarentur per hoc quod fidelis conuersus discederet ab infideli, tunc esset sub præcepto habitare cum infideli, si infidelis vellet sine contumelia creatoris. Probatur B sicut supra primam probauimus. Tota quidem ratio quare in primitiua Ecclesia erat præceptum non discedere (cum alias esset de consilio) erat propter scandalum quod sequebatur ex discessu, putantes non esse bonam legem Christi: quia per eam dissoluebatur matrimonium. Tunc enim quæ erat de consilio: obligabat de præcepto propter pusillos. Sequitur ergo quod vbi eadem esset ratio quæ tunc fuit in principio legis nouæ, & eadem obligatio erit, cum non sit potior ratio de vno tempore quæ de alio. At, possunt dari infideles quibus quæ primum denunciatur Euangelium incipient conuerti, & tunc si contingat virum conuerti, & non feminam si discedit fidelis, statim alij infideles turbabuntur, & fidem Christi non acceptabunt, putantes per eam coniugium dissolui, quod magnum est offendiculum fidei. Sequitur quod vbi tale scandalum probabiliter oriretur, etiam si nullum aliud malum eueniret, pro illo tempore, & loco, teneretur sub præcepto fidelis cobabitare infideli volenti cobabitare sine contumelia creatoris, & sine hoc quod ipsum fidelem trahat ad mortale. Et illud quod erat de consilio
f.

Ratio,

A. s. cohabitare infideli: fieret tunc de precepto, vt supra diximus. Et precipue verum teneret ista conclusio: vbi tales infideles essent faciles ad conuersionem. Et ideo maxima spes esset de conuersione infidelium per cohabitationem: sicut videmus istos qui nullam habere videntur contradictionem, aut renitentiam ad illa que fidei sunt. Et quidam magister non penitendus tenet, q̄ apud Indos: conuersus tenetur cohabitare infideli. Et quidem olim communicatio interdicta est, & cohabitatio fideli cum infideli, vt patet i cōci. Tole. vt sup̄ dixim⁹. Sed hoc erat d̄ Iudeis: q̄a erāt valdē obstinati, & non erat spes de conuersione. Modo autem apud istos (vt constat) cum tam bona sit spes de conuersione, ex precepto videtur esse cohabitare, vt dictum est, sub spe conuersionis

ARTICVLVS. 31.

An in tribus casibus Apostoli statim soluat^r matrimonium.

B



Onsequenter querendum est. Vtrum in tribus casibus supra positⁱs statim matrimonium soluat^r, vel solum quando fidelis, vel infidelis trāserit ad alia vota. De quo variē sunt opinio-
 nes. Quidam affirmant in tribus casibus positⁱs statim matrimonium dissolui, vt tenet Ioa. Glo. p. opinio.

ffator decretorum, sicut refert Glo. in c. Gaudemus, super parte. Compelletur. Quā probat: quia c. Quanto, de diuortijs, & 28. q. 2. c. Si infidelis, dicitur. Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. Ergo si contumelia creatoris statim soluit, etiam & in alijs casibus erit. Sic Panor. in c. Gaudemus, in Glo. in verbo Compelletur.

¶ 2. huic contraria est, Glo. in c. Gaudemus, supra allegato, di 2. opinio, centis nullo modo solui in aliquo istorum trium casuum ipso facto vsq̄ dum fidelis transferit ad matrimonium aliud. Et probat: q̄a in c. Gaude, allega. dicitur. Quod si conuersum ad fidem, & illa cōuersa

Arm. l. 1.
v. m. tri
m. S. 38
uerſa ſequatur anteq̄ propter cauſas prædictas legitimam ille ducit uxorem: eam recipere compellitur, ſed non compelleretur recipere ſi fuiſſet ſolutum matrimonium ipſo iure anteq̄ fidelis aliam duceret, ergo ſequitur q̄ non ſoluitur ipſo facto.

p. c. 1. l. 1.
S. P. 3. d.
39. J. pri.
4. 5.
p. 1. l. 1. b.
ar. 2.
S. A. 10.
3. p. m. p.
c. 1. 6.
Silueſ. m. 1.
rimo. 3.
impedi. 10.
121. Ar.
bre. li. 6.
toeſ. ophie
cap. 10.
¶ Propter iſtos tres caſus poſitos, & quælibet eorum per ſe, ſtatim non ſoluitur matrimonium, uſq̄ dum fidelis tranſeat ad. 2. matrimonium. Probatur ex c. Gaudemus, ſicut adducebatur pro. 2. opinione. Nam ibi determinatum eſt, q̄ poſtq̄ infidelis diſceſſit a fideli, & poſt anteq̄ fidelis aliam ducat, ſi ipſe infidelis pænitentia ductus conuertitur, q̄ fidelis qui prius fuit conuerſus tenetur accipere infidelem, qui iam conuertitur, ſed nõ compelleretur accipere ſi non fuiſſet verum matrimonium, ergo ſequitur nunq̄ fuiſſe ſolutum.

¶ Fortè dicit aliquis verum eſſe compelli fidelem ad accipiendum infidelem, quæ diſceſſerat, in fauorem fidei ad hoc qd̄ de nouo contrahat.

¶ Dicendum q̄ nihil valet: quia nõ eſt fauor fidei tantus vt aliquid cogat stare cum adultera, vel ducere quã non vult: cũ matrimonium debeat eſſe voluntarium. Sequitur ergo cũ compellat ad accipiendum infidelem, qui vult conuerti: non fuiſſe ſolutum matrimonium. Si enim ob fauorem fidei non compellitur quis adulteram retinere, etiam ſi ſit emendata, multo minus cogetur ad accipiendum illam quæ non eſt vera uxor.

2. inſtan.
¶ Sed dicent contrarium opinantes, reſtitui illi fideli infidelẽ ratione iuris poſt limini. 34 q 3 Cum per bellicam: ſicut heretico reuerſo reſtituantur bona. C. de hereticis. In autem. Idem eſt d. Neſtorianis.

Solutio.
¶ Et q̄ non valet: quia tunc reſtitutio illa habet locum quando exiſtimabatur q̄ aliquis perdiſſet ius alicuius rei, quod verè nõ perdiſſerat. Et ſic iure poſtlimini. fit ei reſtitutio, etiã ſi res ad aliũ tranſierit: ſicut in c. Per bellicam, per bella ducti fuerant viri in captiuitatem, qui purabantur mortui. Vnde uxores ſuæ acceperant alios in viros. Poſt, illis reuerſis, coguntur uxores ad illos reuer

A reuertit: quia nunq̄ fuit solum matrimonium, sed si in casibus istis solum esset matrimonium: anteq̄ fidelis transiret ad aliud: nunq̄ restitutio ei fieri posset: quia perditum est ius. Cum ergo cōpellitur ad accipiendum: est dicendum matrimonium non fuisse solum. Et sic Ricardus (aliás magne auctori.) non videtur cōsequenter dixisse in. 4. qui dicit, statim solui matrimonium ante 2. contractum. Et statim in eadem. q. affirmat, debere restitui sic cōuertatur qui discessit, & fidelis non transiit ad aliud matrimonium. Certē contradicit sibi ipsi. Nam si solum est, quomodo compellitur eam accipere. Si autem compellitur accipere: quomodo solum est?

Ricardus
m. 4. d.
39. q. 2.

Contractio in Ricardus.

¶ Licet in nullo trium casuum statim matrimonium solvatur anteq̄ fidelis transeat ad aliud matrimonium, tamen in quocunq̄ illorum fidelis habet ius soluendi matrimonium statim. Probat per c. Quanto. Extra de diuortijs. Et 28. q. 2. c. Si infidelis, vbi dicitur. Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, sed non est potior ratio de vno casu, q̄ de alijs ductis ergo si in vno statim soluitur ius matrimonij, similiter in alio. At, solui ius matrimonij nō est q̄ statim soluat matrimonium, vt sup̄ diximus in. 1. conclusione, ergo est quia immediatē in quocunq̄ casu datur fideli ius ad soluendum matrimonium.

2. conclu.
Ioan. Ab-
bo. e. m. 6.
lib. theolo
gic. c. 10.

¶ Præterea ex dictis Apostoli idem probatur. Si infidelis discedit: discedat, non est frater subiectus seruituti, vbi intelligit Ecclesia in c. Quanto, supra allega. & omnes doctores, matrimonij dissolui in tribus casibus. Primo. Quando infidelis non vult cohabitare fideli. 2. Quando vult, sed non sine contumelia creatoris. 3. Quando non sine hoc q̄ pertrabat fidelem ad peccatum mortale: quia si in istis casibus non liceret fideli transire ad aliud matrimonium: esset seruituti subiectus. Sequitur ergo ex. B. Paulo, et Ecclesie determinatione q̄ & si non statim solvatur matrimonium post aliquem istorum casuum: tamen statim habet ius fidelis ad dissoluendum.

2. ratio.

¶ Item. Statim post aliquem trium casuum licitē potest fide

3. ratio.
lis

lis transire ad aliud matrimonium, vt constat ex textu, et ex dictis, quod ante aliquem casuum nullo modo licitè poterat. Ergò ex hoc est, q̄ post tales casus accipit ius ad transeundū ad aliud matrimonium.

3. conclu.

Ad hoc q̄

possit ad

2. vota irā

siri non re

quiri sen

tentia ce-

clesiæ.

Cōtra Ho

stien.

Ratio.

¶ Ad hoc q̄ post aliquem istorum casuum fidelis licitè possit ad aliud matrimonium transire nullo modo requiritur sententia Ecclesiæ. Hanc pono propter Hostien. & alios, qui volunt dicere esse necessariam sententiam iudicis Ecclesiastici, ponentis terminum infideli, intra quem velit cohabitare, vel desistere a contumelia creatoris, vel a pertractione fidelis ad mortale. Et dicit Hostien. Tunc lapsa illo termino prefixo ab Ecclesia potest fidelis aliud matrimonium contrahere. Probatur conclusio. Solutio matrimonij legitimi in istis casibus, vel ius ad transeundum ad 2. matrimonium non fit nisi ex verbis. B. Pauli dictis ex intentione Christi, vt diximus, ex quibus Ecclesia illud sic determinat, & intelligit. Ergo eodem modo dissoluitur in illis casibus, quos Beatus Paulus restatur ex intentione Christi, & Ecclesia intelligit Paulum dixisse, sed ipse dicit. Si discedit infidelis: discedat. Non est frater seruituti subiectus, ex quibus Ecclesia dicit diffiniendo in ca. Quanto, de diuortijs, solui matrimonium, quando infidelis non vult cohabitare, vel dato velit, sed non sine contumelia creatoris vel sine hoc q̄ fidelem pertrahat ad mortale. Sequitur ergo ipso facto fidelem habere ius transeundi ad aliud matrimonium sine alia sententia Ecclesiæ: quia ipsa Ecclesia nullum ius dissoluendi potest dare circa matrimonium legitimum: nisi illud esset datum a Christo. At, illud Ecclesia intelligit datum per os. B. Pauli in illis tribus casibus positis. Sententia ergo iudicis Ecclesiastici non est requisita. Videntur enim qui illud affirmant dicere, ius soluedi matrimonium verum, & legitimum, cōcedi ab Ecclesia, quod falsissimum est. Ita q̄ tenendum est non esse sententiam iudicis necessariam: quia si necessaria esset ipsa sententia ad habendum ius ad soluendum matrimonium, sic q̄ sine ipsa non haberetur: nunq̄ etiam post sententiam liceret fideli transire ad aliud matrimonium:

A nium: quia si aliunde fidelis non haberet ius ad dissoluendum: non
posset tota Ecclesia simul dare tale ius, cum esset aliquid facere
contra mandatum Christi.

¶ Licet ita sit quod matrimonium dissoluatur cum primum
fidelis post aliquem istorum trium casuum transit ad aliud ma-
trimonium: non tamen dissolvitur si infidelis discedens ad aliud ma-
trimonium transeat, manente fideli in viduitate. Volo dicere, non
esse idem de fideli, & infideli. Nam si contingat quod infidelis nolens
cobabitare: statim transeat ad aliud matrimonium, & fidelis ma-
near adhuc solus: non est solutum matrimonium, sed si conuertat-
tur infidelis, relicto matrimonio. 2. reddibit ad primum, si fidelis
adhuc manet in priori matrimonio. Probatur. Matrimonium
legitimum & verum solum dissolvitur auctori Christi, & Apos-
toli loquentis ex persona Christi. Ergo solum in casu quo Bea-
tus Paulus intendit velle dissolui, & Ecclesia intelligit: dissoluitur po-
B test, sed (vt constat ex B. Paulo) causa quare dissolvitur istud
matrimonium in istis casibus: est in fauorem fidelis, ergo talis fa-
uor nullo modo debet se extendere ad infidelem. At, extenderetur,
si statim quod infidelis transiit ad aliud matrimonium: primum ma-
trimonium dissolueretur, ergo non debet extendi ad aliud. Pro-
batur: quia in fauorem fidei introductum est. Nam ibi dicit B.
Paulus. Si infidelis discedit: discedat, non est frater subiectus ser-
uituti. Ergo in fauorem fratris fidelis dissolvitur. Vnde non de-
bet iuuare ipsum infidelem. Et certum est fauor ipsius infidelis
esset: si statim non volens cobabitare: alium ducendo matrimo-
nium solueretur. Eset ita quod contra Paulum. Quod probatur: quia
tunc seruituti subiectus esset frater. Pater. Priuaretur quidem
ipso nolente, vero coniuge, quod est magna seruitus. Nam si verum
solutum esset matrimonium per hoc quod infidelis alium duxit: nullo
modo posset ei restitui verus suus coniux, etiamsi ipsa vellet mane-
re in viduitate, spectans eius conversionem, & conuerteretur: quia si primum
solutum est, 2. valuit. Neque potest post dissolui, dato ad fidem conuertatur,
immo neque potest ad primum reuerti et mortuo, 2. nisi cum nouo consensu.

4. conclu.
Notanda.

Non est eque
ratio fide-
lis, & infi-
delis.

P. ratio.

¶ Si
kk

2. ratio. ¶ Si per hoc q̄ infidelis transit ad aliud matrimonium, manens
te fideli in continentia: soluetur matrimonium: sequetur q̄d
post infidelis conuersus non necessario deberet redire ad fidem
sed stare cum. 2. At, compellitur. 2. relinquere, & adbere e primo
ergo non fuit solutum matrimonium. Hoc patet in c. Gaudemus,
Extra, de diuortijs, vbi etiam compellitur fidelis recipere infide-
lem coniugem postq̄ conuertitur.

ARTICVLVS 32.

Vtrum infideli liceat post conuersionem alte-
rius transire ad secunda vota.



Vtrum postq̄ fidelis transierit ad aliud matrimo-
nium, liceat & infideli eodem modo ad. 2. vota reme-
re. Vel vtrum teneatur continere quandiu viuit
vir ad fidem conuersus.

p. conclu.

Ratio.

¶ Infidelis matrimonium contrahens post dis-
cessum a fidei, anteq̄ fidelis contrahat: peccat. Probatum ex pro-
ximè dictis: quia si non dissoluitur matrimonium quandiu fidelis
manet in viduitate, ipsa cum altero existēte, relicto proprio, erit
in adulterio: vt patet ex B. Paulo. 1. Corin. 7. Sequitur ergo q̄
peccat, & manet in peccato quandiu fidelis non transit ad aliud
matrimonium.

2. conclus.

Ratiō.

¶ Infidelis contrahens. 2. matrimonium postq̄ fidelis contra-
xit: non peccat. Probatum ex B. Paulo, & Ecclesie determinatiōe.
Cum primum fidelis transit ad. 2. matrimonium: soluitur primū.
Si ergo soluitur: sequitur infidelem iam nō eseligatam matrimo-
nio: quia non potest matrimonium claudicare ex vna parte solū.
Ergo si solutum est matrimonium: sequitur q̄ infidelis est legitimi-
ma persona ad contrahendum. Vnde si d. facto contrahat: matrimo-
nium tenet. Vel si non tenet, matrimonium ex vna parte clau-
dicat, vel non est solutum ex parte fidelis. Cuius cōtrarium deter-
minatū est ab Ecclesia.

¶ Si

A ¶ Si peccaret contrahendo, maximè quia ei est prohibitum 2. ratio. contrahere. sed non est ei prohibitum: quia nec lege nature, neq; lege diuina, neq; lege humana in poenam infidelitatis, cum infidelibus talem poenam non posuerit Ecclesia. Sequitur ergo quando nullo lege prohibetur contrahere, & quia liber est a matrimonio primo per hoc quod fidelis iam 2. matrimonium contraxit: q. nullum peccatum committit. Sic Glo. in decretis. 28. q. 2. ca. Si infidelis, ubi dicitur, q. contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, & nihilominus circa relinquentem. Unde & relinquens contrahet sine peccato: si conuersus contrahat. Sufficit enim intelligamus fauorem datum fidei. ut ipso non contrahente, infidelis non possit contrahere, quod non habet infidelis. Itè & habet fidelis q. potest cogere infidelem nolentem cohabitare, vel volentem, sed non sine contumelia creatoris. Potest etiam cogere, si velit, ad redditionem debiti. Et potest sibi reconciliare, siue poeniteat de contumelia, siue maneat in ea. At, infidelis ad nullum istorum potest cogere fidelem.

Gloss.

B ¶ Ex dictis in hac. 2. p. potest colligi matrimonium legitimum esse, & verum, inter infideles, etiam si esset varius ritus celebrandi. Et dato etià haberent in usu repudium, & admitterent plures uxores simul, & coniungeretur in gradibus apud nos prohibitis, etiam si dissoluatur in istis tribus casibus hic positus ex Apostolo per conuersionem vnus ad fidem: nihil obstat quominus maneat tanq; certum, firmum, & catholicum, esse verum matrimonium inter infideles, ubi adest legitimus, & mutuus consensus, seclusa violentia, & alijs que irritare solent contractum stando in iure nature. Sicq; pro complemento solum restat. 2. parti vnã questionè & ultimam addere Vtrum (dato sit inter infideles matrimonium, ut diffinitum est) sit sacramentum, Vel si non est. Quando incipit esse sacramentum. Vtrum quando conuertuntur. Et vtrum tunc recipiant gratiam.

Nct.

¶ Ar
kk ij

ARTICVLVS. 33.

Vtrum matrimonium inter infideles sit sacramentum.

Argumentum.



Vestio ergo est. Vtrum matrimonium infidelium sit sacramentum. Et videtur q̄ non: quia cū baptismus sit ianua omnium sacramentorum: & infideles baptismum non receperint, neq̄ poterit sacramentum esse apud eos.

In contrarium.

In contrarium tamē est expressus textus, Extra, de diuortijs, c. Gaudemus, vbi dicitur, sacramentum matrimonij esse apud infideles.

Consideratio.

Pro solutionem questionis notandum, q̄ sacramentum dupliciter accipitur circa matrimonium. Vno modo, in quantum matrimonium est quodam bonum quod importat indissolubilitatē. 2. In quantum matrimonium ē sacre rei signum, i. sanctificat aliquid, qd non erat sanctum.

p. conclusio.

Capiendo sacramentum primo modo, pro bono ipsius matrimonij, qd est indissolubilitas, inter infideles matrimonium non est sacramentum. Probatur. Vbi non est tale matrimonium indissolubile: non potest habere rationem sacramenti, sed inter infideles non est omnino indissolubile. Nam (vt patet ex dictis) solui potest per conuersionem vnius ad fidem; altero nolente ecbabitare, &c. Sequitur ergo non esse istam indissolubilitatem in matrimonio infidelium. Et ob hoc dicitur matrimonium infidelium legitimum, & non ratum: quia non est simpliciter indissolubile.

Ratio.

Matri, infidelium dicitur legitimum & non ratum, fidelium tamē ratum, & legitimum.

Matrimonium autē fidelium dicitur ratum, & legitimum: quia dissolui non potest.

2. conclusio. p. ratio.

Capiendo sacramentum 2. modo, pro vt est sacre rei signum, inter infideles est matrimonij sacramentum. Hoc patet ex ea. Gaudemus, Extra, de diuortijs, vbi sacramentum vocatur. Ergo debet intelligi, 1. vel 2. modo. Non primo modo, ergo. 2.

2. ratio.

2. Qd sacramentum dicitur sacrum, & significans, sed matrimonio

Amonio infidelium hæc competunt: quia sacrum est, & significat, *2. ratio.*
 ergo est sacramentum. Quod sit sacrum patet: quia a Deo institu-
 tum est post creatum hominem, ubi Deus instituit dicendo, Propri- *Gene. 2.*
 hanc dimittet homo patrem & matrem, &c. Et erunt duo in car- *Matb. 19.*
 ne vna. Quod etiam est inter infideles. Neq; per hoc solùm sa-
 crum dicitur: quia a Deo institutum, cum etiam omnes creaturæ
 sacræ dicerentur, sed est sacrum alio modo speciali: quia a Deo oba-
 bet quandam sanctificationem. Nam cum post peccatum non po-
 terat fieri concubitus sine peccato, eo qd ex ardore concupiscen-
 tiæ fieret, prouidit Deus contra hoc, instituens matrimonium in
 remedium contra morbum: ut sic conuenientes carnaliter exer-
 cerent actum illum absq; peccato. Et hac ratione sacramentum
 est: quia in lege naturæ post peccatum institutum in remedium
 quando dictum est. Crescite, & multiplicamini, &c. Sequitur ex *Gene. 9.*
 go cum inter infideles matrimonium etiam sit in remedium, ad
B sanctum reddendum illum actum: q; sacrum est, & sic sacramen-
 tum. Est etiam sacræ rei signum: quia signum est sanctificatio-
 nis illius actus coniugalis, qui nõ potest, secluso matrimonio, exer-
 cere absq; peccato. Et dato non competat matrimonio infidelium
 esse sacramentum, in quantum est in noua lege institutum, & mi-
 nistratur per ministros Ecclesiæ: competit tamen esse sacramen- *Gene. 2.*
 tum, in quantum a Deo institutum fuit in officium naturæ genera- *Gene. 9.*
 liter pro omnibus. Et post in remedium etiam pro omnibus insti-
 tutum fuit ad quar. lam sanctitatem ostendendam illius actus.
 Et quidem Do. Adrianus absolutè dicit matrimonium infidelem *Adria.*
 esse sacramentum. Et clarissimus doctor Medina in suis resoluti- *Medina.*
 onibus dicit probabilius esse quod dicatur sacramentum. Quod *Matb. 19*
 probat sufficienter: quia Christus instituit hoc sacramentum illis
 verbis. Quos Deus coniungit: homo non separet, sed hoc non ad fi-
 deles solùm, sed ad infideles spectat.

¶ Ad illud quod in principio obiectum est, eo q; baptismus
 sit ianua omnium sacramentorum, respondetur verum esse, capi-
 endo sacramentum strictè, pro illis que in lege noua a Christo

instituta sunt. Nam isto modo capiendo, inter infideles non est sacramentum matrimonium.

Obiectio. ¶ Sed posset esse argumentum. Omne sacramentum gratiam confert, sed matrimonium infidelibus nullam gratiam confert, ergo nullo modo est sacramentum.

Magis, in ¶ In hoc argumento tangitur difficultas. Vtrum matrimoni
4. d. 2. c. 2 um generaliter conferat gratiam: dato sit sacramentum. Et quia
Dur. in. 4. quidam doctores graves sunt, qui affirmant non conferre gratiam
d. 25. q. 3. licet sacramentum esse concedant, ut determinatum est ab Eccle
B. Bona. sia: posset responderi ad argumentum facile ex opinione istorum,
d. 26. arti. dicendo posse bene stare ista duo, q. sit sacramentum, & q. gratiam
cu. 2. q. 2. non conferat. Verum quia mihi non placet in hac parte istorum
Hostiæ, in sententia, sed incurtanter affirmandum sacramentum matri
sum, d. sa- monij gratiam conferre gratum facientem, sicut ceteri doctores
era, nō ite- rantis, affirmant, quod determinatum est aperte in cōci. Florē. & Tridē.
randis. Eras, in sessione. 6. ubi dicitur, q. sacramenta. 7. Ecclesie, inter que ma-
Eras, in trimonium computatur, non solum causant gratiam, sed continent
seho, super eam, quod nos ex proposito in. 4. sen. discutiemus: ad argumen-
epi. Hie- tum respondeo. Matrimonium infidelium eo modo quo est sacra-
ro, ad Hie- mentum, & gratiam confert. Volo dicere: q. sacramentum strictē
rōnam. capitur pro sacramentō nouę legis instituto a Christo. Et sic capi-
Clossa, ca. endo, matrimonium inter infideles non est sacramentum. Capitur
Cum in ec- etiam pro sacrę rei signo. Et sic est inter infideles sacramentum.
clesie, de si- Sic gratia capitur dupliciter. Vno modo propriē, & strictē, pro
monia, & gratia gratum facientem. Et isto modo sacramentum matri. infi-
32. q. 2. c. delium grām non confert: quia quandiu sunt tales in infidelitate:
Honoran- per quam datur ius ad
tur. regnum cœlorum.

Abulen, p. ¶ 2. modo dicitur gratia largē, non solum que hominem reddit
negum. 8. gratum, sed que facit non esse hominem ingrātum. i. displicentem
4. 4. Deo. Et quidem gratia est q. ego non sim displicens alicui, dato
 maior sit per quam etiam sum places, & gratus. Et hoc modo ca-
 piendo, sacramentum matrimonij inter infideles gratiam confert.

Nam

A Nam facit q̄ per istum actum cōmixtionis maris & fœminæ, qui sic coniunguntur, non displiceant Deo, & non offendant Deum, & nō sint ingrati in illo actu, qui omnino displicerent, & offenderent Deum: si non eſet tale sacramentum matrimonij. Non eſt dubium hanc eſſe gratiam, licēt nō ſit gratum faciens, tamen nō eſt displicens, vel eſt non ingratum reddens. Si tamen quis neget hanc dici gratiam: non cōtendo: quia quæſtio eſt de nomine. Sed tamen dicitur sacramentum, vt ſacræ rei ſignum eſt: vt dicit Adrianus pri q. de matrimonio.

Hugo d̄ ſa
cra. lib. 2.
p. 11. ca. 8
B. Bona.
i. 4 d. 26
ar. 2. q. 3.

Adria.

ARTICVLVS 34.

An ſtatim vt conuertuntur infideles matrimonium ſit ſacramentum.

B Ed ex iſtis oritur quæſtio non contemnenda. Si ita eſt q̄ matrimonium inter infideles (dato ſit ſacramentum) non confert gratiam gratum facientem: quia ſolum hoc competit ſacramēto fidelium: peto. Vt r̄ ſi infideles conuertantur: matrimonium ſit propriè ſacramentum, capiēdo ſtriçtè, & conferatur ſimiliter gratia gratum faciens.

Sacramentum infidelium licēt tempore infidelitatis nō ſit ſtriçtè ſacramentum, neq̄ gratiam gratum facientem conferat, tamen cum baptizantur, & de nouo conſentiunt: ſit ſacramentum ſtriçtè capiēdo, & conferatur gratia gratum faciens, ſi ſint alijs diſpoſiti. Probatur. Vbi cūq̄ eſt conſenſus expreſſus inter legitimas pſonas iã fideles eſt ſacramentum verum ſtriçtè, & vnum de 7. ſacramentis, ſed inter tales infideles qui poſt baptiſmum de nouo conſentiunt eſt talis conſenſus, ergo eſt verum ſacramentum. At, vbi eſt verum ſacramentum nouę legis, & non eſt obſtaculū: datur gratia gratū faciens. Cōſequens ergo eſt q̄ illis poſt baptiſmum verè conferatur. Dixi. Si ſint diſpoſiti: quia poſſet eſſe obſtaculum quominus recipere: ſicut & apud alios fideles contingere

p. concln.
Hugo vbi
ſup.
Ratio.
Echius de
ſacramē.
matrimo.
Hom. 73.

tingere potest, qui dum ponunt obicem: non sequitur effectus.

p. corolla

¶ Ex ista cōclusionē sequitur, bene, prudenter, & sanctē fieri a ministris huius noue Ecclesie, quando nouiter conuersos incitāt & sollicitant vt veniā ad contrahendum in facie Ecclesie, & recipere benedictiones: vt sic consentientes de nouo: fiat sacramentum, & recipiant gratiam gratum facientem. Sanctē etiam fit q̄ prius confiteantur, q̄ ad tales benedictiones admittantur: vt non sit obstaculum quominus iustificentur illi, qui fortē in baptismo posuerunt obstaculum gratiē.

2. conclu.

¶ Non solum est verum quod positum est in prefata cōclusionē, quando de nouo post baptismum consentiunt, sed etiam fit sacramentum, et gratiam recipiunt tales gratum facientem: si persistāt in consensu tempore infidelitatis habito, etiam si nullus alius sit de nouo. Probatur. Inter tales est verum sacramentum matrimonij post baptismum, strictē capiēdo, & propriē, sacramentum, & indissolubile, post q̄ baptizati sunt, & ante in infidelitate non erat. Ergo aliquando post baptismum incepit esse sacramentum propriē. At, cum non sit potior ratio de vno tempore, q̄ de alio: dicendum, q̄ tunc primo quando sunt baptizati sine nouo consensu matrimonij: q̄a quādo cūq̄ est sacramentum noue legis, ille qui recipit, simul recipit gratiam, si non sit impedimentum, sed in infidelibus cū primo baptizantur: si ante fuerunt legitimi coniuges: incipit sine nouo consensu inter eos esse verum sacramentum matrimonij strictē capiēdo, & propriē, ergo & tunc habebunt gratiam, si non sit impedimentum.

2. corolla.

¶ Ex ista cōclusionē sequitur etiam, dato bene fiat q̄ isti reopiti veniant ad recipiēdum benedictiones, & de nouo contrahant, tamen non est hoc necessarium simpliciter, sed solum cōsiliū. Sic Palude. in. 4. d. 26. q. 4. Qui in solutione ad. 5. si b. b. cuius simis admodum verbis dicit in sententia vtrāq̄ cōclusionem. Infideles habebunt gratiam per matrimonium, si post baptismum de nouo consentiant, vel in pristino consensu persistāt. Tunc etiam imprimatur ornatu ille, & gratiam nisi tenent clericum. Hic ille.

Basid.

Iam Ioā.

Echius de

sacramē.

matri. Ho

me. 73.

Li. ed.

A Quod credo esse verum, & tenendum, quam quæm dicat quidam aliis grauis doctor q. matrim. eni infidelium nō est sacramentū neq; ante, neq; post, neq; quando conuertuntur, neq; confert gratiam, licet quando baptizantur conferatur eis vigor ad preservationē peccatorum. Hęc enim non apparent vera. Nā tñde quidem infideles baptizantur, & sunt legitimi coniuges: oportet cōcedere matrimoniū in eis esse ex Ecclesiæ sacramētis. ¶ Et si est finis. 2. partis, in qua de matrim. eni infidelium egimus. Et restat pro complemento totius materiæ in. 3. parte quā breuiter disserere de diuortio. Quomodo debeat fieri, siue quādo fit ad tempus vel ppetuo. Vel quando fit separatio matrimonij quāti. m. ad vinculum propter impedimentum quod p̄cessit. Et qualis nōcaus debeat seruari, maximē in foro conscientiæ.

¶ **CLAVS DEO.**

¶ **FINIS**

secundæ
partis.

¶ **Index**

**INDEX ARTICV LORVM, ET DVBI-
orum. 2. p. speculi coniugiorum. R. P. F. Illephonsi a vera cruce
Doctoris Theologi, & ordinis heremi-
tarum S. Augustini.**

- ¶ **Articulus prim.** Vtrum inter infideles sit verum matrimonium. pag. 309.
- ¶ **Ar. 2.** Vtrum inter huius noui orbis incolas fuerit etiam verum matrimonium. pag. 313.
- ¶ **Ar. 3.** Vtrum quando in modo non exprimebatur consensus erat matrimonium. pag. 321.
- ¶ **Ar. 4.** Vtrum si quis plures duxit: sit matrimonium. pag. 331.
- ¶ **Ar. 5.** De libello repudij. pag. 334.
- ¶ **Ar. 6.** De indissolubilitate matrimonij. Vtrum sit de iure nature. pag. 336.
- ¶ **Ar. 7.** Vtrum indissolubilitas sit apud omnes gentes. pa. 348.
- ¶ **Ar. 8.** Quisnam est qui potest in iure nature dispensare? pa. 353.
- ¶ **Ar. 9.** Vtrum repudium fuerit aliquando in vsu. pa. 359.
- ¶ **Ar. 10.** Vtrum Iudei repudiantes peccabant. pa. 361.
- ¶ **Ar. 11.** Vtrum per repudium dissolueret matrimonium. pa. 367.
- ¶ **Ar. 12.** Vtrum fuerit repudium inter gentiles. pag. 371.
- ¶ **Ar. 13.** Vtrum inter gentiles dissolueretur matrimonium per repudium. pa. 379.
- ¶ **Ar. 14.** De vxorum pluralitate. Vtrum repugnet legi naturali. pag. 386.
- ¶ **Ar. 15.** An fuerit requisita dispensatio ad vxorum pluralitatem. pag. 391.
- ¶ **Ar. 16.** De pluralitate vxorum tempore legis scripte. pa. 399.
- ¶ **Ar. 17.** Vtrum gentilibus etiam licuerit plures vxores habere. pag. 400.
- ¶ **Ar. 18.** Vtrum cum pluribus sit matrimonium. pa. 411.
- ¶ **Ar. 19.** Vtrum liceat habere concubinam. pag. 417.
- ¶ **Ar. 20.** Quid de concubina secundum leges ciuiles? pag. 422.
- ¶ **Ar. 21.** Cui standum plus, Pontifici, an doctoribus. pag. 428.
- ¶ **Ar. 22.** De gradibus consanguinitatis & affini. prohibitis. pag. 435.
- ¶ **Ar. 23.** An lex vetus obligabat gentiles. pag. 443.
- ¶ **Ar. 24.** An lex illa Leuiti. 18 modo

- modo obliget. pag. 447.
- ¶ Ar. 25. An gra. prohibiti i Le
ui. sint de iure nature. pa. 449.
- ¶ Ar. 26. An gra. modo probibi
ti ab Ecclesia sint de iure natu
re. pag. 463.
- ¶ Ar. 27. An summus Pontifex
valeat dispensare in omni gra
du affini. & conf. pag. 466.
- ¶ Ar. 28. Vtrum matrimonium i
fidelium sit dissolubile. pa. 479.
- ¶ Pri. dubium. Quid intelligitur p
contumeliam creatoris. pagina
494 B.
- ¶ 2. dubium. Vtrum per blasphe
miam creatoris intelligamus
quando infidelis cohabitans fi
deli, seruat cultum, & ritum suo
rum Deorum. pag. 495. B.
- ¶ Ar. 29. Quid intelligatur ptra
ctione ad mortale. pa. 499.
- ¶ Ar. 30. Anteneatur fidelis coha
bitare volenti infideli. pa. 503.
- ¶ Ar. 31. An i casibus Apostoli sta
tim soluatur matri. pa. 509.
- ¶ Ar. 32. Vtrum infideli liceat eti
am transire ad. 2. vota. pagina
514.
- ¶ Ar. 33. An matri infidelium sit
sacramentum. pa. 516.
- ¶ Ar. 34. Quando conferat gra
tiam matri. inf. pa. 519.

FINIS

ERRATA SIC CORRIGE.

- ¶ Pag. 224. li. 3. Expressé etiam. Lege. Expressé contra.
- ¶ Pag. 308. li. penultima. quando res exposulet. Lege, exposulauerit.
- ¶ Pagi. 319. li. 17. non explicant. Lege, non omnes explicant.
- ¶ Pag. 423. li. 6. Sic lege, illis quibus interdicitur vt sint vxores: concedit
vt sint concubine.

QVARTIA PARS SPECVLI CONIVGIORVM. R. P. f. Illephonsi a vera cruce doctoris Theologi, & ordinis heremitarum. S. Augustini.



OST absolutum tractatum de matrimonio in se, & de omnibus impedimentis eius, & de matrimonio in quantum ad infideles at tinet, restat in. 3. tractare de diuortio. Quomodo soluitur aliquando quantum ad thorum, vel quantum ad cobabitationem. Et tandem differemus quomodo procedendum sit ad diuortium celebrandum.

*Diuortium aliter se-
cundum leges ciuili-
um q̄ eccle-
siasticas.*

Loquuntur igitur de diuortio: oportet considerare q̄ aliter diuortium capitur secundū leges humanas ciuiles, & aliter scđm Ecclesiasticas. Nā secundū leges ciuiles dicit separationem matrimonij quantum ad vinculum, vt patet. ff. de diuortijs. Diuortium. Vnde, diuortium dicitur a diuersitate mentium: quia non sūt vnus mentis, vt commanere consentiant. Secundum vero Ecclesie statuta, diuortium accipitur pro sepatione coniugum quantum ad thorum, manente integro vinculo matrimonij. Vt quoq̄ autem modo capientes diuortium. differemus quando fit separatio coniugum quantum ad thorum, vel cobabitationem. Et similiter de ipso diuortio in quantum sit separatio matrimonij, quādo fuit contractum inter personas illegitimas, vel fuit nullum ob aliquā impedimētum. Quis modus debeat seruari in diuortio talis matrimonij, quod non erat verum, licet apparet veram fuisse. Et de primo loquentes queritur.

ARTICVLVS PRIMVS.



Legitimum matrimonium inter fideles quibus causis quantum ad thorum dissoluatur, vel cobabitationem. Quod est querere. Ex quibus causis contingat diuortium.

1. conclu.

Ad diuortium celebrandū inter fideles qui legi

A legitimé contraxerunt: causa fornicatio est. Probatur auctoritate. Ratio Christi dicentis *Matth. 5.* Omnis qui dimiserit uxorem, excepta fornicationis causa: mechatur. Idē ē *Matth. 19.* Iudeis inter rogātibus ex quibus causis liceret uxores dimittere: respondit, solū ppter fornicationem licere. Ex istis patet conclusio. Christus redētor noster instituit matrimonium, & vinculum indissolubile, si mul & mutuam cohabitationem declaravit ipsorum conjugatorum. Ergo si in aliquo casu dissoluitur vinculum: solū erit in casu expresso a Christo: quia non potest aliquis Christo inferior legem ab eo latam mutare, vel in ea dispensare. At, solū ipse Christus fornicationem declaravit esse causam diuortij, ergo sola ipsa potest diuortium celebrari. Sic expressē B. p. Augusti. Multiq̄ erant in lege causę dimittendi uxores. Christus scilicet fornicationem excepit, ceteras molestias iubet pro fide, & castitate coniugij sustinere. Ratio autem quare Christus solam istam causā posuit in lege Evangelica, cum in lege veteri ob duritiā Iudeorū permitteret libellum repudiij dari ex quacunq̄ cā (vt nos sup̄ in. 2. parte probauimus) hęc fuit: quia nullus posset indissolubilitatem matrimonij sustinere in lege noua: si propter fornicationem nō liceret separari quantum ad cohabitationem. Quis ergo patienter ferret uxorem suam continuē adulterantem, & q̄ ipse nō posset abijcere eam? Profecto vix esset aliquis. Ob quod decuit Dei sapientiam, quandoquidem vinculum matrimonij indissolubile predixerat: modum daret obuiandi tanto malo: si contingeret uxorem fornicariam. Et sic hęc concessit causam. Hęc conclusio patet in c. Ex parte, de sponsali. Et c. Significasti. Et c. Ex litteris. Et ca. Gaudemus, de diuortijs. Et c. finali, de adultc. & l. consensus. C. de repudijs.

¶ 2. causa fuit huius pmissionis: quia directē fornicatio repugnat bonis matrimoni, s. fidei, quam tenentur seruare coniuges inter se: vt nullus accedat ad alienū thorum. At, dignum est vt frangenti istam fidem: & frangatur ei. De iure. iurā. c. Peruenit. Quare sapientissimē factum est, vt mulieri fornicanti, & frangenti fidem

Couaru.
p. epico. c.
7. S. 5.
nume. 8.

S. Tho. 12
q. 95. arti.
4. & 5.

Sup̄. 2. 2.
ar. 5.

Matth. 19

2. causa.

fidem cum adultero: ipse vir non teneatur ei seruare fidem, reddēdo ei debitum: quia ipsa non seruauit fornicando, relicto proprio coniuge, accedens ad alium.

3. causa. ¶ 3. causa: quia ad caritatem videtur pertinere: vt castus fornicantem deserat. Nam si vir retinet fornicantem mulierem: p̄beret ei patrociniū ad fornicandum: vt ait Chriſost. Et habetur Chriſos. Extra de iure iuran. c. Quemadmodum. Sed quilibet tenetur auferre offendiculum proximi. Conuenienter ergo factum est a Deo ad tollendum istud offendiculum: q̄ innocens possit propter fornicationem separari ab vxore.

4. causa. ¶ 4. causa & potissima, Propter bonum prolis. Nam muliere fornicante, incerto patre nasceretur proles. Et sic non posset absq̄ detrimento eius esse. Vnde ex natura rei concessum ē diuortii ob fornicationem.

2. conclusio. ¶ Molities. Vitium sodometicum agendo, vel patiendo, vel mulierem cognoscendo extra naturale vas: est causa diuortij quantum ad cohabitationem. Probatur ex dictis Chriſti, vt patet in p̄cedenti conclusione. Fornicatio est causa sufficiens ad vxorem dimittendam. At verò, molities, & vitium bestialitatis sub fornicatione includitur. Sequitur talia peccata esse causam diuortij. Probatur q̄ includatur. P. n. Augu. 32. q. 4. c. Meretrices ait q̄. 7. Nam mechis, vel fornicationis nomine. omnis illicitus concubitus & indebitus membrorum vsus continetur. Talia quidem in preiudicium vxoris fiunt: quia nunq̄ ex huiusmodi contra naturam concubitu concipiet. Dixi, De vitio sodomietico ne pbando, siue sit patiendo, vel agendo, propter aliquos, qui licet concedant conclusionem veram de vitio isto ne pbando respectu agentis, negant respectu patientis: quia patiendo nihil perijt a proprie vxoris debito: quia vir tunc patiens: non emittit semen. Neq̄ tunc q̄ patitur dat alteri debitum proprie vxoris. Verum nos de vtroq̄ loquentes: eandem rationem affirmamus esse de vno, & de alio. Per vtrumq̄ enim de directo fit contra matrimonium. In quo Deus posuit cōmixtionem maris & fœminę fieri via naturali, per quam sequē

A sequeretur generatio. Et sic sicut fornicatio causa est diuortij: quia fides frangitur, quæ deberet seruari in debita cõmixtione, cum in vitio nephando contra naturam, siue sit patiendõ, siue agendõ, fides non seruetur de debita cõmixtione maris, & fœminæ: erit causa diuortij. Sic etiam si vir fœminam velit cognoscere extra vas debitum, & naturale: est causa diuortij sufficiens: sicut si adulterium cõmitteret. Glo. 32 q. 7. c. Omnes accusationes, vbi dicitur. Quod si vir polluat mulierem in vase id debito, vel extra vas sicut dicitur in Gene. de Onia filio Iudæ, q. semen fundebat in terram, cum ad vxorem accedebat: potest diuortium petere: quia per hoc iniuria fit vxori quæ filios habere vult, & illo modo nõ potest Item: quia matrimonium est in remedium, vt ait Paulus, & iste finis tollitur quando mulier non cognoscitur modo debito. Sic tenet Cal. Anto. Abba. & Ioan Ana. in c. In maritis, extra de adulte. Barba. 1. volu. cõsi. cõsi. 64. Casaneus in cõsue. Burgun. rubri. 7. § 3. Alia. li. 10. Per argon. c. 11. qui quid dicat Inno. in c. 1. De adulterio, & Aluarus de planctu Ecclesiæ li. 2. ar. 2.

¶ Licet ita verum sit quod propter heresim in qua alter cõiugatorum incidit: Ecclesia diuortium concedat, non tamen hoc est quia heresis sit fornicatio spiritualis, sed facit Ecclesia ad deffensionem coniugis fidelis. Ista conclusio patet. 1. quod propter heresim fiat separatio, Extra, de diuortijs c. De illa, & c. Quanto. Sed per hoc 2. partem, quod non sit quia heresis sit fornicatio spiritualis: quia si sic, sequeretur quod etiam quolibet aliud peccatum esset causa sufficiens ad diuortium, cum per quodlibet peccatum homo fornicetur spiritualiter, & non seruet fidem debitam Deo, sed non quodlibet peccatum est causa diuortij, vt patet eodem titu. c. Quæsiuit, vbi dicitur. Mulier per furto, vel alio crimine viri sui: ab eo separari non debet. Ergo non fit separatio propter heresim: quia heresis est fornicatio quedam.

¶ Separatio etiam quantum ad cohabitationem non fit nisi auctoritate diuina, quæ matrimonium dixerat indissolubile: quia ad Ioh. in ipsum spectat legem interpretari, qui & condere.

S. Tho. in
add. q. 62
ar. pri.

Glo.

Gene. 38.

P. cor. 7.

3. conclu.

Ob heres.

cõceditur

diuortium

Castro de

iusta puni.

li. 2. c. 7.

c. final. de

conuer. cõ

iuga,

Repert. in

qstionum

in verbo.

dote.

Couaru.

vbi supra

S. Thom.

12. q. 95.

4. 4. et. 5.

S. Thom.
22. q. 10.
ar. 3.
Prp̄t he
resin di-
uortii ad
tutellam.

sed Christus solam fornicationem causam dedit talis separatio- A
nis. Ergo Ecclesia nullo modo potuit addere aliam causam isti:
nisi habuerit esse de intentione Christi. Cum ergo Ecclesia dat cau-
sam diuortij heresim alterius coniugis, et non quia heresis sit for-
nicatio spiritualis, vel sit grauissimum peccatum: sequitur q̄
propter aliam causam quam habuit a Christo. Et hec est ad sub-
ueniendum fideli tunc iniuriam patienti, et periclitanti, propter
heresim coniugis alterius, qui hereticus est. Nam si non daret t̄c
fideli licentiam diuertendi ab heretico coniuge, per mutuam cō-
uersationem, et carnalem commixtionem auerteretur coniux fi-
delis a fide: quia in venereis participando: facilis est auersio.
Ob q̄d Ecclesia volens subuenire oppresso: concedit fideli potenti di-
uortium. Et non est directē diuortium, sed fidelis tutela: quia nul-
li neganda est defensio animæ, et corporis, vt cōstat ap̄tē. Nam
si mulier machinaretur in mortem viri, et vir non posset esse se-
curus de malitia animæ eius: fieret diuortium ipso petente, vt col-
ligitur, Extra, de diuor. c. Si qua mulier. Et in glo. c. sequentis ibi-
dem. Et probatur q̄ causa istius diuortij propter heresim fiat ad
tutellam ipsius fidelis. Nam in. c. Quæsiuit, supra allegato, dici-
tur. Mulier pro furto, vel alio crimine viri sui (nisi fidei suæ re-
ligionem corrumpere velit) a viro non separetur. Ponderanda
sunt verba textus: sicut solent Iuristæ dicere, in quantum dicit.
Nisi fidei suæ religionem corrumpere velit. Sequitur ergo q̄ ra-
tio diuertendi in tali crimine heresis non est: quia fornicatio sit
spiritualis, sed quia fidelis periclitatur de fide manendo cum he-
retico coniuge. Et in tutelam Ecclesia subuenit ei, concedendo di-
uortium. Quod non faceret: nisi haberet ex dictis Christi expre-
sē, vel interpretatiuē. Hocq̄ subsidium, et tutelam in fauorem fi-
dei est. Qui fauor debet præualere habitationi matrimoniali.
Nam si in fauorem fidei. B. Paulus ex mente Christi (vt in fine.
2. partis diximus) declarauit matrimonium solui, etiam quantū
ad vinculum, et sic tenet Ecclesia, quanto magis in fauorem fi-
dei, et defensionis fidelis dicendum est esse de Christi intentione

A vt matrimonium dissoluatur quantum ad cobitationē. Et sic videtur dicendum dissolui per lapsum in heresim. Non quia ipsa fornicatio sit, & ex illis verbis Xpi Math. 5. & 19. liceat diuertere propter eam, sed q̄ Ecclesia habuit ex alijs verbis, vel factis Xpi in tali casu dissolui inter fideles quantum ad cobitationem ob fauorem fidei, subueniendo fideli oppresso. Neq̄ est ad hoc necessaria peculiaris diuortij sententia, vt patet ex tex. vlti. de hereticis, & in. c. De illa, Extra, de diuortijs, & c. vlti. de conuersione coniuga. Non tamē ē concedēdum per heresim dissolui quō ad vinculū. In quo Celestinus Papa errauit, vt in. c. Quā Error ce
to, Extra, de diuor. Inno. & ibi glossa. lesti, pape

B Probabiliter dici posset, stādo in iure naturæ, si ius positiuū non obstaret: causam diuertendi quantum ad iborum subueniendo oppresso, quando periclitatur de anima, non salū heresim esse sed quodcunq̄ aliud peccatum, ad quod inducitur quis ab alio cōiuge, & non potest sine animæ periculo cōmanere ei. Volo dicere in conclusionē, q̄ quemadmodum propter heresim vnus: quia sollicitat fidelem, & fidelis est in animæ periculo, & ad subueniendum ei, & tutelam eius: conceditur diuortium, etiam stando in iure naturæ. Immo & in iure diuino posset probabiliter dici: nisi obstaret ius positiuum: eandē esse rationem de quocūq̄ alio peccato: ita q̄ si vnus coniugum esset fur, & nimium alium sollicitaret ad furtum, sic q̄ esset in periculo animæ sue: videtur ex iure naturæ subueniēdum: sicut in peccato heresis: quia ita damnabitur pro vno, sicut pro alio, & ita periclitatur per furtum, sicut p̄pter heresim. Item. Ex iure diuino etiam videtur, sicut subuenit fidei deli conuerso, quando infidelis non vult cobabitare: nisi pertrahendo eum ad mortale. Verū quicquid sit de hoc: non oportet ista affirmare: quia expressa determinatio iuris positivi est in contrarium. in. c. Quæsiuit, supra allegato. Et potius credendum est Ecclesie determināti esse de intentione Christi q̄ in solo heresis periculo subueniatur oppresso per diuortium, q̄ in alijs peccatis. Ratio diuersitatis potest esse: quia cūm fides sit fundamentū,

4. conclu

Nota.

sine

11

Ad hebre sine qua impossibile est placere Deo: subueniendum est tanto pericu
 11. lo. In alijs verò peccatis que possunt esse cum recta fide non sic, a

quibus homo facile liberatur manente fide, per conuersionem in
 Deum, quod tamen non sic contingeret vbi quis fidem perderet
 per heresim. Et certè videtur ratio diuersitatis sufficiens: quare
 vni concedatur tutela, & subuētio, & non alteri, licet conclusio
 nem absolute concedat etiam stando in iure positio do. Inno. in
 eodem. ca. Quæsiuit, contra glo. vt bene notat Panor. Et cum In
 nocen. tenere videtur do. de Palude, & Archie. Floren. Siluester.

Inno, Tamen non assererem ego: quia videtur eē contra textum, vbi solū
 Pal. d. 39 S. Ant. 3 datur ista tutela propter infidelitatē.

p. ti. p. c.

21. S. 5: Circa istā. 4. conclusiōē. nota, q̄ de rigore iuris fieri debu
 Silues. ver iset q̄, diuortium concederetur propter quodlibet peccatum, ad
 diuor. S. quod vnus coniugum nititur alium pertrahere, tamen ex qua
 7. dam iuris equitate reductum est solū per peccatum infideli
 tatis. Et si vnus in mortem alterius machinatur, Extra, d̄ diuor. c.

Si q̄ mulier, ne facile sit diuortiū. Hoc tamē intelligendum q̄ntū
 ad diuortium perpetuum solū propter ista peccata, & fornica
 tionem, sed quantum ad temporale, quandiu vnus persistit alium
 trahere ad mortale: diuortium dabitur. Et sic intelligit Inno. ca.
 Aug⁹. De illa. Sic potest intelligi. p. August. 28 q. 1. c. Idololatria, vbi p̄

qualibet illicita concupiscentia que animam a Deo separat dicit
 q̄ fiat diuortium. s. si traxerit coniux coniugem ad illud. Tamen
 p̄ hoc q̄ maneret alter coniugū in peccato: non est dādū diuortiū

Cōcordā ad tēpus, neq̄ p̄petuum. Et in isto sensu sunt intelligendi isti doc
 niz Docto to. qui videntur contrarium assignare textui. Et ita quidam di
 cunt, & bene, q̄ si alter coniugum est in peccato infidelitatis, etiā
 num, si non trahat ad illud alterum: datur diuortium. Ex c. Quante, de
 diuor. Et c. Mulier, de conuersi. coniu. Si tamen esset in alio pec
 cato, & non traheret ad illud: non conceditur diuortium, sed bene
 si trahat. Et sic intelligunt textum c. Quæsiuit, supra alleg. Tenen
 dū itaq̄ est q̄ tēporale diuortium conceditur ad quodcunq̄ pec
 catum alter pertrahat alium, sed perpetuum: solū si est in infide
 litate,

Alitate, vel ad ipsam infidelitatem trahat fidelem.

¶ Licet per adulterium diuortium concedatur, siue fuerit 5. conclu. ex parte viri, siue ex parte foemine, tamen aliqui sunt casus particulares in quibus existente adulterio non conceditur diuortium. Quorum primus.

¶ Primus casus. Quando vterq; cōiugum fuerit adulteratus. Nam tunc, siue vir, siue foemina diuortium petat; non dabitur: quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, Extra, de adult. c. vltimo. In tantum est verum, q; si muliere adulterante, & viro accusante, diuortium fuerit celebratum, & post diuortium vir adulteratus fuerit: compellitur vxorem adulteram sibi reconciliare, Extra, de diuortijs. c. Significasti, & c. Ex litteris, & 32. q. 19. 7. c. Apostolus, & c. Placuit, & 32. q. 5. c. Precepit, & 32. q. 6. c. Christiana religio, vbi declaratur q; sint pares. Contra Caic. qui dubitauit an sint pares, vt dicemus iam.

¶ 2. est. Quando vir dedit mulieri occasionem adulterandi. Quid intelligendum est, quando tradidit eam vir cognoscendam inuitam, siue volentem, vt patet, Extra, de eo qui cog. consan. vxor. c. Discretiōem. Vel si volens ipsa adulterata est, quando tamē vir prostituerit eam, vel fuerit mediator adultery. Non tamen intelligitur dedisse causam per hoc q; nō soluit debitum ad hoc q; adulteriū cōmissit. Significasti in glo. Extra de diuortijs.

¶ 3. Quando mulier credens probabiliter virum suum mortuum, & alteri nupsit, & post viuere sit inuentus: non potest vir ob hoc opponere adulterium; quia lex non iudicat eam adulteram. 34. q. 2. c. Cūm per bellicam. Ob qd tollēdum: Ecclesia statuit vt mulier non transeat ad 2. nuptias: vsq; dum sit certificata de morte viri, etiā si ad 20. annos spectandum sit, Extra de spōsa. c. In presentia. Vndē si contraxit cum 2. non plenē certificata de morte primi, & post incidit scrupulus de morte, dubitans: non debet petere debitum a viro, sed solūm reddere postulanti, Extra de 2. nuptijs c. Dominus, & c. Inquisitioni, de sententia ex cōmunicatio. Et statim cum primum vir primus redderit: tenetur ad

illum redire, relicto. 2. Et mox dum plenè fuerit certificata de vi
 ta suo: debet recedere a. 2. Ibidem. Et si non redierit: iudicabitur
 adultera ex tempore illo quo sciuit virum, 2. viuere. 34. q. 2. ca.
 Cùm per bellicam. Idem de viro dicendum, si credit vxorem mor
 tuam & c. vt patet. 34. q. 2. c. Cùm in captiuitate. Nam quantum
 ad hoc ad paria obligantur vir, & foemina, Extra de diuortijs.
 c. Gaudemus.

4. casus
 Quò igno
 rancia est

¶ 4. Si mulier ignoranter cognita est ab aliquo qui non erat
 vir suus, sed ipsa putabat q. sic. Idem si vir cognoscat vxorem
 quam suam putat: vt Iacob cognoscens Lyam non posset accusa
 ri de adulterio a Rachele: quia ignoranter fecit. Sicq. per igno
 rantiam inuincibilè excusatur ab adulterio, vsq. dum cognoscat
 veritatem. 34. q. 2. c. Si virgo. Et est aucto. B. p. Augusti. in libro
 de fide, & operibus. In tantum verum est, q. vir cognoscens erro
 re vxoris sororem: sicut Iacob cognouit: non priuatur iure peten
 di debitum. 34. q. 2. c. In lectum.

5. casus.

Si sit vio
 lenter co
 gnita.

6. casus.
 Si cogno
 uit a dult
 ram.

¶ 5. Quando mulier fuit violenter cognita: non potest cõtra
 eam agi de adulterio. In c. Cùm per bellicam.

¶ 6. Si vir reconciliauit sibi vxorem adulteram, cognoscẽ
 do eam carnaliter, postq. sciuit eam adultera esse: non potest post
 agere contra eam de adulterio cõmisso: quia per dissimulationem
 & actus placidè conuersationis tollitur iniuriarum actio. Vnde,
 si vir petat diuortium, & vxor probet eam virum cognouisse
 carnaliter post adulterium: non dabitur sententia diuortij.

7. casus.
 Quò adul.
 precedit si
 dem.

¶ 7. Quando adulterium fuit ante conuersionem ad fidẽ post
 repudium, Extra, de diuortijs c. Gaudemus: quia conuersus nõ po
 test obijcere ei adulterium. Ratio est: quia ipsi gentiles, & Iu
 dei per repudium credebant matrimonium solui. Et sic secundũ
 matrimonium verum existimabant, & non adulterium. Ob quod
 conuerso non licet agere contra illum q. ad. 2. nuptias transit post
 repudium. Quarè, seclusis istis casibus, in omnibus per adulte
 riũ datur diuortium, dummodò iteruenerit verè adulteriũ. Nã
 per solũ mente conceptum, etiam si probari posset: nullo modo

Eccle

A Ecclesia sententiam daret diuortii: quia per fornicationem solam mentalem non nocet in aliquo matrimonio vero. Quare nullo modo ob hoc est diuortium celebrandum: sicut tenet Glo. 32. q. 7. c. Omnes causationes.

Causa diuortij seu itia viri: sicut & furor sufficiens est. Pa 6 conclu. tet ex c. Litteras, de resti. spoli. Quod probat Frepo. in c. 1. de di- Couarru. uortijs. Palacios Rubios in c. Per vestras. 3. nota. Alex. 5. volu. cō in epito. 2 si. consi. 78. Et si aliter alterum veneno occidere tentat: sufficiens p. cap. 7, causa diuortij est: vt Gerard. in suis singula. sing. 65. Et furor quā S. 5. do est vehemens iuxta communem opinionem, quam refert Alex. in l. Si cum dote §. si maritus ff. solut. matri. quāuis ipse nō pbet.

ARTICVLVS 2.

Vtrum vir teneatur vxorem fornicariam eicere per diuortium.

B



Ocqueritur: quia potest esse q. sit tanq̄ privilegii in fauorem innocentis concessum posse eicere adulteram, & tamen q. bene faciat retinendo. Et potest esse dupliciter. Vel mulier adulterat, & pœnitet, vel non, sed remanet ad huc in peccato. Ad adubium respondemus.

Si mulier que fornicata est, seu adulterium cōmissit: emen- p. conclu. datur: vir non tenetur eam a se abicere per diuortium, sed bene facit retinendo. Probatur. Dimittere vxorem fornicariam est p missionis, & non precepti, vt patet ex verbis Christi permittētis p. ratio. Math. 19 dimittere ob fornicationem, et vt glo. 1. Corinth. 6. declarat, sed ad illa que permissionis sunt nullus tenetur, vt est manifestum. Sequitur ergo q. non tenetur fornicariam a se abicere. Alioq. non esset permissio, sed preceptum, quod non est dicendum. Vnde. B p. Augusti. in ser. domini in monte, & habetur. 28. q. 1. c. Idololatria, dicit. Dominus permisit causa fornicationis vxorem di mitti, sed quia permisit: non iussit. Augu.

C 2.
ll iij

2. ratio. ¶ 2. Quilibet potest remittere iniuriam sibi illatam. Immo ali
 Math. 5. quando est preceptum remittendi, sed per adulterium vxoris vi
 ro iniuria facta est, ergo poterit remittere. Quod si potest remit
 tere: sequitur q̄ non tenetur a se abijcere Dixi. Si sit emendata.
 Pro quo fit. 2. conclusio.

2. conclusio. ¶ Vxorem fornicatam, que manet in peccato, nec corrigi
 vult: tenetur vir sub precepto abijcere per diuortium: si sunt tes
 tes sufficientes: dummodo tamen non credat eam deteriore[m] fu
 turam post diuortium. Probatur. Viro incumbit sub precepto
 Ratio. p. curam habere de vxore: quia ipse rector est, & caput ipsius mu
 p. cor. 5. lieris, ergo tenetur facere quod necessarium est ad correctionem
 vxoris, sed abijcere eam videtur necessarium, quandoquidem re
 tinendo non vult emendari, ergo tenetur abijcere.

2. ratio. ¶ Item: quia tale diuortium ab Ecclesia creditur declaratum
 ex verbis Christi ad emendam ipsius adulterantis: vt ob cofusionem
 resipiscat, ergo videtur q̄ debeat abijcere a se. Dixi. Si duret in
 peccato: quia si emendata est: nullo modo tenetur abijcere, sed est
 permissio: vt dictum est in prima conclusione. Dixi etiam. Si ad
 sint testes: quia dato nollit emendari: si non sint testes, per quos de
 beat conuinci, & Ecclesia possit sententiam dare diuortij. non te
 netur abijcere: quia in casu quo ipsa non vult emendari: tenetur
 abijcere per sententiam Ecclesie, vt post dicemus, & non pro
 pria auctori, sed vbi non sunt testes sufficientes ad sententiam p
 fferendam Ecclesia non celebrabit diuortium, ergo in tali casu
 non tenetur vir abijcere eam denunciando crimem eius, imo for
 te peccaret sic denunciando, licet si deficeret in probatione:
 non esset obligatus ad poena talionis, vt postea erit manifestum.

¶ Dixi preterea verum esse: dummodo non credat ipsam de
 teriorem futuram post diuortium. Nam si id credat: licet posset
 abijcere: non tenetur: quia ratio quare tenetur abijcere ipsam no
 lentem emendari, est: quia tenetur omnibus modis correctionem
 eius curare. Et sic debet isto medio vti abijciendo eam: vt saltim
 sic confusa: propter diuortium resipiscat. Ergo vbi crederet ta
 le

Ale medium non esse conueniens illi fini: non teneretur apponere.

Quare nec abijcere. Nam maius expressum est preceptum de correctione fraterna: quod de abijciendo adulteram, que non vult emendari, tamen, hoc non obstante, non tenemur corrigere quando non est spes quod correctione fiet frater melior, sed deteriorabitur ut constat. Sequitur ergo a simili impresentiarum quod si cognosceret probabiliter eam deterioiorem futuram post diuortium: non teneretur a se abijcere.

S. Thom.
22. q. 33.
Abulen.
math. 18.
9. 96.

¶ Vir dubitans de uxore fornicaria, an melior, vel deterior erit post diuortium: si mulier non sit infamata de adulterio: nullo modo tenetur per diuortium abijcere. Immo dato sit infamata: si tamen adhuc non creditur veram esse famam: non tenetur abijcere eam, etiam si probabiliter credat meliorem futuram si dimittat. Porbatur ex Aristotele. Amicabilia que sunt ad alterum: veniunt ex amicabilibus que sunt ad se: quia prius homo seipsum debet diligere, et deinde proximum sicut se ipsum. Tunc sic. Ex eiectione

3. conclu.

B vxoris fornicarię sequitur infamia viri, que maximum malum est inter mala corporis: quia erat occulta fornicatio, et iam per diuortium debet innotescere, sed cum tanto periculo suo, et malo non tenetur ad correctionem fratris delinquentis, ergo nec tenetur ad abijciendam fornicariam, etiam si credat meliorem futuram: quia amicabilia ad alterum debent procedere ex amicabilibus ad se, cum prius debeat sibi bonum velle, et post proximo, sed qui cum tanto damno suo alterius correctionem vellet: non diligeret seipsum, ergo non tenetur in tali casu abijcere: quia quando est probabilis timor de aliqua lesione corporali, in quam incurret quis si fratrem corrigat delinquentem, et certo sciat emendandum, et non alius: non tenetur quis tunc fratrem corrigere, licet bene fieret: quia Deus non astrinxit ad illud preceptum cum tali damno, quicquid dicat Gabriel, et Adrianus, et Caius. A fortiori ergo sequitur quod ubi maius damnum incurritur: ut est infamia ex abiectione fornicarię, etiam si ipsam emendadam credat, et non alius: non tenetur vir eam abijcere. Immo dato esset infamia,

Aris. 9.
ethic. 8.

Mayro,
sup li. p. 8
ciuita. ca.
9. veri. 7.
Abulen.
vbi supra.
Soto in re
lectione 8
tegendero
secre. m. 2
9. 2. co. 6.
Cõtra Ga
bri. lectione
7. 4.
Aria in
4. de cor
rectio. fra
Caius. 22.
9. 33. ar.
2. ad. 3.

sed

A perseuerat, & pœnitentiam non agit: recede ab illa, & noli viuere cum illa. Sin autem, & tu particeps peccati illius eris. Sic dicit. Glo 28. q. 1. c. Idololatria. Sed nota q̄ propter fornicationē corporalem semel cōmissam potest eam dimittere 32. q. 1. c. Dixit dominus. Propter spiritualem verò non: nisi perseueret.

ARTICVLVS. 3.

Vtrum mulier possit virum de adulterio accusare.



Quæritur vtrum eadem sit ratio viri, & fœminæ quantum ad accusandum fornicationem, & ad diuortium, & ad pœnam quæ debetur secundum leges humanas. Nam videtur disparitas, & ineq̄litas: quia caput est mulieris vir, & dominus. Quo

p. cor. in. 5.

B modo ergo equalia iura habent? Non enim decet membra contra caput, vel seruum contra dominum agere actione iniuriarum.

¶ Quia vir & vxor quantum ad ea quæ matrimonij sunt ad paria obligantur: diuortium fiet propter fornicationem viri: si cut & mulieris. Probatur q̄ ad paria obligentur quantum ad ea quæ sunt matrimonij In ca. Gaudemus, de diuor. Vbi dicitur, q̄ sicut non licet eidem mulieri habere plures viros: sic nec licet eidē viro habere plures vxores post legem Christi. Item. Aequaliter tenetur reddere debitum vir vxori petenti: sicut vxor viro. 1. Ceri tibi. 7. Ex isto patet, 2, pars conclusionis, q̄ diuortium dabitur propter fornicationem viri, si vxor petat: sicut e contrario. Nā Ratio. diuortium datum est in pœnam præuaricationis fidei matrimonij Ergo vbi est præuaricatio: erit & talis pœna, sed sic est q̄ viro fornicante est præuaricatio fidei matrimonij, quam equaliter tenentur seruare vir & fœmina coniugati. Ergo si propter fornicationem vxoris diuortium conceditur: etiam concedetur propter fornicationem viri.

¶ Cū p̄ fornicationē viri, vel fœminæ diuortiu dēt̄, & peccatum viri sit grauius, potior ratio est vt viro fornicatē diuortiu 2. conclu. conce

Ratio. cōcedat: q̄ fœmina fornicatē: q̄a vbi magis militat causa dior- A
 tij: ibi & facilius diortij debet cōcedi, sed causa diortij, q̄ ē fra-
 ctio fidei: magis militat in viro, q̄ in muliere: quia plus peccat
 vir, ergo facilius debet diortiam concedi viro fornicante, q̄ si
 fœmina fornicata esset. Probo assumptum, q̄ plus peccet vir q̄
 fœmina. Primo ex minori impulsivo, vel inclinatione ad peccan-
 dum: quia vbi maior inclinatio, vel impulsio ad peccatum: minui-
 tur peccatum, sed in fœminis est maior impulsio: quia magis ha-
 bent de humore, & ideo facile ducuntur ad venerea, quod non sic
 in viris. Ergo ex ista parte grauior est peccatum viri. ¶ 2. Vbi
 minor virtus ad resistendum: ibidem & minuitur ratio peccati,
 sed in fœminis minor virtus est resistendi passionibus, q̄ in viris,
 ergo minus erit peccatum in eis, & maior in viris, vbi maior vir-
 tus est ad resistendum. Quod sit in fœminis minor virtus patet:
 quia virtus resistendi passionibus est ratio ipsa, sed in mulieribus
 deficiens est valde: ita vt Aristo. dicat, mulieres non vocari pro- B
 priē continentēs, sicut neq̄ bestię. Et hoc propter facilem incli-
 nationem in concupiscentias. Aristo. quidem continentem vo-
 cat illam qui passionibus insurgentibus, etiam vehementibus, resi-
 stit, & non succumbit. At, quia mulieres (vt in plurimum) non re-
 sistunt: dicit eas non plus q̄ bestię continentēs esse: quia nec bestię
 resistunt passionibus. Quare mulieres non videntur habere opinio-
 nem vniuersalem, sed mouentur quasi violenter ab ipso delectabi-
 li particulari propter facilitatem nimiam. Et sic contingit in be-
 stijs, quibus est naturalis conditio sequi concupiscentias: eo q̄ non
 habent vniuersalem opinionem, sed extimationem particularem
 Tiraq̄lus. & sequuntur obiecta delectabilia proposita ex necessitate qua-
 l. 9. cōnu. dam, & non ex electione. Et licet in mulieribus non sit omnino si-
 nu. 12. cut in bestijs, cū m habeant rationem, tamen a simulantur ipsis ali-
 quo modo: quia ex debilitate rationis, per quam deberent resiste-
 re passionibus: non resistunt. Nec habent considerationem quo-
 modo malum fugiendum, sed solum istam particularem. Hoc est
 Christo. bonum delectabile. Ob qd B. Christo. dixit, propriam passionem
 mulie

A mulieris esse luxuriam. Sed in viris non sic: quia in eis est iudiciū firminus, & plus viget ratio, qua resistendum est. Vnde, vir peccās ex ista parte: grauius peccat ipsa foemina. Ita q̄ cūm grauius sit peccatum: maior ratio diuortij erit viro peccante contra matrimonium, q̄ si foemina peccat. Hęc dicta sint, non iniuriam foeminarum, vt de omnibus intelligatur sermo, sed loquimur vt in plurimum de foeminis, sua considerata conditione, quia per gratiam Dei plures sunt quę viros excedunt in resistendo passionibus.

propria
passio mu-
lieris est
luxuria.

¶ Licet ita sit, fornicatione ipsa cōsiderata, grauius esse peccatum viri, q̄ foemine, sed q̄ in quantum adulterium est: grauius est foemine, q̄ viri: sequitur equalem esse rationem diuortij amborum contra matrimonium peccantium. Probatur q̄ quantum ad rationem adulterij attinet: grauius peccet foemina, q̄ vir. In adulterando enim frangitur fides matrimonio debita. Et muliere adulterante fit contra bonū prolis, quod sic non fit directē viro adulterante. Nam vxor adulterando facit incertam prolem viri: quia nescitur vtrum sit ex legitimo viro, aut ex adultero. Faciendo q̄ incertam prolem: priuat virum quodam naturali bono, quod est cognoscere filium. Ex qua incertitudine parens non cognosceret filium. Item sequeretur q̄ hereditas transiret ad extraneos. Viro autem adulterante, non sequuntur ista inconuenientia.

3. conclu.

Ratio.

B Ob q̄ quantum ad adulterium attinet: grauius videtur peccare foemina, q̄ vir, & si ex parte passionis, vel virtutis ad resistendū: grauius peccet vir, q̄ foemina, vt diximus. Quibus compensatis, verum est eos ad paria esse obligatos quantum ad hoc. Nam quē admodum per fornicationem mulieris viro petente diuortium cōceditur: ita & per fornicationem viri vxore petente, & probante. Et licet dubitet Caie. Matb. 19. An sit equalis ratio inter virū, & foeminam: dubitandum non est, vt patet. 32. q. 7. c. Apostolus, & c. Placuit, & 32. q. 5. c. Pręcepit, & q. 6. c. Christiana religio. Quod clarē Alexander ab Alexan. li. 4. Genia. dierum. c. 8. ostendit, dicens apud aliquas nationes vir, & vxor pari voto dicere. Tuas res tibi habeto. Vnde, patet ad paria iudicari.

Vigte. 6.
16. §. 7.
ver. 9.

Alexan.
ab Alexan.

¶ Ar

ARTICVLVS. 4.

De diuortio quo ad pœnas legis. s.
capitalis sententiæ.

A



Sed si loquamur non de diuortio sed de pœna legum humanarum, quæ fertur contra adulteros. s. capitalis sententiæ sit prima conclusio.

p. conclu.

Ratio.
Soro d iu
sti. & iure
lib. 5. q. p.
ar. 3.

Ad diuor
tium po
test agere
fœmina ut
vir, sed nō
ad pœnam
legis.
S. Thom.
12. q. 91.
ar. 4.
Abulen.
Math. 5. q.
111.

Ad pœnā quæ infertur secūdū leges humanas pro adulterio: licet vir possit propriam uxorem accusare, nō tamē uxori pmittitur, neq̄ potest virum suum accusare. Probatur ex ipso tenore legis, vt patet. C. De adul. l. Castitati, vt adducit glo. in. c. Tuæ, de procura. Olim quidem pœna capitalis sententiæ dabatur contra adulteram: Sed moderatio nunc est facta, vt a pertē constat. C. De Adulterio. Authentica. Sed bodie.

Tamen vt constat ex tenore legis non licet id ipsum mulieri respectu viri. Nam licet posset agere propter fornicationem viri ad diuortium, non tamen potest agere contra virum ad istam pœnam legum humanarum. Ratio potest esse: quia non expedit sic punire viros adulterantes: sicut expedit mulieres. Quod patet ex fine legis humanæ, ad quam non spectat omne crimen punire, sed solum illud, sine quo bonum politicum, & pax ciuium conseruari non potest. Immo permittit malum non puniēdo, si ex tali permissione melius conseruetur respublica in pace: sicut meretricium permittit: quia sic melius bonum politicum conseruatur. Non sic est de lege diuina, quæ simpliciter vult omnes facere bonos, & non solum bonos ciues. Et quia simpliciter vult facere bonos: omne malum prohibet, & nullum permittit. Quod non facit lex humana, licet legislator ad id debet tendere. Ob qd̄ in lege humana non conceditur uxori actio iniuriarum contra virum ad pœnam istam adulterij: quia expedit paci rei publicæ vt non idē ius concedatur fœminis qd̄ habent viri: q̄a ex hoc sequeretur turbatio in republica, & periret bonum politicum, quod habet lex humana tanq̄ finem, etiam si virtutis bonum ibi quærat. At, quia adul-

B

A adulterium ex parte mulieris nimium nocet rei publice propter incertitudinem prolis ex parte parentum: ex hoc punit adulterium femine, viro accusante, & non viri: quia non sequitur si vir adulteratur tale malum, neque aliqua turbatio fiat commixtio cum soluta. Vnde in nulla republica concessum est feminis viros suos accusare de adulterio ad poenam capitalem: quia maritus cognoscens aliam mulierem: parum nocet proprie uxori. At, uxor cognoscens alium virum: nimium nocet. Quare tam leges humane que nunc sunt, quam etiam lex Moysi punierunt adulterium feminarum, & non virorum: si cum solutis miscebantur.

An possit vir uxorem in adulterio captam interficere impune in Dubium, foro anime: sicut potest in foro exteriori: ut patet. l. Gracus. C. Ad. l. Iulian, de adult, & l. Marito. ff. eodem ti. non est in proposito discutiendum, licet sit tenendum quod in foro conscientie non licet: quia non debet quis damnari: nisi prius audiatur post declarationem criminis, et condemnationem. Tradita tamen marito: ut si ve-

B rationem criminis, et condemnationem. Tradita tamen marito: ut si ve-

lit: interficiat, potest maritus eam interficere sine peccato. De quo Medina de restitu. q. 3. causa. 4. & Soto de iustitia. & iure. lib. 5. q. 1. ar. 3. vide ibi, quicquid alij dicant etiam data potestate per iudicem non licere: quia non est preceptum. De quo alibi latius: cum non sit presentis speculationis.

¶ Coniugatus vir adulterium committens cum soluta: a nullo potest accusari ad poenam capitis. Si deberet accusari: quia est violator thori alieni. Ergo ad ipsum pertinet accusari: cui facta est iniuria, sed solum iniuria fit uxori, si qua fit, & non fit iniuria ipsi mulieri cum qua commiscetur: quia soluta est, ut dicitur. Ergo ad solam uxorem attinet accusatio, sed ut patet ex conclusione preecedenti ei non permittitur per legem accusare. Sequitur ergo coniugatum ad solutam accendentem a nullo posse accusari

¶ Si coniugatus ad coniugatam accedat: licet non possit accusari a propria uxore, datur tamen per legem ut a viro uxoris cum qua adulterium commisit. Patet ex ipsa lege. Nam si aliquis apprehendit uxorem adulterantem: potest agere actione iniuriarum

arum accusando ad pœnam legis ipsam adulteram vxorem, & ipsum adulterum. Idem etiam si adulterans sit solutus: dummodo cum coniugata cõmiscetur. Ratio huius legis hæc est: quia ad legem humanam quæ habet pro fine bonum politicum spectat suis legibus procurare pacem istam reipublice, sed sic est quod ad pacem reipublice, & bonam conuersationem ciuium inter se spectat quod viri possit accusare, & vxores, et adulterantes cum vxoribus: quia esset turbatio continua in reipublica si non liceret, ergo licet. Et sic patet quomodo quantum ad pœnam latam secundum leges humanas ciuiles non ad paria obligantur vir & vxor, sed aliquid potest vir, quod non vxor. Et hoc quia est finis ipsarum legum bonum politicum, quod optime conseruatur aliquid permittendo viris, & non foeminis. Secundum verò legem Ecclesie quæ habet finem spiritualem equalis pœna iniungitur adultere, & adultero, & idem ius conceditur vtriq; quantum ad accusandum adulterum. Sic quod diuortij sententia pffertur ab ipsa Ecclesia, siue a adulterium sit ex parte foemine, siue ex parte viri.

ARTICVLVS. 5.

Vtrum requiratur sententia Ecclesie ad diuortium.



Vtrum liceat diuortium fieri sine sententia Ecclesie. An liceat viro quod primum scit vxorem adulterium cõmisisse: diuertere ab ea per seperationem. Et idem liceat foeminae quod primum cognouit virum adulteraſſe.

Argumentum.

¶ Videtur quod liceat non spectata sententia iudicis. quia id possumus, quod iure possumus, sed iure expressum est, & preceptum diuortium propter adulterium, vt patet Math. 5. & 19. Vbi dominus dixit propter fornicationem licite vxorem posse dimitti. Id ipsum etiam iura humana intelligentes determinant, vt patet, eodem ti. ergo non est necesse spectare iudicis sententiam, vel Ecclesie

Adeſiſe; ſed ſtatim poterit quilibet diuertere.

¶ In contrarium tamen eſt determinatio Eccleſie in c. ſupra *In contra-
allegato. rium.*

¶ Notandum, ſeparationem propter adulterium fieri poſſe *Notandū.*
dupliciter. Vno modo quantum ad thorum, ſolum exiſtente mu-
tua cobabitatione.

¶ 2. modo poteſt fieri ſeparatio quantum ad thorum, & quan-
tum ad mutuam cobabitationem.

¶ Separatio quantum ad cobabitationem nullo modo poteſt *p. conclu.*
fieri propria auctoritate, etiam ſi ſit cognitum adulterium ſine,
ſententia Eccleſie. Nemo poteſt ſibi ius dicere, vt in Rub. C. ne qſ p. ratio.
in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat, ſed neceſſario quidam eſt
actor, & alius eſt reus, & iudex eſt medius inter vtrūq. Ibi. Inter
vtrūq. c. Forus, de verbo. ſignificatione, ſed ſi innocens cognito
adulterio ſtatim diuortium celebrat quantum ad cobabitationem.
ſibi ius diceret, & ſententiam ferret, cum ipſe ſit actor in ta-
li iudicio. Ergo nullo modo ei licet propria auctoritate diuortium
celebrare.

¶ 2. Nullus poteſt actum exercere ad quem iuriſdictione nō *2. ratio.*
habet. c. Vt animarum piculis, de conſti. li. 6. ſed ad imponendam *Vide Co-*
pœnam nullus nō iudex iuriſdictionem habet, vt patet. 33. q. 2. §. *cōmen. §*
In hoc. Ergo neq. ad diuortium celebrandum: quia celebrare di- *Nihil cō-*
uortium, ſtatim cognito adulterio, pœna eſt, que inferitur delin- *mune. l.*
quenti. Sequitur ergo q. nullus imponere poteſt, qui non ſit iudex *Naturalis*
Quare neceſſaria eſt Eccleſie ſententia. *regula. 6.*
nume. 10.

¶ 3. Si poſſet quis ſine ſententia Eccleſie ſtatim cognito adul-
terio diuortium celebrare: ſequeretur q. diuortio facto, illo qui cō- *3. ratio.*
miſſit adulterium petente reſtitutionem: non deberet reſtitui, ſed
pœcipitur, vt patet, Extra. de diuor. c. Significati, quando non
eſt notorium, etiam ſi ſit cognitum. Et a ſimili in c. Litteras, de re-
ſtitu. ſpolia. vt ſi vir eiecit propria auctoritate vxorē adulterā
& ipſa petit reſtitui. Eccleſia pœcipit reſtitui: niſi ipſa poſtea a-
dultera ſit. Sequitur ergo q. quando iubetur reſtitui: nō potuit p-
pria

S. Tho. in *pria auctoritate vir eijcere adulteram, aut foemina adulterum* **A**
ad. q. 62 sed necessaria est prius sententia Ecclesie. Nam verè restitui co
arti. p. gitur, etiam si vir obijciat adulterium: nisi habeat probationes in
Vigue. in continentia paratas. Ista conclusio intelligenda est quando matri
suis insti. c monium fuit contractum in facie Ecclesie, vel coram testibus:
 16. §. 7. quia si fuerit clandestinum: statim cognito adulterio, potest fieri
ver. 9. separatio quo ad cobitationem, vt bene Ricardus. De quo nos
Ricar. infrà dicemus, et Archiepiscopus.
 S. Anto. 3.
 p. t. p. c. 21
 2 conclu.

¶ Post adulterium cognitum, siue sit ex parte foemine, siue
 viri: poterit innocens sine Ecclesie sententia celebrare diuortium
 quantum ad thorum tantum. Probatur. Vir potest se seruare in
 denen secluso preiudicio tertij, sed diuortium celebrando quan
 tum ad thorum post cognitum adulterium: se seruat indenem, non incurrendo
 bigamiam, quam incurreret si comisceretur uxori adultere, ergo
 licite diuortium celebrat quantum ad thorum sine iudicio Eccle
 sie. Non enim obligatur ipse ad tantum malum poene subeundum:
 sicut est bigamia. **B**

2. ratio. **¶** Non tenetur vir remittere iniuriam sibi factam in adul
 terio, sed potest licite ad diuortium agere, sed si non posset absque
 Ecclesie mandato quantum ad thorum diuortium celebrare: tene
 retur remittere iniuriam. Probatur ex superius dictis. Nam quã
 do post cognitum adulterium innocens commiscetur adulteræ,
 et benignus, et placide tractat: remittere videtur iniuriam, et non
 poterit post eam accusare de adulterio. Sequitur ergo cum non
 teneatur ad hoc: quod poterit diuortium celebrare.

3. ratio. **¶** Si non posset quantum ad thorum diuortium propria au
 thoritate celebrare: esset quia qui adulterium commissit: potest de
 bitum exigere, et innocens reddere tenetur, sed non tenetur post
 quod cognitum est adulterium, ergo potest quantum ad thorum di
 uortium celebrare.

3. conclu. **¶** Si contingeret adulterium inter aliquos, et non posset de
 facili esse aditus a iudice Ecclesiastico, et ex separatione qua
 tum ad cobitationem nullum sequeretur scandalum: credide
 rim

Arim probabiliter posse fieri: non spectato iudicio Ecclesiæ. Probatur. Tota ratio quare est necessarium spectare iudicium Ecclesiæ: est ne detur occasio diuertendi sine causa ex sola suspitione adulterij. Nam Ecclesia propter suam sententiam non dat ius diuertendi, sed solum declarat ex dicto Christi fuisse separari tales post probatum adulterium. Ergo innocens ante sententiã Ecclesiæ habebat ius ad diuertendum, & non cohabitandum. Sequitur ergo q̄ poterit diuertere, non spectata sententiã iudicis Ecclesiæ. Probatur. Sententiã iudicis Ecclesiastici est necessaria ad obuiandum fraudi, & dolo, qui posset euenire: si cui libet liceret diuertere suo iudicio. Ergo vbi cessat fraus, & dolus, q̄ adulterium tale est vt probari possit, & non malitiosè fingitur: poterit diuertere secluso scandalo (quia fortè posset generari ex tali diuortio.) Et tunc propter scandalum nullo modo liceret fieri sine sententiã Ecclesiæ. Dixi. Vbi non est facile additus ad iudicem Ecclesiasticum: quia vbi esset facile additus: credo verum esse quod determinatum est supra. Et sic si apud istos naturales neophitos casus contingeret, & non possent facile adire propter distantiam iudicis Ecclesiastici, & nullum sequeretur scandalum: probabile est: ta si talis innocens non cohabitaret tali adultere, sed viueret solus in continentia: nullum cõmittere peccatum. Nam quando diximus necessariam esse Ecclesiæ sententiã: intelligitur vbi cõmodè haberi potest iudex, qui talem proferat, sed vbi non facile: poterit vti iure concesso a Christo: posse vxorem dimitti propter fornicationem. *Math. 19.*

Innocens sciens vxorem adulterasse, quod tamen probari non potest, licet sententiã excommunicationis compellatur simul cohabitare cum vxore, & debitum reddere, licet possit: si velit precepto Ecclesiæ obedire, non tamen peccat debitum denegando. Probatur a simili in c. litteras, de restitutione spolia. vbi mulier sciens impedimentum matrimonij licet compellatur per sententiã excommunicationis: non tenetur debitum reddere. A simili ergo qui sententiã excommunicationis compellitur vxori adultre munio,

debi
m m

debitum reddere: quandoquidem non tenetur reddere: potest licite sententiam excommunicationis subire, & non reddere: quia si redderet timore excommunicationis: bigamus fieret.

2. ratio.

¶ 2. Ratio quare Ecclesia compellit innocentem reddere debitum adulterę: est quia Ecclesię non constat de adulterio: eo quod probari non potest, sit amen constasset: sententiam diuortij daret: sicut solet, & habet determinatum. Sequitur ergo quod si Innocenti constat de falsa Ecclesię presumptione, secluso scandalo, non

Damnat solum secundum allegata et probata potest fugere.

tenetur obedire Ecclesię precipienti: ut si aliquis iniuste damnatus esset, iuste tamen secundum allegata, & probata: non est dubium, si posset euadere a pena, secluso scandalo: non peccaret liberando se, vel non obediendo, aut sustinendo. Ergo etiam a simili. Et sic, dato in casu innocens excommunicetur, & vsq; ad mortem

Notandum

maneat sic nolens obedire: excommunicatione nullo modo damnatur. Nam tenendum tanq; verum leges obseruandas esse, nō tantum iuxta verba, quantum iuxta intentionem legislatoris. Itaq;

S. Thom. 2. 2. q. 95.

quomodocunq; constet de intentione legislatoris: si fiat iuxta tale intentionem: optime tunc lex obseruatur. Vnde talis posset, scandalo secluso, recipere sacramenta, ac si non esset excommunicatus.

5. conclu.

¶ Si adulterium est notorium, sic quod nullus maneat tergiversationis locus: innocens auctoritate propria, nō spectato iudicio Ecclesię potest adulteram dimittere, & quo ad thorum, & quantum

S. Tho in.

4. d. 35.

ar. 3.

Silues. in

verbo di-

uortium.

48.

Hoslien.

Abbas.

Inno.

Panor.

Dubium.

ad cohabitationem, etiam si aliqui ex prolatis contrarium dicant. Probatur. Necessaria est sententia Ecclesię ad diuortium (ut constat) de adulterio commisso, ut non fraudulenter diuertant inter se coniuges. Ergo ubi iam adulterium notum factum est: non est necessaria sententia Ecclesię. Frustra quidem tunc fieret examinatio causę per testes: ubi ista notorietas crimen manifestat. Si cut. l. 8. ti. 2. part. 4. Istam conclusio tenet Hoslien. ex c. Significasti, Extra, de diuortijs, & Abbas in c. finali, de adulte. Idem Innocen. & Panor. in c. Porró, eodem titulo.

¶ Sed quid si vir uxorem in adulterio comprehendat. Nunquid potest eam retinendo dare ei debitum quando libet, & negare?

¶ Di

A ¶ Dicendum q̄, si non dimitit: tenetur reddere eo modo quo ã Solutio. te adulterium. Et si secretum est adulterium: nocens potest petere: sicut antè: quia nullus tenetur sibi ipsi pœnam inferre.

¶ Nunc restat respondere ad argumentum in cõtrarium, vbi dicebatur iam esse diffinitum per legem Christi licere propter fornicationem dimitte vxorem, & sic non esse opus spectare sententiam Ecclesie.

¶ Re. quòd dato ita sit verum, sic diffinitum esse a Christo, tamen illud fuit per modum legis, & non per modum sententiæ. *Ad argu-
mentum.
Differunt
lex, & sen-
tentia.* Distant quippè ista duo, lex, & sententia: quia lex est præceptum, & regula quædam agendorum in vniuersali, non applicata ad aliquem casum in particulari, sed datur de vno negotio, & extenditur ad omnia negotia similia. At, sententia iudicis est diffinitio quædam secundum legem, applicata tamen ad casum in particulari. Fit enim per sententiam vt lex quæ data est in vniuersali: intelligatur applicata ad istum casum in particulari. Et sic lex & sententia differunt: sicut vniuersale, & particulare. Vnde, *Aris. 5.
ethi. c. 7.* differentiam ponit inter iustum legalem, & iustum sententiale: quia leges semper indigent sententijs ad hoc q̄ applicentur ad particulare. Exempli gratia. In medicina est necessarius expertus medicus ad applicandum leges medicine ad istum hominem, & ad istum morbum: quia non sufficerent canones, & leges medicinales, deficiente tali medico. Sic in politicis. Ad debitum regimen politie, etiamsi leges sint scripte, quibus debeat ipsa res publica gubernari, & regi, est tamen necessarium sint iudices, per quos applicentur leges scripte ad particulares casus, & negotia emergentia. Ob quod dicimus in presentiarum q̄ licet lex fuerit data de dimittenda vxore propter fornicationem, nihilominus necessaria sententia iudicis est ad applicandum huiusmodi legem tali negotio, in casibus supra dictis, quando non est ipsa fornicatio publicã. Nã si publica sit, ipsa notorietas facti videtur habere vim iudicis applicantis legem ad particulare factum: sicut tam manifestus posset esse morbus infirmi: q̄ cognita medicina, non esset opus medico

ad

m m ij

ad talem applicationem, cum sententia maximè requiratur ne in applicatione legis ad casus particulares facile decipiamur Quare non cuilibet cõceditur talis applicatio, sed vbi casus notorius, notorietas sufficit.

ARTICVLVS 6.

An factio diuortio possit innocens reconciliari sibi nocentem.

p. nota.



Ro dubij decissione notandum, istam reconciliationem posse intelligi, vel postq̃ fuit sententia diuortij data per Ecclesiam, vel solum quando innocens propria auctoritate eiecit adulteram.

2. nota.

¶ 2. potest esse reconciliatio, vel vno censente, vel vtroq̃.

3. nota.

¶ 3. potest intelligi de diuortio factio propter fornicationem carnalem, vel etiam de diuortio factio propter heresim, vel infidelitatem.

p. conclu. p. ratio.

¶ Diuortio factio per sententiam Ecclesie propter adulterium potest innocens sibi reconciliare nocentem si voluerit. Probat. Reconciliare dimissam, vel dimittere fornicantem, videtur eiusdem potestatis, sed vt superius diximus innocens potest si vult nõ dimittere adulteram, sed retinere, ergo etiam poterit reconciliare si voluerit, vel si non potest reconciliare, non potest, post peccatum retinere licite. Et probatur ex B. Paulo dicente. Quod si mulier recessit a viro, aut debet sibi reconciliari virum, aut debet manere innupta. Sequitur ergo q̃ est in potestate innocentis reconciliare nocentem.

2. ratio.

¶ 2. Sententia diuortij non fertur de necessitate iuris, sed solũ ad petitionem partis. Nam dato publicum sit adulterium: Ecclesia non dat sententiam diuortij, nisi ad petitionem. Sequitur ergo q̃ sicut per petitionem partis Ecclesia diuortium concedit, alias non: reconciliatio etiam fiet per voluntatem illius qui passus est iniuriam,

A iniuriam. Et patet non dari sententiam diuortij nisi ad petitionē partis. Alioqui si ex iure daretur: potius deberet dari quando vterq̄ coniugum adulterium cōmisit: quia hoc grauius est, tamē non datur, vt supra diximus ex c. Significasti, Extra, codē titulo

¶ Reconciliatio post diuortium fieri potest ab innocente, etiā si innocens diuortium petiuit, & ipse nocens nolit recōciliari. Cōclusio hęc ponitur propter aliquos, qui dicunt, q̄ si innocens petiuit diuortium: pōst non poterit reconciliari sibi nocentem sine cōsensu ipsius adulterę, seu nocentis. Probatur. Nemo consequitur priuilegium, vel immunitatem propter peccatum, sed ante fornicationē, seu adulterium, tenebatur ille qui adulteratus est debitū reddere coniugi petenti, ergo propter tale peccatū nunq̄ est liber a tali obligatione. Si ergo non est liber: poterit cogi per innocentem ad reconciliationem. 2. conclu.

¶ 2. Innocens non priuatur iure suo propter peccatum alteri 2. ratio.
 B us, neq̄ seruiturē quā habet in peccantē. C. de adulte. Sed qui adulteratus non est: habebat ante sententiam diuortij ius, & seruitutem quandam ad exigendum debitum, cū esset dominus corpis alterius per matrimonium. Ergo non est priuatus isto iure propt̄ peccatum ipsius. P. corin. 7. Adro. 7.

¶ 3. Sententia condemnatoria afficit, & punit delinquentes. 3. ratio.
 Cū ergo sententia diuortij sit pœnalis: solū nocere debet delinquenti. At, noceret innocenti: si non posset sibi nocentem reconciliari. Dicendum ergo q̄ potest. Nam per sententiam diuortij non aufertur innocenti ius petenti debitum, sed in fauorem ipsius eximitur a iure quod alius habebat super eum petendi: sic q̄ non teneatur iam innocens reddere nocenti: si noluerit. Sequitur ergo cū non sit propter sententiam diuortij priuatus tali iure: q̄ poterit sibi reconciliari etiā inuito nocente, & vti iure suo exigendo debitum. Et in tantum hoc est verum: quod innocens ad cuius petitionem diuortium celebratum est statim data sententia possit volare ad religionem, vel ordinem sacrum suscipere, & non pōt nocens quę adulterata est repetere eum. Extra, de conuersio. con.

iūga.

m m ij

ingra. c. Veniens. Et capi. Constitutus: quia per adulterium perdit ius quod habebat in eum. Tamen nocens contra quem data est sententia diuortij: non potest statim intrare: nisi ex licentia innocenti. Sicq̄ debet petere reconciliationem, quam si innocens non concesserit: poterit intrare monasterium, vt patet in c. Gauden. 9 Extra, de conuersione coniuga. Ingressoq̄ monasterium nocente quando non est professus: potest innocens sibi reconciliari. Sequitur ergo ex istis, cum innocens propter diuortium non perdat ius quod habet in nocentem, q̄ poterit sibi reconciliari quando voluerit, etiam ipsa nolente. Nam si postq̄ ingressus est religionem ante professionem potuit: poterit etiam ante ingressum religionis.

3. conclu. ¶ Quamq̄ innocens possit vtens iure suo sibi reconciliare nocentem post diuortium: non tamen ad hoc tenetur, nec compellitur quantumcunq̄ ipsa fuerit emendata. Probatur determinatione. c. Gaudemus. Extra, de conuersi. coniug. vbi dicitur, q̄ Episcopus debet monere innocentem: vt reconciliet sibi nocentem emendatū. Quod si noluerit: non debet ad hoc compelli. B

p. ratio. ¶ Ratio est: quia sententia diuortij lata est ab Ecclesia ex dictis Christi in fauorem innocentis. Sequitur ergo q̄ poterit vritali fauore. Alioqui si reconciliare teneretur: parum fauoris ei eēt concessum.

2. ratio. ¶ Si teneretur reconciliare quotiescunq̄ emendaretur: daret occasio adulterandi. Nam mulier sciens maritum necessario eam reconciliaturam: facile peccaret, & emendam fingeret. Ob quod dicendum q̄ nullo modo innocens compellitur ad reconciliandum ipso inuito.

Argumentum. ¶ Contra istam conclu. videtur esse c. Ex litteris, Extra, de diuortijs, vbi dicitur, q̄ si adultera est incontinens: tenetur reconciliare. Ergo saltim in hoc casu tenetur. ¶ Ad hoc respō. Primo, q̄ nō

p. dilutio. tenetur, sed tamen esset consilium. ¶ 2. non constat quod propter incontinentiam teneatur reconciliare, sed in pœnam: quia adulte

3. solutio. ra transiit ad. 2. nuptias. ¶ 3. potest dici, q̄ ob incontinentiam nō tenetur in foro conscientie, sed in foro exteriori, & ob peccatum vitam

A vitandum potest compelli vt reconciliet sibi nocentem. Neq̄ hoc est contra conclusionem

¶ Diuortio facto ab Ecclesia propter adulterium quod probauit vnus coniugum contra alterum: si ipse ad cuius petitionē factū ē diuortium simile crimen cōmissit: licet p̄bati nō posset in foro cōscientiē: tenetur recōciliari sibi ip̄m contra quē lata est sententia, ipso volente. Volo dicere, q̄ si vir agat contra vxorem de adulterio, & probato crimine fiat diuortium: si ipse vir simile cōmissit, sed quia occultum probari non potest: si ipsa fœmina iā em̄dat a voluerit viro reconciliari post diuortium: tenetur in cōscientia vir ei reconciliari: quia si Ecclesię constaretā sententiā d̄ crimine viri: nō daret sētētiā diuor. vt sup̄ diximus. Ergo cū vir cognoscat verē tale crimen cōmississe, in cuius ignorantia sententia diuortij fundata est: tenetur tollere grauamen illius qui iniuste patitur. Et sic tenetur reconciliare sibi illam volentem, q̄ grauamen iniuste patitur, cū ipse vir etiā simile peccatū cōmississet.

4. conclu

S. Tho. in

4. d. 35.

ar. 6. ad. 5

Nota.

Ratio.

B ¶ Diuortio facto ab Ecclesia propter infidelitatis, vel heresis crimen: innocens non solū potest sibi reconciliare eum cōtra quem lata est sententia, sed si talis post emendationem petat reconciliationem: tenetur innocens reconciliari eam, vel religionē intrare. Probatur quō ad primam partem. Nam si ista sententia diuortij data est in fauorem innocētis: non debet vergere in grauamen ipsius, sed omnino vergeret: si non posset post diuortium sibi reconciliare peccantem, ergo potest. Et tandem ista probatur sicut. 2. conclusio probata est.

5. conclu.

Ratio. p. p

¶ 2. pars quę difficultatem habet patet expressē in glo. in. c. Mulier, & ca. De illa, de conuersione coniuga, & c. Quanto, Extra, de diuortijs. Et licet in. c. De illa dicatur, q̄ non tenetur redire ad ipsum reuersum: est verum si ingrediatur monasterium: quia innocens qui non lapsus est in errorem fidei post diuortium potest etiam nolente lapsō, etiam si emendetur, volare ad religionem, Extra, de conuersio coniuga. c. Mulier. Hęc enim est differentia inter diuortium factum propter heresim, & factum propter

Glo.

Differen- ter carnalē adulterium: quia quando factum est pp carnalem A
 tia inter di adulterium :innocens, licet possit si velit sibi recōciliare adul
 uortium teram iam emendatam, non tamen tenetur, etiam si non transeat
 factum ob ad religionem, sed maneat in continentia. Tamen quando factū
 ad uicium ad religioem, sed maneat in continentia. Tamen quando factū
 & fac- est diuortium propter heresim: licet innocenti reconciliari sibi re
 tum ob hē uersum ab heresi, et omnino tenetur si non velit monasterium in
 resim. trare, et si in seculo maneat: compellitur.

¶ Ex ista differentia poteris melius intelligere quę supra di
 ximus, non celebrari diuortium propter heresim: quia heresis sit
 fornicatio quedam spiritualis: quia si propter hoc esset: eadem
 ratio utrobique esset celebrandi diuortii, & reconciliandi post, sed
 est diuersa ratio, ut patet. Ob id melius est dicere diuortium fieri
 propter heresim, nō qa heresis fornicatio sit spiritualis, sed ad tu
 tellam, & deffensionē opressi in fidei fauorē.

Supra in
 hac. 3. p.
 ar. p.

ARTICVLVS. 7.

Utrum post diuortium possit vir
 alia ducere, & vxor alterinu bere.

B



Hęc questio mouetur propter nonnullos alias gra
 uissimos doctores, qui pequi astruunt, & affirmant
 vinculum illud indissolubile, & firmum, a seruatore
 omnium firmiter stabilitū: dissolui atq; disrum-
 pi: ita quod propter adulterium, diuortio con-
 cesso, liceat ad. 2. vota transire adhuc uiuente primo. Quorum
 grauitas (cū magna sit) aliquo modo me cogebat ut illos sub si-
 lentio pertrāsirem. Verum cū passim ab omnibus in hac re repro-
 bentur: opere precium existimaui me facturum si eos in medium
 adducerē. Questionem q̄ exactē tractare proposui. ut pusilli intel-
 ligant quid tenendum amplexandumq; cū viri iam prouclli
 diu est q̄ intellexerunt. Quorum sententia inuitur, & ut melius
 dicam error, in dicto. B. Ambrosij super illud Mat. Excepta for-
 nicationi scansa. At, quia progressus optimus erit si prius verita-
 tem

Math. 19.

A tem discutiamus, q̄ si eorum nomina ascribantur, qua cognita facilius illa reprobabitur sententia: respondentes ad questionem ponimus conclusiones. Quarum prima.

¶ Facto diuortio in matrimonio, siue sit propter adulterium, siue propter infidelitatem, aut propter quodlibet aliud peccatum: nulli licet transire ad aliud matrimonium vsq̄ ad mortem. Cōclusio ē redēptoris n̄ri, & B. Pauli, 1. cori. 7. qui ait. His qui matrimonio iuncti sunt p̄cipio non ego, sed dominus, vxorem a viro non recedere. Quod si receperit, maneat inupta. Est in super. B. P. Aug. in li. de bono coniugali, & habetur, 32. q. 7. c. Inter ueniente. Vbi dicitur. Interueniente diuortio, non ob hoc soluitur confederatio nuptialis. Et post in. c. Gaudemus, Extra, de diuortijs. Idē Innocen. 3. li. 1. de contemptu mundi, c. 16. Et in concii. Triburien. se. c. 46. & Mileuitano. c. 17. sub his verbis asruitur. Placuit vt secundum Euangelicam, & Apostolicam disciplinam, neq̄ dimissus ab vxore, neq̄ dimissa a marito alteri cōiugatur, sed ita mancant, aut sibimet reconcilientur &c. Et tandē idem in concii. Elibertino dicitur.

¶ Ratio est. Si propter diuortium factum p̄pter adulterium liceret ad aliud transire matrimoniū, & primū solueretur: Ecclesia concedens diuortium: daret occasionē ad alterū, quod est imp̄missimum dicere. Patet: quia si sine diuortio matrimonium non soluitur, & diuortium non datur nisi ob adulterium, statim q̄ non bene conuenirent coniugati adulterantur, & matrimonium dissolueretur. At, quia si amplius in probatione progrediar videbor lumē addere soli (vt dicunt) sufficiat tenere post Christi aduentum matrimonium verum semel contractum inter per scnas legitimas esse indissolubile, vt nullo modo possit dissolui quodcumq̄ imp̄pedimentum superueniat, si contractum sit inter si deles. Et d. 38. et loquor de matrimonio consumato: quia non consumatū: (vt dicitur 22. q. 88. eximus) per ingressū religionis dissoluitur. Vnde non sunt audiendi illi qui dicunt per impotentiam viri, vel mulieris, superuentem dissolui posse. Errant quidem hoc dicentes, vt nos in p̄t. sup. p. p. ar. 38.

Orig. ma parte probauimus. Quod expresse Orig. super Math. bo. 7. A
 107. Ecbi & lib. 6. super epistolam ad Roma. Et Ioan. Ecbius home. 75.
 us, contra Lutheranos, de sacramentis, qui optimè tractat argumen-
 tum hoc, home. 74. 75. & 76. contra Caie. & Erasmus.

¶ Contra istam sententiam catholicam sunt duo grauissima
 argumenta, ex quibus dicentes contrarium sumpsērunt occasio-
 nem erroris, vt existimo.

p. obiectio ¶ 1. Est determinatio Gregorij Papę, 32. q. 7. ca. Quod pro-
 posuisti si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum red-
 dere viro, quid vir eius faciat coniugalibus? Bonum est si sic per-
 maneret, vt abstinentiæ vacaret, sed quia hoc magnorum est, ille
 qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen ei opem sub-
 sidij subtrahat. Hęc ibi. Et idem videtur licere fœminæ, cum ad
 paria obligentur, Extra, de diuorti. c. Gaudemus. Ecce videtur
 expressa determinatio Papę q. matrimonium legitime contrac-
 tum per aliquid superueniens dissoluatur. Ergo a simili per diuor-
 tium factum, siue sit propter fornicationem, siue propter here-
 sim dissoluetur quantum ad vinculum. B

Solutio. ¶ Re. primo, illam sententiam Pontificis debere intelligi quan-
 do impedimentum illud impotentie precessit contractum matri-
 monij, quod non fuit cognitum ante, sed post contractum, vt su-
 pra in prima p. Nam si verè deprehendatur precessisse: nullum
 fuit matrimonium, & poterit potens aliam ducere: quia non obli-
 gatur continere, cum nullam habeat vxorem, nec fuerit matri-
 monium propter impedimentum precedens.

2. solutio. ¶ 2. post dici quod domi. Gratianus copilator decreti ibi asse-
 rit, scilicet talem sententiam Gregorij esse falsã, & cõtra cano-
 nes, & doctrinam sacri Euangelij.

Obiectio. ¶ Sed obijciat aliquis: quia Leo. 4. approbavit dicta eiusdem
 Gregorij iunioris. 20. d. c. De libellis.

Solutio. ¶ Dicendũq. verum est approbasse, verũ non omnia, sed so-
 lũ que bñ dixit. At, q. istud dictũ fuit male. nõ potuit approbari
 Et qui approbaret: similiter errasset: si in sensu in quo littera
 sonat

A sonat eſet approbandū. Vnde non obſtat iſta determinatio Pō
 tificis. Nec lector optimē offendaris: ſi vides, aut intelligis Papā ^{In cauſis}
 erraſſe, ſiquidem non eſt nouum extra fidei determinatio. ſummū ^{matr. non}
 Pontificem erraſſe. Nam circa matrimonium cōtraria aliquan ^{Pōtificem}
 do ſunt determinata a diuerſis Pontificibus. At, alterum erraſſe ^{ē mirum}
 neceſſe eſt dicere. Celeſtinus 3. determinauit inter duos fideles ma ^{aberraſſe.}
 trimonium legitimum ſcui quō ad vinculum: per hoc q̄ alter la
 bitur in hereſim: ſicut ſoluſ inter infideles: per kcc q̄ vnus cōuer
 titur, & alius non vult cobabitare. Sic in. c. laudabilem, de conucr
 ſi, inſide. olim habitum eſt, vt vult, Glo in. c. Quanto, de diuorti. & Glo.
 ibidem Hoſtien. Tamen contrarium eſt determinatum. Et eſt au ^{Hoſtien.}
 tho B. Pauli ſupra allegata. Et (ſicut nos ſup in. 2. p. adduximus) ^{Supra. 2.}
 non propter hoc deſſicit fides in Eccleſia: quia ī his que fidei ſūt ^{p. ar. 21.}
 nullo modo errat. Iſtam ſententiam tenet do. Adrianus in queli
 bet. 1. ar. 3. vt etiam ibi adduximus, quippe qui adducit iſtam ſen
 tentiam Gregorij. & c. Licet, de ſpō. duo. vbi Papa conſultatori
 reſpondens, dicit primum matrimonium eſſe ſeruandum, quamq̄
 a quibusdam prædeceſſoribus ſuis aliquando fuerit aliter iudica
 tum. Cū ergo conſultationi reſpondens non nouum ius inducat,
 ſed reſpondet prout de iure, vt vult Glo. in. c. Conſultationi, de tcm
 poribus ordinan: ſeqtur q̄, deciſio prædeceſſorū nō fuit ius, ſed er
 ror. Hęc Adrianus Papa contra determinationes Pontificū. Ob
 qd̄ nullus offendatur putans ob hoc fidē Petri deſſicere. Nequaquā ^{Math. 16}
 deſſiciet. Forte enim inferi non præualebunt: quia cum Eccleſia
 ſua eſt Deus vſq̄ ad ſecula ſeculorum.

¶ 2. argumentum eſt, dictum B. Ambroſij, qui ſuper epiſtola ^{2. biccto.}
 ad Corinthios, & habetur. 32. q. 7. c. Vxor nō diſcedat a viro ca
 uſa fornicationis, q̄ ſi diſceſerit, aut maneat in nupta, aut recō
 cilietur viro ſuo. Quod de vxore permiſſit: quia viro licet ſumere
 aliam. Hęc Ambroſius. Patet ergo quomodo ſaltim viro poſt di
 uortium factum ob adulterium licet aliam ducere. At, ſi licet
 aliam ducere: matrimonium ſolutum eſt quantum ad vinculū pro
 pter adulterium. Quare Caie. dat viro: ſequutus B. Ambroſium.

¶ Haud

Haud dubiè verba sunt tam expressa: vt expositione indigeant. Nec saluari possunt in sensu catholico. Sed necesse est vnũ e duobus dare. Vel B. Ambrosium falsum dixisse, & in illo errasse. Vel dicere non esse verba illius. Vtrunq̃ est inconueniens. Nã si liceret dubitare sententiam illi falso impositam: sic etiam liceret eadem ratione & de omnibus alijs. Tamen prestat dicere illi impositum, & additum esse suis scripturis, q̃ dicere ipsum errasse. Nec sequitur inconueniens. s. q. dubitarem sic de alijs positis ibi. Ratio est: quia Gratianus. 32. q. 7. §. Sed illud, affirmat: falso sententiam illam tributam Ambrosio. Idem magister sen. sicut & de alijs doctoribus est credibile.

3. obiectio **S**ed fortius argumentor. Xps redemptor noster Math. 5 & clarus. 19. Iudeis interrogantibus vtrum liceret vxores dimittere: respondit solum licere propter fornicationem. Solutio haud dubiè fuit de directo responsio ad questionẽ motã. Credendũ enim est respondisse ad propositum, vel verborum, vel intentionis interrogantium: sicut ipse sepe solebat. Cũ ergo Iudei interrogarent ipsum Christum de dimissione quantum ad vinculum, & nõ quantum ad thorum, vel cohabitationem solum, & Christus respondes dixit q̃ propter fornicationem licebat: ergo intellexit quantum ad vinculum. Alioqui, solutio, vel responsio non responderet dubio, nec satisfaceret quæsito. Et q̃ ipsi Iudei interrogarint de dimissione quò ad vinculum, apparet ex hoc: quia cùm per aduentum Christi iam finis dabatur omnibus ceremonijs, & ritibus legis veteris: volebant scire, vtrum dato omnia cessarent: illud d re pudio vxorũ maneret ne in Euangelio? Et cùm tunc apud eos (vt in. 2. p. probauimus) dissolueretur matrimonium quantum ad vinculum: sic credendum interrogationem factam. Nam aliàs, quorsum interrogassent, vtrũ liceret dimittere: cũ eis nõ fuerat in vsu, neq̃ p legẽ alius modus dimitte di vxores: nisi in perpetuũ p re pudium?

Notandũ.

¶ 2. Verisimile est interrogationem tunc factam a Iudeis: quia cùm iam legem Evangelicam acceptabant, per quam sua vetus lex cessabat, & videbant gentes habere consuetudinem dimitte

di

A di vxores: volebant scire: vtrum stante lege Euangelica, eis lice-
ret dimittere vxores quo ad vinculum: sicut dimittebant gentiles
quemadmodum in lege illis fuit concessum repudium: quia sic vte-
bantur gentiles: ne grauarentur si eis non liceret quod gentibus.
Cum ergo videatur quesitum quantum ad vinculum, & respōsio
Christi debuit de directo respondere, & satisfacere questioni. Et
cū m causam dimittendi dixit fornicationem: verè quo ad vincu-
lum deberet dissolui propter eam. His tamen non obstantibus res-
pondetur.

¶ Quod respōsio Christi intelligenda est quantum ad thōrū, *Solu ad. 3*
vel cohabitationem, & non quantum ad dissolutionem vinculi.
Quod ita sit patet ex Paulo, quem Deus elegit vas electionis ad. *Actu. 9.*
portandum nomen suum, & cui reuelata sunt secreta cœlestia, q̄ *2 cori. 12*
sic intellexit & explicuit nobis, dicens talem debere manere innu-
ptam, etiamsi propter fornicationem discesserit. Quod si Christus
intelligeret vinculum dissolui propter fornicationem: nō diceret
B ipse, p̄cipio non ego, sed dominus. Nullo modo posset talia ver-
ba profferre: cū m esset error, & mendacium, quod in sacra scri-
ptura non est admittendum: quia spiritu sancto mouent e lingua
eorum loquuti sunt sancti Apostoli, & Euangelistę omnes. Sic in *2. Petri, 2*
tellexit Ecclesia dictum Christi, & omnes doctores quos posuit lu-
men ad illuminandum eos qui in ignorantie tenebris detinentur.

¶ Et ita credendum intellexisse respōsum discipulos quādo
dixerunt. Si ita est causa hominis cum vxore non expedit nube-
re. Et si ita esset q̄ propter fornicationem vinculum dissolueretur
non tam difficile visum esset discipulis vxorem ducere. Sed quā
intellexerunt ex verbis saluatoris vinculum indissolubile esse: vi-
sum est eis difficile ducere. *Esaie. 3.*

¶ Apparet etiam idē ex mō respondendi: quia statim vt Pharisei
interrogauerunt tentantes: non respondit immediate, sed prius
ostendit argumentis quibusdam indissolubilitatem omnimodam
matrimonij, dicēs. Nō legistis: quia q̄ fecit hominē ab initio: mascu-
lum & fœminam fecit eos, & dixit. Propter hanc relinquet hō
Gene. 2.
pa-

Matth. 19. trem & matrem. &c. Et erunt duo in carne vna. Ita q̄ iam non sunt duo, sed vna caro. Quos Deus coniungit homo non separat. Et subdit. Dico vobis. Quicumq̄ dimiserit vxorem suam; nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Et luce. 16. videtur a pertissimè etiam explicasse intelligi istam dimissionem quò ad thorum, seu cohabitationem solùm. Nam dicit absolutè. Quicumq̄ dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mechatur. Iam notū erat propter fornicationem posse dimitti, sed tamen addit. Et q̄ duxerit aliam, mechatur. Alioqui, ad monendum ad non dimittendum vxorē sine cā: sufficeret dicere. Non licet dimittere vxorē. Sed addens. Qui aliam duxerit, mechatur; vult dare intelligere, dato possit dimitti vxor aliquando sine peccato propter fornicationem, vel hēresim, nunq̄ tamen licet aliam ducere: quia talis mechatur. Quarè, tenendum firmiter cum. B. Paulo, vinculum matrimonij in lege Euangelica in dissolubile esse inter fideles: vt neq̄ propter fornicationem, vel aliquid aliud superueniens possit tolli: si legitimè contractum est.

1. corin. 7. *Adro. 7.* **H**ic patet nō eē audēdus illos q̄ ausi sunt dicere p̄ fornicati onē matrimonij dissolui quò ad vinculum ex dicto Christi. Et q̄ Ecclesia ne daretur occasio facile duertendi prohibuit dissolutionem quò ad vinculum. Et si vellet posset iterū permittere. Hoc est insanire. Nam si ex Christi dicto vinculum esset dissolutum: non posset Ecclesia facere matrimonium contra voluntatem cōtrahētium.

Caie. mat. 19. *Apologia Caieta.* **E**tiam considerandum quòd cūm Caie. esset a Parisiensibus de hoc ar. reprobatus, in apologia negavit dixisse assertiuè posse dissolui matrimonium quò ad vinculum per fornicationem.

Cathari. li. 5. cōtra Caie. c. vi. **S**ed quod valde miror ē de Ambrosio Catharino Senensi qui cūm sit obiurgator, & accerrimus impugnator Caie. & in multis plus iusto, in hoc tamen articulo, in quo maximè deberet dissentire, consentit. Et probat eo quod subscribat huic sententiæ, quæ alijs apparet absurda, esse argumentum quòd non ex inuidiæ & odio contra Caie. sit motus, sed ex zelo veritatis.

A ¶ Tamen si Caie. Catherini, & erasmi sententia heretica dicēda non est, t̄ anq̄ Erronea reijcienda. In concilio siquidem Florentino plane damnata est, & in Colonienſi nostris temporibus contrarium ad eos

Cōci. Floren. & colonienſe.

¶ Et quidem pro nostra catholica sentētia sufficeret nunq̄ a Christo nato factum esse, quōd per fornicationem matrimonium sit dissolutū. Et videtur esse expressa determinatio Matthēi. 5, Et qui duxerit dimissam, mechatur. Et in. ca. Ex litteris Extra de diuortijs, vbi dicitur, quōd si post diuortium vinat in continenter, reconciliet sibi adulteram. Et. ca. Ex parte, de sponsalibus.

¶ Non est etiam audiendus Laclātius firmianus, q̄ li. 6. diuinarum institutionum. c. 23. tenet dissolui ob fornicatiōem quō ad vinculum. Sed hic error intersuos computet. Desinam t̄ ergo male dicere, & ne separēt obsecro quos Deus nodo Gordiano, & Hercu B leo sic astrinxit: vt solū morte disiungerentur.

Error Laclantij.

¶ ARTICVLVS. 8.

Quis modus seruandus in causa matrimoniali.



Veritur consequenter quando agitur ad separationem: quis modus debeat seruari in cognoscendis causis matrimonialibus? Quia verē res est satis difficilis: libet pro complemento totius matēriae aliquid differere, & pro iudiciis, qui iuris ordine seruato, in istis diffiniendis procedunt, & pro religiosis, qui in foro conscientie: siquidem non idem modus in vtroq̄ seruari debet, cum iudex debeat sequi quę expressa in iure, & secundum allegata, & probata iudicare, quę cōfessori nō sunt necessaria: quia cuilibet credendum in foro conscientie sine testibus

Omnibus creden. in foro conscientie.

¶ Et quia non ad nos attinet, neq̄ nostrum studium est de iudicijs, de testibus, & atestatiōibus, de probationibus, de appellatiōibus

nibus aliquid scribere: quia iurisconsultorum est. Solum volo pro
 A
 ipsis qui iudiciario more procedunt aliqua quæ in iure expressa
 sunt in memoriam reuocare. Pro religiosis etiam prius volo ad-
 ducere expressam determinationem *Alexan. 3. c. 1. de consan. &*
affini. ex qua intelligant non esse questionem de lana caprina (vt
Causa ma aiunt, aut de umbra asini) intendere causis matrimonialibus. Nā
trimonia propter causæ grauitatem solum competit Episcopis, de illis in qui
lis grauis. rere, & iudicare: nisi ex cōmissione negocium cōmitatur. Dicit er
 go *Alexan. 3.* Ceterum tuam prudentiam volumus non latere q̄
 non sunt causæ matrimonij tractandæ per quoslibet, sed per iudi-
 ces discretos qui potestatem habeant iudicandi, & statuta cano-
 num non ignorent. Hęc tibi. Et *Glo. ibidem* ait. Nota q̄ duo exigūt
 ad cognoscendum, & iudicandum de causa matrimoniali. scilicet
 tia canonum, & iurisdictione ordinaria, vel delegata. *Argu. 21. d.*
S. 1. Et *Argu.* Quod causa non est deleganda: nisi perito, & exer-
 citato. *Argu. 2. q. 2. c. vltimo. De pœni. d. 6. c. 1. in principio.*

¶ Et q̄ sit proprium dignitatis Episcopalis de causis matri-
 B
 monialibus iudicare: est expressus textus, *Extra, de excessibus p̄-*
latorum. c. Accedentibus cui⁹ verba (quia sunt valde notanda)
 pro religiosis placet adducere. Quę talia sunt. Accedentibus ad
 nos de diuersis mundi partibus Episcoporum quęrelis, intellexi-
 mus graues, & grandes quorumdam abbatum excessus, qui suis
 finibus non contenti, manus ad ea quę sunt Episcopalis dignitatis
 extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo
Causę ma pœnitentias publicas, cōcedendo etiam indulgentiarum litteras
trimonia- & similia presumendo. Vnde, cōtingit interdum q̄ vilescit Epis-
les ad ep̄m copalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his, & Episco-
principali porum dignitati, & abbatum providere salutem, presenti decreto
ter. firmiter prohibemus ne quis abbatum ad talia se presumat exten-
 dere: si proprium voluerit periculum euitare: nisi forsitan quisquā
 eorum speciali concessione, vel alia legitima causa super huiusmo-
 di valeat se tueri. Vbi *Glo.* dicit q̄ per hanc constitutionem cog-
 nitio causarum matrimonialium ad Episcopum de iure communi

A spectat. Ar. 35. q. 6 Multorum. Et addit vnum etiam notandū,
 q̄ alij prelati qui cognoscunt de causis matrimonialibus, siue sint
 abbates, siue alij: faciunt ex consuetudine perscripta, sine speci
 ali concessione, licet de iure communi ad Episcopum spectet. Vo
 lo notet lector istam glo. propter illa que nos dicturi sumus circa Notandum
 religiosos, qui hinc negocio operā impendunt. Et in. c. Attesti. glo.
 ait super verbo. Legitima puta consuetudo perscripta, que dat iu
 risdictionem. De officio Archi c. vltimo. Et de perscrip. c. Auditis
 Et de foro compe. Cūm contingat. Et de offi. ordi. Irrefragabili.
 Et do. Panor. super c. 1. de consang. & affi. dicit. Nota duo requi Panor.
 sita in eo qui vult diffinire causam matrimonialem. Primum, q̄
 habeat iudicandi potestatem. 2. q̄ Statuta canonum non ignoret.
 Hęc Panor.

¶ Ex istis colligere oportet q̄ graue sit istud negotium ma- Notent q̄
 trimoniale, & q̄ non passim cui libet committendum. Si enim rep̄ cōmittunt
 benduntur, & sub interitu precipitur abbatibus (qui comuniter cās matri.
 pollent scientia, & experientia) ne cognoscant de causis matri
 monialibus, quanto magis prohibitum esse credibile est inferiori
 bus, & subditis?

¶ Oportet notare, q̄ non deberet cōmitti tam ardua prouin
 tia cui libet, sed docto, & experto: sicut bene notāt doctores. Qua
 ré, prelati animaduertant bene cui comittunt. Nam licet ipsis sit
 concessum per summum Pontificem cognoscere de causis matri
 monialibus, & illis quibus duxerint cōmittendum, videant obse- Concessio
 cro quibus datur, & conceditur. Quod patet per bullam expressā Nicho. 4.
 concessam ordini predicatorum per Nicholaum. 4. vt illi qui ad Adria. 4.
 terras infidelium transirent: possint iudicare de causis matrimo Iulij. 3.
 nialibus. Idem per Adri. 4. & Iulium. 3. vt in ipsis priuilegijs est
 manifestum. At, quia de commissione ibi constat: sufficiat sci-
 re quod licet causa matrimonijs sit grauis, & solum Episcoporum
 alijs ex concessione conuenit. s. prelati religionum, & quibus ipsi
 duxerint cōmittendum, vt diximus.

¶ Verū tamē ista concessio nō intelligitur solum in foro cōsci
 entie

entiæ, sed etiam in foro iudiciali, & quando est contrarietas par
tium. Propter quod.

p. nota.
Clementi
na notan-
da.

Clemen. d
verbo sig
nificatio-
ne.

¶ Oportet notare vnā clementinam de iudicijs, quę incipit.
Dissendiosam prorogationem litium, quam interdum ex subtili
or dinis iudicarij obseruatione causarum docet experientia pro
uenire: restringere in subscriptis casib⁹ cupientes &c. Statuimus
vt in causis super electionibus, postulationibus &c. nec non super
matrimonijs, & vsuris procedi valeat de cetero simpliciter, &
de plano, ac sine strepitu iudicij, & figura. Quomodo autem ista
sint intelligenda: declarata sunt in clemē. Sepe cōtingit, de verbo
rum significatione, vbi dicit, q̄ iudex necessario libellum non exi-
gat, litis contestationem non postulet, in tempore etiam feriarū
ob necessitates hominum indultarum a iure procedere valeat, ā
putet dilationum materiam, litem quanto poterit faciat breuior-
em, exceptiones, appellationes, dilatorias, & frustratorias re-
pellendo, partium aduocatorum, & procuratorum contentiones
& iurgia, testiumq̄ superfluum multitudinem refrenando. Non
sic tamen iudex litem abreuiet, quin probationes necessarie, &
deffensiones legitime admittantur. Citationem verō, ac præstatio-
nem iuramenti de calumnia, vel malicia, siue de veritate dicēda:
ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus
non excludi.

¶ Ex omnibus his quę in dicta Clementina posita sunt oportet
ob oculos habere, in causa matrimonij quantuncūq̄ sit grauis: nō
oportere spectare solemnitates iuris, & figuram eius, sed solum il-
la spectanda, & nullo modo omittenda, quę sunt necessaria ad co-
gnitionem cause. Itaq̄ illa quę conducunt, sed necessaria non sunt:
veniunt repellēda ex dterminatione Pōtificis, & quomodocūq̄
constet de veritate. non est necessarium amplius. Immo si potest
bene cognosci veritas sine aliquo iudicio, sine aliqua scriptura, si-
ne testibus, sine tabellione, & nullum est periculum si acta non cō-
scribantur, etiam videntur superflua, & sunt dilationes frustra-
torie, & est procedere cum strepitu, & figura iudicij, contra ipsā
etc

A clementinam, Dispendiosam. Nam tabellio, & testes simul cū scriptura requisita sunt: vt constet de veritate. Et sic maneat veritas firmata: vt nullus illorum qui litigabant post sententiam datam possit contrarium affirmare, & per scripturam possit compelli si negauerit. Sequitur ergo q̄ vbi de hoc nihil timetur: nō est necessarium adhibere testes, & tabellionem, & scripturam, sed strepitus videtur. Volo dicere, q̄ strepitus, & figura iudicij, quā summus Pontifex determinat non obseruandā in maiori oratione: non est idem apud omnes gentes, sed illud quod apud quosdam est strepitus, & figura iudicij, apud alios nō est. Nā solum illa apud quālibet gentem in iudicio seruari debent: vt patet ex voluntate Pontificis: quę videntur necessaria ad cognitionem veritatis, & ad firmitatem ipsius, & vigoris. Et quia communiter homines solent post sententiam, vel mortuis iudicibus, vel mutatis, vel odio, seu malicia: nouas lites mouere, & sepultas resuscitare: optimē iure statutum ē: necessariā esse scripturā subscriptā manu tabelliois,

Non eadē apud oēs faciunt figuram & strepitum iudicij.

B & confirmatam testibus: vt deficientibus iudice, & tabellione: scriptura possit compelli, & conuinci: qui nititur aliquid contra veritatem attentare. Et in clementina Sepe, de verbo, signifi. summus Pontifex videtur asserere non esse strepitum iudicij scripturam, & tabellionem, sed tanq̄ necessarium. Si ergo datur aliqua ratio de qua non timetur q̄ istis vtatur calumnijs, & astutijs, sed quę simplici verbo obediat, & nunq̄ contradicat summo Pontifici: videretur strepitum esse iudicij adhibere in cognoscendis causis talium personarum, & in sententijs: tabellionem, & testes, & scripturam: sicut fieri solet cum alijs, qui calumniatores sunt.

¶ Sed nunquid nationes hęc inter quas sumus sunt huiusmodi? Affirmat obsecro veritatem non Episcopi ipsi, qui multis alijs curis impediti: nō potuerunt mores istorum cognoscere ad plenum, sed id profferant ministri, qui ipsos intus, & in cute norunt. Nunquid iudicij strepitus sit in audiendis istorum causis, tabellionem, et testes adhibere? Vtrum sufficiat simpliciter, et de plano sine strepitu, et figura iudicij procedere. Ista placet hęc nota se ex di-

His

nn ū

dictis istius clementine. Et volo memoriter teneri propter quãdã A
satis dignam scitu questionẽ, quam infra mouebo. Vtrum religio
si quibus a prelatis concessum est in matrimonijs istorum occupa
ri: peccent non scribendo sententiam, et tabellionem, et testes adhi
bendo. Et vtrum sit necessarium: etiam si tanq̃ iudices procedãt.

Nota. 2.

Matrimo
nium non
transit in
rem iudi-
catam.

¶ Oportet etiam notare circa matrimonium, q̃ non transit
in rẽ iudicatã: vt patet Extra, de sententia, et re iudicata. c. La
tor, vbi post sententiam semellatam circa matrimonium: admit
tit̃ probatio. Et reperta veritate, de deceptione in prima senten
tia datur. 2. Idem in c. Consanguinei, eodem titulo. Sed hoc intelli
gendũ est (vt bene notat glo. in c. Lator) quando matrimonium
non potuit esse propter aliquod impedimentum: sicut si in gradu
prohibito fuerit contractum, vel aliquo alio. Nam tunc quantum
cunq̃ propter deceptionem feratur sententia pro matrimonio,
etiam si nulla sit appellatio: nõ transit in rem iudicatam, sed post
sententia reuocatur, deprehensa veritate. Sitamen fuerit sen
tentia lata inter aliquos pro matrimonio: inter quos nullum est B
impedimentum ad contrahendum: si ab ea non fuerit appellatum:
transit in rem iudicatam: quia iudicatis acquiescisse videtur: qui
non appellauit. Et est notandum hoc: quia posset inter aliquos ma
trimonium iudicari licitum, et verum, quod tamen non fuit: quia
non fuit debitus consensus. Et si feratur sententia pro matrimo
nio, et non est appellatum: transit in rem iudicatam. Nec post au
diendi sunt. c. Quod ad consulta. eodẽ ti. ibi glo. Etcertẽ sepissi
me contingere posset, immo contingit apud huius noui orbis inco
las, q̃ volentes duo copulari simul: dicant se dedisse adinuicem fi
dem de matrimonio, et consensisse, et sic datur sententia pro ma
trimonio. Et post dolentes de mendacio: dicũt, nunq̃ fuisse talem
consensum, et nolle de nouo consentire, vt patet in c. Quod ad con
sultationem, de sententia, et re iudicata. In foro quidem exteriori
non sunt audiendi, sed compellendi vt sint simul. Nam ex quo
data sententia est, et non fuit appellatum: videtur fuisse consen
sus necessarius, etiam si a principio non fuisset. In foro vero cons
cientie

Casus a-
pud Indos
sepe con-
iungit.

Acientie probabiliter crediderim inter istos (si casus contingeret) esset verum matrimonium: si ita est, q̄ tempore quando lata est sententia: non habuerunt disensum, sed voluerunt stare pro sententia: quia tunc perinde est ac si secundum mores suos parentes, vel cognati loquerentur de matrimonio, & ipsis intelligentibus, & volentibus, iungerentur absq̄ contradictione aliqua, vel disensu. Nam tunc verum erat matrimonium, vt nos i prima parte determinauimus. Sic in presentiarum dici posset: si casus cōtingat, quē ^{Supra, p. p. ar. 5.} non dubito contingere. Et idem esset dicendum quando religiosi id dicunt, & ipsi determinat eos tanq̄ vir & vxor, supposito in animo non fuerit disensus, sed assensus in matrimonium.

¶ Item notandum, q̄ quando proceditur ad dissoluendum ma- ^{3. nota.} trimonium iam contractum, vel quia precessit impedimentum cō sanguinitatis, vel affinitatis: testes debent iurare q̄ non dolo, aut ^{Testes de} bent iurare amicitia, aut aliquo cōmodo priuato falsum iurabunt. In c. Quoti re. ^{B ens, de testibus, & atesta.}

¶ Considerandum etiam, q̄ testes qui in matrimonio sunt ad- ^{4 nota.} mittendi: sunt consanguinei. Et isti amplius admittuntur, q̄ extranei, maximē quando agitur de gradu consanguini, & affinitatis, q̄ presumuntur potius scire. Qui matrimonium accusa, possunt. ca. Videtur nobis. Et quando non sunt testes de visu, admittuntur d̄ auditu. De testibus, & atesta. c. Preterea. Et est peculiare in matrimonio: vt etiam de consensu partium iuramentum non remittatur. c. 1. De cōsan. & affi. & Glo. in c. Tuis, de testibus. Et glo. in c. Continebat, de sponsa. impuberum.

¶ Preterea notandum, q̄ testes qui ad matrimonium admitti ^{5. nota.} debent: debent esse circumspecti, omni exceptione maiores. Et oportet esse graues. Vide Glo. quam valdē notat Panor. in eodem. c. Et ^{Panor.} dicit illos dici testes omni exceptione maiores qui nulla ^{Testes qui} in matrimonio, ^{in matri-} ne legitima possunt repelli, Et allegat Glo. notabi. Institui. de insti. ^{monio,} sint omni stipul. §. Item verborum obligatio, quę dicit, illum testem dici ^{exceptione} idoneum: qui nulla exceptione repelli potest. Hęc Panor. Notat etiā ^{ne maiō-} ^{res.} ibi, q̄ cū agitur ad impediendum, vel dirimendum matrimo-

num. ijdē qdenunciāt, vel accusant: possunt esse testes, et hoc ratio ne peccati, cum non agitur de cōmodo, aut incōmodo eorum. Volo notari quales testes sint requisiti: si procedendum est per viam iudiciariam. Et in c. Licet, dicitur. Oportet tales non sint infames. De testibus, & attesta. & ibidem glo. Et in c. de Parentela. 35. q. 6. dicitur q̄ debeat considerari in eis qualitas p̄sonarum. Et Huguius dicit. s̄ ne sint seruales, vel criminosi.

Huguius

¶ Notandum etiam q̄ per solum dictum matris dicentis impedimentum esse: matrimonium non contractum non debet contrahi, vt patet in c. Super eo, de testibus & attesta. Tamen dictum vnius testis non valet ad matrimonium iam contractum dissoluendū, vt patet de eo qui cogno. consan. vxo. c. De illo.

¶ Testimonium etiam matris est suspectum, quando vir est superior diuitijs, vel honore, vel potestate, vt habetur. c. sup̄ alle.

¶ Item animaduertendum quomodo ad dissoluendum matrimonium legitime contractum nō sufficit rumor vicinie, que dicitur prius affinitatem precessisse, ob quod non potuit esse matrimonium. Fatet in c. Super eo, de eo qui cog. consan. vxo. sua. Ar. quia est iste textus valde notandus: placet adducere que notat et bene. d. Panor. Et primo notandum in textu dici q̄ ad confessionem coniugum dicentium impedimentum precessisse: non debet fieri separatio: vt si dicat vir prius cognouisse matrem vxoris, vel consanguineam eius intra gradum prohibitum. Vel si dicat foemina se cognitam fuisse a patre, vel consanguineo mariti intra gradum prohibitum ante matrimonium contractum. Dicitur ibi q̄ non ob hoc statim sunt separandi. Et sic Panor. ibi notat, q̄ ad confessionem coniugum contra matrimonium non debet fieri separatio. 2. q̄ rumor vicinie proprie dicitur quando aliqua pars vicinie aliquid asserit. Et in hoc differt rumor a fama: Nam fama proprie est quando tota ciuitas, seu vicinia, vel maior pars, reclamationat. puta. 3. vel. 4. pars. Vnde in minus se habet rumor quam fama. Et similis Glossa. habetur in capitulo Si duo. 35. q. 6. Et infra dicit in glossa prima in fine. Nota bene istam glo.

Solus rumor de impedimento non sufficit ad dissoluendū.

¶ Standum ē cōfessionem eorum impedimento.

Rumor & fama non dicitur

¶ Rumor & fama non dicitur

A glo. Et expediendo hanc materiam cum glo. final. distingue ple-
né. Sic cum queritur. Nunquid valeat confessio coniugum in cau-
sa matrimoniali? Aut agitur de matrimonio contrahendo, aut de
iam contracto. Primo casu, sola fama de impedimento sufficit ad
impediendum matrimonium, etiam si in sponsalibus interuenisset
iuramentum. Tex. est no. in c. Super eo, de consan. et affini. Item
ad dictum vnius, s. tertij, impeditur matrimonium contrahendum
si non interuenit iuramentum: vt est tex. in. c. Preterea, 2. de
spon. Et in c. Super eo, de testi. Et ex illis duobus, c. videtur inferre
dū, q. plus pbat fama, q. vnus testis: qa (vt dixi) sola fama impe-
dit vbi etiam interuenit iuramentum, secus in dicto vnius. Sed
ego crederem (ait Panor.) q. si vnus testis omnino integer confi-
teretur impedimentum: impediretur matrimonium, etiam si iura-
mentum interuenerit: quia vnus testis non minus probat, q. fama.
ad hoc q. non. In c. venies, de testi. Et in. c. 1. de appella. Facit. c.
Super eo. §. 1. de testibus. Et ad. c. Preterea, respōdeo, q. ille testis

Ad dic-
tum vni
impedi-
matrimo-
nium con-
trahēdum
Panor.

B non erat omnino integer: quia allegabat turpitudinem suam. Et
sic: si sponsi confitentur impedimentum, puto sufficere eorum con-
fessionem ad impediendum matrimonium, etiam si interuisset
i sponsalibus iuramentum. Ratio est: quia cum possint sibi remit-
tere illā obligati iuratā: vt in. c. 2. de spōsa. presumpcio ē q. nō cō-
fiteant falsum. Sic restringo tex. vbi agit de cōtracto matrimo.
Et sic propriē loquitur, aut alter ex sponsis confitetur impedimē-
tum, Et tunc, aut confitetur ille qui stat contra sponsalia, et non
puto sufficere: quia confessio per se non valet. 14. q. 2 in princi-
pio. Quōd si diceremus contrarium: facile dissoluerentur sponsa
lia, cum appetens separationem confiteretur impedimētum. Aut
confitetur qui stat pro sponsalibus, et tunc sufficit eius confessio.
Arg. c. Attestatio. de sponsa. impube. et quod not. ibi. Hostien.

Notādum
quod dicit
Panor.

¶ 2. casu principali cum agitur de contracto dic. Aut confe-
sio tendit ad separationem thori, et valet confessio contra confi-
tentem. Vnde, si vxor. confiteatur adulterium: sibi preiudicat
vt in. c. Ex litteris, de diuortijs: quia per hoc non separatur vincu-

Hostien.

lum

nn iij

lum matrimoniale. Aut confessio fit super substantia vinculi ma-
 trimonialis, et sic pro matrimonio valet: dummodo nō veniat in
 prejudicium alterius matrimonij, de quo constat. Et not. in. c. 2.
 de clan. de spō. Aut confessio fit contra matrimonium. Et tūc, aut
 coniuges confitentes stant contra matrimonium, et non valet cō-
 fessio, etiam cum fama. Ratio est: quia confessio de se nihil pro-
 bat, ex quo est pro confitentibus. Fama autem per se non sufficit
 ad dirimendum matrimonium, vt in. d. c. Si duo. Hoc tenuit do.
 And. Quōd satis placet. Et sic limita istud. c. Si duo. Aut confe-
 ssio fit a coniugibus stantibus pro matrimnio: putā quia iudex
 inquirat ex officio, vel. 3. accusat, &c. Et tandem ibidem conclu-
 dit. quia ex quo confessio emanat pro stantibus pro matrimonio,
 nec est presumpcio collusionis: standum est confessioni, etiam sine
 fama: quia non est presumpcio vt quis confiteatur falsum con-
 tra sel. fi. c. Arbiter. Hoc voluerunt cōmuniter docto. in. d. c. At
 testati. & Hosti. hic. Et fortius valet confessio quando habet cō-
 comitantiam famæ, aut alter eorum tantum confitetur contra
 matrimonium. Et tunc, aut ille qui stat contra matrimonium, &
 non valet etiam si concurrat fama per rationem supra dictam,
 aut confitetur ille qui stat pro matrimonio, & dicit do. And. q. si
 allegat turpitudinem suam (vt si diceret, verē habui accessum cū
 consanguinea meæ vxoris, vel ipsa fœmina simile dicat) non p-
 bat etiam cum fama. Et allegat notata per archi. in. d. c. Si duo.

Vbi agit
 de anime
 piculo au-
 ditur qui
 alegatur
 pitudinē
 suam,

Sed certē Archi. etiam infert contrariam opi. & illam puto ve-
 riorem: quia vbi agitur de periculo anime: auditur allegans tur-
 pitudinem suam: vt plenē dixi in. c. Cū super, de concessio. pre-
 beb. Item. Ex quo iste stat pro matrimonio, & confitetur cōtra
 se: non est presumpcio q. dicat falsum. Hęc omnia Panor. ibidem.

Omnia tam sunt egregiē dicta, & tam conuenientia minis-
 tris qui huic negotio operā dant: vt deberent scribi (si fas esset)
 litteris aureis: ad quietandum conscientiam multorum. Et ne
 fortē aliq. non potens intelligere sententiā ipsius Panor. frustra
 doctrina tali: in breui hęc est. Quando casus cōringit, sicut sepe
 contin

A contingit mihi, & alijs, cum duobus coniunctis in matrimonio, in ter quos fuit impedimentum: si interrogati de impedimento confitentur tale precesfisse, quo stante non potuerunt coniungi. Vtrū sufficiat sola confessio ipsorum ad dissoluendum: dicit Panor. & benè ex cōmuni opinio, q̄ tunc videndum: vtrum tales qui liberè confitentur impedimentum, quo stante matrimonium est nullum, volunt sic manere in matrimonio, vel volunt separari. Si volunt manere: illud dicit Panor. stare pro matrimonio. Et tunc sufficit confessio ipsorum ad dissoluendum: quia non est credibile eos mē tiri contra se, quando quidem ipsi nolent separari. Et tamē ex eorum confessione sequitur separatio. Hoc idem obseruandum est quando alter eorum solum confitetur impedimentum, dummodo talis qui confitetur: stare vult pro matrimonio. quia nulla est suspitio de dolo, aut mendatio. Secus tamen esset si confitentes: nō starent pro matrimonio: quia separari volunt. Nam tunc eorum confessio est suspecta.

Suma sententię Panor.

B Quomodo sit iurandam, & quid in iuramento exigēdo de beat considerari, quando etiam fit ad diuortium, & separationē habes. 3 s. q. 6. c. De parentela. Et c. Ab isto die. 1.

Est in super notandum, q̄ quotiens est dubium: in dubio standum est pro matrimonio. quia tutius est aliquos cōtra statuta hominum dimittere copulatos, quā legitimè coniunctos contra statuta hominum separare. Extra, de testibus. c. Licet, in fine. Quæ notanda sunt (vt intelligit Panor.) quando matrimonium potest habere effectum suum, vt notauī supra in. 1. p.

Supra, p. p. ar. 38.

Item. Quando non est certitudo aliqua: semper in dubio ab soluendus est reus. c. 2. de clandestini. de sponsa. Et c. Mulieri, de iure iuran. Vide Panor. ibi.

Vltimo notandum ex S. Tho. qui dicit, q̄ in causa matrimoniali quando agitur ad separationem propter consanguinitatem, vel affinitatem quę precesfit per testes: veritas debet patefieri sicut et in alijs. Tamen (vt iuristę dicunt) in hac causa multa specialia inueniunt. s. q̄ idem potest esse accusator, et testis. Qd̄

S. Tho. in 4. d. 41. ar. 5. quęstion. 3.

non

non iuratur de calumnia: sicut *Extra*, de iuramento calumnie. ca. **A**
 Litteras, vbi in spiritualibus non iuratur de calumnia. cū sit cau-
 sa quasi spiritualis. Et q̄ consanguinei admittuntur ad testificā-
 dum. Et q̄ non seruatur omnino ordo iudiciarius: q̄a denunciatio
 ne facta, contumax potest excommunicari lite non cōtestata. Et
 valet hic testimoniū de auditu. Et post publicationem testiū
 testes possunt induci. Et hoc totum est: vt peccatum impediatur,
 qđ in tali coniunctione esse potest. Hęc *B. Tho.* Libuit ista notare
 propter illa verba quę dicit, q̄ non seruatur omnino ordo iudicia-
 rius in matrimonio, & hoc ad impediendum peccatum, quod est ī
 tali coniunctione. Notanda verba pro religiosis, qui ad tollendū
 peccata istorum: non seruant ordinem iuris.

S. Thom.
vbi supra.

ARTICVLVS 9.

An si inter aliquos coniunctos ob im-
 pedimentum non potuit stare ma-
 trimonium sit necessaria sententia
 iudicis ad diuortium.



Veritur ergo quando est inter aliquos im-
 pedimentum aliquod, quo stante, matrimonium nō
 potest stare. Vtrum sit necessaria sententia Ec-
 clesie ad diuortium celebrandum. An si ipsis, qui
 sic coniuncti sunt, constat de impedimento: possit
 adinuicem separari.

p. nota.

¶ Pro decisione notandum, tripliciter posse contingere tales
 cum impedimento iunctos fuisse. Primo Ignorando impedimentū
 si contraxerunt in facie Ecclesie. 2 Si non contraxerunt in facie
 Ecclesie, sed coram testibus. 3. Quando nec in facie Ecclesie, neq̄
 coram testibus, sed ipsi secreto.

2. nota.

¶ 2. Dupliciter potest contingere aliquos duos qui iuncti sunt
 separari. Vno modo, intelligendo de illis qui non sunt iuncti mu-
 tuo consensu, & more illorum qui solent in matrimonio iungi. Alio

A modo qñ sunt coniuncti sicut solent coniungi alijs, tamen matrimonium non potuit esse propter impedimentum.

¶ 3. notandum, istos posse separari, vbi non est Ecclesie iudex, neq; de facili haberi potest. Vel vbi est Ecclesiasticu iudex, qui potest de facili haberi. Istis sic consideratis resp. o. d. e. f.

¶ Illi qui coniuncti sunt in matrimonio per consensum mutuū: sicut solitum est in facie Ecclesie, etiam cognito impedimento, propter quod matrimonium fuit nullum. si iudex Ecclesiasticus de facili haberi potest, non possunt licite sola sua autoritate separari: Probat. Extra, de diuortijs c. Porrò. Et c. Multorum. 35 q. 6. et in multis alijs locis sic determinatum est. Et probari potest sicut probauimus supra de diuortio facto propter fornicationē: qā nullus sibi potest ius dicere. Cū ergo iura disponant tale matrimonium disiungendum, oportet adueniat sententia iudicis. Dixi. Si fuerit factum per consensum, et in facie Ecclesie, quia si nō fuerit sic contractum non est necessaria sententia iudicis Eccle. ut dicemus statim. Dixi etiā. Si facile iudex Ecclesiasticus haberi potest: quia vbi non est, neq; de facili haberi potest, non intelligitur conclusio. Et intelligimus, nisi ignorantia inuincibilis eos excuset: quia tunc non peccarent diuertendo adinuicem.

¶ Qui per mutuum consensum contraxerunt in facie Ecclesie, inter quos est impedimentum, quo stante, non potuit esse matrimonium, si non est iudex Ecclesiasticus, vel de facili haberi non potest, se disiungendo, cognito impedimento, secluso scandalo, nullo modo peccant. Probat. Isti tales nullo modo sunt coniugati, nec possunt esse, ergo tenentur simul non adesse, et disijungi nō possunt alia via, qm vel per iudicē Eccle. vel si propria autoritate id faciant, sed per iudicem Ecclesie non possunt, quia quod non potest fieri sine difficultate, dici nō posse fieri, ergo tenentur se facere: sicut etiā Arist. sumitiposi p. diffi. 1. d. cælo. tex. 111. 114. et 115

¶ 2. Ratio quare teneretur adire iudicem Ecclesie, est ne in tali disijctione contingat fraus, aut dolus, aut scandalum de disijctione matrimonij, sed ponimus non esse fraudem, aut dolum,

sed

3. nota.

1. conclu

S. Tho in

4. d. 27.

q. 2. ar 3.

Ratio.

2 conclu.

p. ratio.

Math. 19.

2. ratio.

sed q̄ verē ita est impedimentum esse, quo stante, nullo modo potuit esse matrimonium. Et etiam secludimus scandalum: quia si esset: propter vitandum scandalum: deberent manere in vnum, licēt non cōmisceri carnaliter, vsq̄ dum per sententiam Ecclesię fieret diuortium. Sequitur ergo q̄ si dolus, & fraus cessat, & scādalum: nullum erit peccatum propria auctoritate diuertere, q̄ cessante ratione legis, cessat & eius obligatio, cessante scandalo, etiamsi solūm cesset in particulari, quicquid dicat Fortunius i tra cta. de vlti. sine, illatione. 15. & 16. & Medina, de contracti. q. 14 & Couar. in epitbo. in. 2. p. c. 6. §. 9. nu. 8. & de testa. c. Cūm esset nu. 9. Ergo vbi non esset iudex Ecclesiasticus, nec de facili haberi posset: non esset peccatum disiungi. Si tamen esset parochus, vel alius vicem habens in tali loco: non possent tales excusari a peccato.

Adrian⁹
quolib. 6.
a. p.

Medina.

Couitru.

Panor. in

ca. Pleriq̄

de immu-

ni. Eccle.

Corolla.

¶ Ex conclusionibus sequitur q̄ isti neophiti qui contraxerūt in facie Ecclesię, impedimento existente tali, quo non potuit esse matrimonium, siue fuerit ignoranter ex parte sua, vel ministrorum, siue fuerit ex malicia, si post cognitio impedimento, resipiscant, & distantes nimum a iudice Ecclesiastico, sic q̄ non possit cognita sua conditione, & pauertate, sine difficultate maxima additus haberi ad eum, neq̄ etiam alij sint ministri Ecclesię, q̄ si secluso scandalo, propria auctoritate discedant, non peccant, saltem mortaliter. Immo existimo, vbi fraus & dolus cessat, si timētes Deum id faciunt: meritorie fieri. Dico, Secluso scandalo: quia tales tenentur vitare. Sed quia illi qui scandalizari possunt inter eos: impedimentum non ignorabunt: non dubito sine peccato tales disiungi: sicut certo scio factum fuisse. Et aperte patet illos non peccare: quia omnino ignorant inuincibiliter ad id teneri. Immo quotidie audiunt predicatores dicentes q̄ tales qui habent impedimentum non possunt simul stare.

S. Tho. 12

q. 76. a. 3

3. conclu.

¶ Qui contraxerunt stante tali impedimento, quod impedit & dirimit, si corā testibus solūm: poterunt cognitio impedimento sine sententia iudicis Ecclesiastici, secluso scandalo, separari ad inuicem,

A inuicem, vbi iudex non adest, licet de facili possit addiri. Ista differt a. 2. Nam in 2. dixi, quod vbi in facie Ecclesie est contractum: est neesse addire iudicem Ecclesie, vbi adest, vel facile haberi potest. Sed in ista, q. vbi non est contractum in facie Ecclesie, sed solum coram testibus, et iudex non adest, secluso scandalo, non tenetur addire ipsum, etiam si facile haberi posset. Probat. Tota ratio quare Ecclesia determinauit in capitulis allegatis neccessarium esse sententiam Ecclesie preccedere, est quia tale matrimonium in facie Ecclesie constat. Et sic ab ipsa approbatum: non debet sine eius sententia rursus annullari, et quasiari. Ergo vbi ipsi Ecclesie non constat de tali matrimonio, neq. in facie eius fuit factum: non est neesse iterueniat prius eius sententia: q. fiat separatio, cognito impedimento, seclusa fraude, et dolo, et scandalo: quia certum est q. tenetur non scandalizare illos testes coram quibus factum est. Et (ni fallor) istam sententiam vult in si Palud. a. nuare do. de Palu in. 4. vbi dicit, matrimonium contractum in facie Ecclesie non posse etiam propter impedimentum disungi sine sententia Ecclesie. Videtur ergo q. matrimonium non factum iudicio Ecclesie possit sine sententia eius separari. Dixi. Si non ad est. Nam si adest ibi iudex, vel minister tenens vicem Ecclesie: tenentur tales denunciare ante q. separantur.

Ex ista conclusione habes documentum ad non damnandum ^{Pro neo-} mortali plurimos istorum neophitorum, qui degentes in montibus ^{phitis.} contraxerunt, impedimento stante, et ignorato, coram testibus, et post cognito, sine sententia iudicis separantur ad inuicem, vbi fraus et dolus cessat, et scandalum.

Illi qui contraxerunt matrimonium stante impedimento ^{4. conclu.} quo non potuerunt contrabere, et contraxerunt secretè sine testibus: possunt, cognito impedimento, ad inuicem separari, sine aliqua sententia iudicis Ecclesiastici, etiam si adsit, secluso scandalo. Probat. Tale matrimonium, cum fuit secretum, nullo modo ^{P. Ratio.} Ecclesia approbavit. Sequitur ergo non esse neccessaria Ecclesie sententiam ad separationem: quia tunc est neccessaria: quando ip

sa Ecclesia prius factum probauit, & in notitiam eius venit. Er **A**
go non est necessaria eius sententia.

2. ratio.

¶ 2. Tales tenentur separari, & non tenentur iudici se manifestare, ergo diuertendo non peccant. Patet maior. Probo minorem: quia non tenentur peccatum suum occultum contrabendi clandestinè denunciare iudici, nisi solùm cōfessori. Sed si esset necessario petenda prius iudicis sententia: tenerentur suum peccatū occultum extra confessionem manifestare, quod non est dicendū.

Ricardus,
d. 35. ar. 1
q. 3.
S. Anto.
3. p. utu. p
cap. 21.
Corolla.

Tenendum ergo non esse necessariā iudicis sententiam ad separationem. Dixi. Secluso scandalo: quia posset esse q̄ dato secretè cōtraxissent: iam multi scirēt. Et tunc perindè esset: sicut si coram testibus. Ob id tenerentur vitare scandalum. Hanc sententiam tenet expressè Ricardus in. 4. & Archi. floren.

¶ Ex ista conclusione sequitur, nullo modo peccare istos neophitos, si contraxerunt secretè sine testibus stante impedimento & post cognito, sine fraude, & dolo separantur adinuicem sine scandalo. Et contingit casus, vt quando fœmina habebat alium **B**
virum, & post cognita est veritas, & intelligit non potuisse esse matrimonium, & diuertit. Idem de viro. Non est peccatum, seclusa fraude, & dolo, & scandalo: sic separari, quia tenetur diuertere, & non tenetur propallare factum: nisi in confessione, ergo nullo modo peccant id faciendo.

5. conclu.

¶ Si aliqui fuerunt iuncti absquē consensu mutuo, & absquē ceremonijs solutis, sed modo illicito concubinario: si postea separantur adinuicem, etiam si apud alios sint reputati velut coniuges: dummodo fiat sine scandalo: nullū est peccatū propria auctoritate diuertere. Immotencntur ad illud. Probatur. Tales coniuncti semper fuerunt in peccato, & nunquā fuit ipsorum licita coniunctio matrimonij, nec vera, vel presumpta quò ad Eccle. Ergo sequitur non esse necessariam sententiā Ecclesie. Nam Ecclesia vbi ad huc secretè fuit contractum matrimonium non iudicat matrimonium, sed stuprum, vel adulterium, vt patet. 30. q. 5. per totā. Quanto magis vbi nequē secretè fuit contractum indicabit? Ergo

Ratio. p.

non

A non est necesse eius sententia precedat.

¶ 2. Sententia Ecclesie eo datur: vt separentur illi qui fuerunt coniuncti (sed cum impedimento) sed tales nunquam fuerunt coniuncti: quia supponimus nullo modo consensisse adinuicem, sed more concubinario iunctos fuisse. Ergo nullo modo est necessaria sententia. 2. ratio.

¶ Probatur adhuc ex precedenti. Nam si quando matrimonium fuit contractum, sed secretis, nullo modo debet precedere sententia Ecclesie, sed statim cognito impedimento, possunt adinuicem separari: quanto amplius dicendum ubi nullus fuit contractus matrimonialis? Non enim habet Ecclesie usus vt contra concubinos deprehensos in peccato ad separationem sententiam profferat diuortij, sed punit tanquam peccatores. quia ipsi antequam Ecclesia sciret: non fuerunt separati. quia si essent ante separati: non puniret. Sequitur ergo, cum tales (sicut dicit conclusio) sint concubinarij, & possunt. immo tenentur sine sententia Ecclesie separari adinuicem. 3. ratio.

B Ex ista conclusione habetur benefacere istos neophitos, qui cum aliquando iungerentur vir & foemina: nihil de matrimonio loquentes: et si postea separantur propria auctoritate, intelligentes non fuisse inter eos matrimonium: nullo modo peccare. Immo peccarent si id non facerent, nisi contraberent de nouo: si nullum esset impedimentum. Notanda sunt ista: quia non raro contingunt Corolla.

P A R T I C V L V S 10.

Quid debent seruare iudices Ecclesiastici.



Trum iudices Ecclesiastici in causis matrimonialibus cum istis neophitis teneantur seruare figuram, & si reptum iudicij, quam seruant, & seruire debent cum Hispanis. Hec propter aliquos quos noui tam in hoc negocio scrupulosos, & impeditos: vt volentes traditiones hominum obseruare: contemnunt preceptum Dei, quibus dici posset quod dominus phariseis dixit. Propter Math. 15.
tradi

traditiones vestras transgredimini Dei mandatum. Atq̄ utinā **A**
 non improprium sit talibus in die iudicij, qui volētes seruare que
 constituta sunt, & a doctoribus declarata vt in plurimum pro ali
 is nationibus, que pollent ingenio, & astutia, animas miserē peri
 re permittant, non subueniendo eis simpliciter, & de plano: sicut
 eorum conditio exigit. Dominus (credo) in die iudicij loquetur il
 lud Ezechie. Vt pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nō
 ne greges a pastoribus pascentur. Lac comedebatis, & lanis ope
 riebimini, & quod crassum erat occidebatis, & quod infirmum
 non cōsolidastis, & qđ ægrotum non sanastis, & qđ contractum ē
 non alligastis, et quod abiectum non reduxistis, et quod perierat
 non quesistis, sed cum austeritate increpabatis, et cum potentia.
 Et dispersę sunt oves meę, eo qđ nō esset pastor. Et factę sunt i de
 uorationem omnium bestiarum agri. Dispersę sunt, et errauerūt
 greges mei in cunctis montibus, et desuper omnem faciem terrę
 dispersę sunt, et non erat qui requireret. Propterea pastores ob
 seruandi, audite verbum domini. Vos (inquam) Episcopi istius **B**
 noui orbis, audite verbum domini. Viuo ego dicit dominus Deus
 quia pro eo qđ facti sunt greges mei in rapinam: et oves meę in de
 uorationem omnium bestiarum agri, eo qđ non esset pastor. Hęc
 dicit dominus. Ego ipse super pastores requiram gregem meum
 de manu eorum. Profecto sententia satis terribilis contra illos pa
 stores qui oves sibi a domino creditas errare permittunt, et deuo
 rari a bestiis, non sanando infirmum, non consolidando confrac
 tum, non eleuando abiectum, non querendo dispersum. Et sine du
 bio qđ circa istos strepitū, et figurā iudicij obseruare vult, nō p
 cedētes simpliciter, et a plano: timeo sic euēturū, cū verē illi sint
 qbus dominus dicit. Ego ipse super pastores requirā gregem me
 um a manu eorum. Et ve illis. Propter hoc pastores constituti: vt
 gregē cōmissum liberent de manu bestię rugietis, et preparatę
 ad escam. Si ergo ista liberatio fieri potest melius: si simpliciter,
 et de plano: ipsi pastores circuant gregem suum: sine strepitu, ob
 seruando vigilias noctis super gregem simulet, obseruando insi
 dias

Ezechiel,
34.

Notē hu
ius noui or
bis ep̄i re
uerendissi
mi.

Propt̄ qđ
instituti
sunt Pas
tores,
Luce, 2.

A dias demonis, qui circuit gregem, querendo quem deuoret. Egre- p. Petri. s.
 diantur de throno, & maiestate sua, Sumant sibi baculum. Fugi
 at que necessaria non sunt, & tunc videbunt in aperto peccata
 gregis. Tunc intelligent: nunquid cum istis sit opus adhibere tabel
 lionem, simul & testes? Nunquid sit necessarium scriptis profer-
 re setentiā, & terminā dare ad probandū publicationē testiū? Fa-
 cere, et alia ceremonialia iuris obseruare? Excant ergo, & vide-
 bunt. Deponāt obsecro Pōrifices hui⁹ noui orbis vestē lineā, simul
 & tunicam byacūbinā, baltbeū, riarā, laminā aureā, femoralia,
 cōtēti sint ex oib⁹ ornāmētis pōtificalib⁹ sup humerale deferre, p
 quod denotatur, vt infirmitates populi supportent: scientes quoni-
 am ipsi infirmitate circumdati sunt. Et sic suarum ouium infir-
 mitati compatiantur. Habeant et simul rationale, s. caritatem exi-
 miam suarum ouium: vt in visceribus suis, et corde, solitudine
 quotidiana portent. Illis duobus ornamentis contenti: alia omit-
 tant, & egrediantur, et circuant, et tunc intelligent non esse nece-
 sse cum istis illa seruare ceremonialia in iudicio circa matrimo-
 nium, que seruantur cum cæteris pollentibus ingenio. Attendant
 obsecro qui pastores bonum pastorem Gregorium, qui in suo quē
 edidit pastorali trāddit, quid pastores debeant facere. Nam ex-
 ponens illam visionem Ezechie, quam vidit. c. 8. vbi dicit pro-
 pheta, quōd a Chaldea fuit ductus in visione Hierusalē ad templū
 domini, vbi vidit iuxta ostium quod respiciebat ad Aquilonem,
 quod serat in atrio templi: Statutum idolum Zeli, i. idolum Baal,
 quod erat ad prouocandum iram Dei. Ideo dicitur idolū Zeli. Et
 introduxit me dominus (ait propheta) ad ostium atrij, & vidi, &
 ecce foramen vnum in pariete. Et dixit dominus. Fili hominis: fo-
 de parietem. Et cūm perfodissem parietem: apparuit ostium vnū
 Et dixit ad me. Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas
 isti faciunt hic. Et ingressus: vidi. Et ecce omnia similitudo repti-
 lium, et animalium abominatio, et vniuersa idola domus Israel de-
 picta erant in pariete. Et ecce in circuitu per totum. Et. 70. viri
 de senioribus domus Israel, et Iechonias filius Saphat stabat in
 medio

Ad He-
bre. 5.

Gregori
in pastora
2. p. c. 10.
Ezech. 8.

Figura

medio eorum ante picturas stantium. Et vnusquisq̄ habebat ihu-
 ribulum in manu sua. Et vapor nebule de thure consisterebat. Et
 dixit dominus ad me. Certè vides que seniores domus Israel faci-
 unt in tenebris, vnusquisq̄ in abscondito cubiculi sui. Dicunt
 enim. Non videt dominus nos, & derelinquit dominus terram. Et
 dixit. Adhuc cõuersus videbis abominationes maiores. Et introdu-
 xit me ad ostium portæ domus domini, que respiciebat ad Aquil-
 lonem. Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes ad orientem. Et di-
 xit dominus ad me. Adhuc conuersus videbis abominationes ma-
 iores. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce
 in ostio templi inter vestibulum & altare quasi 25. viri dorsum
 habentes contra templum domini, et facies eorum ad orientem, et

Grego. in adorabant ad ortum solis. Hęc in textu. Quam visionem B. Gre-
 Pasto. 2. go. in pastoralis dicit, prophetam significare prelatum Ecclesiæ,
 P. cap. 10. qui in instinctu spiritus. s. ducitur ad inquirendam vitam, et opera si-
 bi cõmissorum. Et sic inuenit abominationes quas vidit p̄pheta,
 quando viso foramine (si fodiat) inueniet que non putabat. Ad B
 propositum nostrum. Exeant ergo Episcopi obseruandissimi, et
 visitet plebem sibi cõmissam. Inuenient quidem male conuictos
 in matrimonio, et alia que indigent remedio. Visitent (inquam) si
 Exo. 18. ipsi idyoma intelligunt suarum ouium. Si nesciunt, fiat per viros
 probatos: industrios, ab omni munere alienos, qui possunt abiectioni,
 et paupertati istorum neophitorum se accommodare. et ad me-
 4. regum dum quo olim Heliseus supra puerum mortuum se confringendo,
 4. vt resuscitare valeat, & Paulum immitantes, q̄ omnibus omnia fac-
 1. corin. 9 tus est: vt omnes lucrificeret.

¶ Redeundo igitur ad quæstionem propositã respondemus
 per cõclusiones. Quarum. 1.

¶ Iudices Ecclesiastici in causis matrimonialibus proceden-
 P. conclu. tes cum istis neophitis simpliciter, & plano, sine strepitu, & figura
 iudiciij, sine tabellione, & testibus iuratis, sine scriptura aliqua:
 dummodo causam cognouerint: eo modo quo apud istos cognosci-
 bilis, vbi nullus dolus, nulla fraus interuenit: non peccant. Proba-
 tur

A tur in clementina supra allegata. Dispendiosa. Vbi precipitur pcedere simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Et subditur. Solum hoc non excludatur: vt sint sufficientes probationes negocij. Sequitur ergo omnia alia necessario excludenda, que non iuuant, seu sunt necessaria ad cause cognitionem. At, ad cause cognitionem parum tabellio, & alię dilationes faciunt. Oportet ergo procedere simpliciter, & de plano, sine aliquo istorum: dummodo per testes, vel alia via sit cognita causa, etiam si non sint iurati. Et proba. Scriptura, simul & tabellio, cum testibus: sunt necessaria ad fidem faciendam in controuersia, que timetur, sed circa istos nihil tale timetur, vt cōstet experientia, ergo frustra tabellio adducitur.

Et etiā in clementina Sape, de verborum significatione.

Item. Ad hoc sufficit simplex verbum ipsius iudicis, cui credendum est. Iudices etiam in causis arduis (sicut est matrimonij) debent procedere secundum conditionem personarum. vt cum personarum sonis grauibus, cum noticia, & testibus. Verum cum villibus, sine aliquo istorum. Isti vero omnes sunt persone villes. Sequitur ergo qd sufficit verbum iudicis, sine aliquo alio tabellione, vel teste, qd auctoritatē prebeat. Et qd cū iuris prudentibus in hoc (forte) controuersia erit: volo ista probare ex doctoribus ipsorum. Legant dominum in Panor. cui ipsi fidem magnam adhibent, & merito, & videbunt in. c. 1. de libelli oblatione, dicentem non esse necessarium tabellionem.

Iuxta conditionem personarum procedat iudices.

Item. Fallit in casu quem dixi super Glo. quando cause sunt villes, & maximē vilium personarum. Tunc enim necdum libellus, sed nulla scriptura requiritur; vt in pre alle. Autenti. Nisi breuiores. Et in. d. c. Si quis cum clerico, secidū vnū intellectum. Et in istis causis breuioribus dixit Ear. in Autenti. Nisi breuiores, non requiritur aliqua scriptura in toto processu, & per consequens debet credi simplici relationi iudicis. Neq; mirum secundum eum. Nam si aliās credatur nūcio, vbi non habetur alia scriptura: fortius debet credi iudici. Et hoc dicit notā dum pro arbitris, & arbitratore, cui datur sepē potestas procededi sine scriptura. Et tunc credatur suo verbo. Vide quod notat

Panor. Nota pro neophitis

Panor. idem Bar. in l. i. libemus. C. de sacro. S. Ecclē. Et addit Panor. idē. A
 si est vilium personarum: vt agricultorum, & similiarum, licēt cau
Nota. se nō sint villes. vt sentiunt hic doctores. Et facit tex. in Authē. de
 mandato principum. §. Si tibi, col. 2. Hęc Panor. Profecō volen
 ti intelligere eius sententiam: satis clarum est non esse necessariū
 acta scribi per tabellionem: si causę non sint villes: dūmodo per
 sonę sint villes. Ita q̄ ex hoc doctore: modus tractandi causam de
 bet pensari: non ex causa ipsa, sed ex persona cuius est. At, isti
Pro neo- sunt omnium hominum agricultorum, fulonum, laniorum, detec
phitis. tissimi. Ergo ipsorum matrimonij causa (licēt ipsa grauis) debe
 ret apud eos tractari sine strepitu, sine scriptura, sine tabellione
 sine publicatione testium, sine iuramento testium, sine terminis pe
 remptorijs, sine alijs solemnitatibus, sed sufficit iudex (quisquis sit
 ille) cognita causa, simpliciter, et de plano sententiam verbo pro
 fferat sine tabellione. Et tunc credendum est ei. Nam non timetur
 q̄ tales villes persone postea non obediētes aliquid propter de
 ffectum tabellionis intentent contra sententiam iudicis, decipere
 volentes. Quid ergo opus est propter hoc quod non sit tabellio,
 non liberare laborantes? B

Panor. ¶ Sed adhuc idem probo ex ipso Panor. qui a serit ad propo
 situm. Quę causę sunt leues, et quę graues arbitrarium est respec
 tu qualitatis personarum, et causę. Et sic idem ferē repetit Pa
 nor. in c. Quoniam, de probatiōibus, notabili. 3. Et nō appono ver
 ba, ne prolixitate molestum efficiam lectorem. Legat qui vō
 luerit, et videbit quomodo grauitas causę, vel leuitas, considerā
 da ad arbitrium boni viri, ex qualitate personarum. Quid ergo
 opus ē ī istis inmorari, sed eorum condescendēdo infirmitati istā
 causā matrimonialē (licēt secundum se graue) iuxta eorū con
 ditiōē op̄z iudicare, & sic procedere: vt omisis ceremonijs, et
 non necessarijs, remediū adhibeatur omnibus, & constituatur
 multi iudices, probati tamen, qui factum, & ius non ignorēt. Epi
 autem non doleant q̄ non sint tabelliones. Sufficit iudex ipse, cu
 ius verbo credendum in omnibus quę fecerit. Simpliciter, talis
 de

Quę cau
 sa leues
 et q̄ gra
 ues arbi
 trarium
 est.

A de plano procedat. Causam cognoscat: sicut cognoscibilis est. Non sint nimis soli citi de iuramento. Nam absq̄ eo (haud dubie) veritatem melius cognoscēt. Nam qui debent iurare (vt disponūt iura) oportet plures habeant conditiones, quas in istis neophitis in uenire difficile est. Ita q̄ exigere iuramentū non oportet. Item Est neesse tales esse omni exceptione maiores, sed isti non sunt tales: quia multis exceptionibus repelli possent. Item. Tales vt pro nullo dono debeāt iurare falsum. Melius igitur (meo iudicio) agatur cum illis: si solum absq̄ iuramento, et strepitu veritas inq̄ ratur.

Que sunt
in testib⁹.
requisita.

¶ Attendant obsecro iudices: ista omnia inuenta, et constituta propter homines, et media fuisse solum ad profectionē hominū. Ergo tantum vtendum medijs. quantum fini conducunt. Et si nō proficiunt, vel finis omnino non consequitur, vel non eque bene nullo modo illa sunt media, neq̄ vtendum illis. Exempla sunt clara. Medium ad salutem infirmo est dieta. Tamen iam sanus: vt dieta non est medium: quia finis iam non adest cum tali medio sed cum contrario, s cum comestione. Ergo si tabellionem adducere, et iuramentum exigere a testibus est impedimentum quom i nus saluti hominum prouideatur: non est neesse seruare. At, q̄ expediat patet quia si non sit necessarius tabellio: poterit facile medium apponi, quod non ponitur ob hoc. Item. Si testes non iurēt saluti ipsorum prouidetur tollendo scandallum de pedibus eorū: quia verē qui decreuit mentiri, siue cum iuramento, siue sine illo: id faciet. Et ego fateor crederem ei simplici verbo: ita sicut si iuraret: cognita conditione.

¶ Sed volo adhuc, non maxima Theologorum, sed iuristarū, id ipsum probare. s. q. omittē talem strepitū tabellionis, et scripture, et iuramentorum: non sit malum. Et ad verbum (quia fortē domini iuristę melius capient) ponam quod do. Panor in. c. Quoni am, de probationibus notat ad propositum. Panor.

¶ Ultimo nota (ait) q̄, quando constitutio continet aliquid nō propter se principaliter, sed ad finem alicuius mali euitādi. trās

gressores

oo iij

gressores non illa que notat ad pœnam, si finis ad quem principali-
ter tendit constitutio non violatur. Et idem puto respectu pecca-
ti mortalis: dummodo constitutio non contemnatur. Quod pul-
chrè notat Archi. post. Bartbo. in. c. Vtinam. 7 6. d. Vias q. acta
mandantur describi. ne. s. innocens ledatur. Vnde, si constitutio
istà non seruatur: non punitur iudex, si nulla difficultas ex omi-
ssione cōstitutionis emergat. q̄si tunc esset finis huius cōstitutiois.

Egregie-
dictum.

Inno.

¶ Facit ad hoc quod notat Innocentius in capi. Quia pleriq̄,
de inmu. Ecclesiarum. Quod bene nota: quia multa sunt statuta,
presertim in Ecclesia, que non ordi nantur principaliter propter
se, sed sunt instructiua bonorū. Hęc Panor. Ecce q̄ apertè dicit
traditiones, & Ecclesie constitutiones, que sunt propter alium fi-
nem: si omittantur, non nocere, si finis adsit. Cū ergo tabellio
scriptura, iuramentum testium: sint constituta ad veritatem in-
ueniendam, ad cauendum ne innocens ledatur: si ista omnia bene
habentur, seclusis illis, bene consultur saluti istorum illa dimitte-
re. Ergo si veritas haberi possit sine tabellione, sine scriptura, sine
iuramento testium: non est necesse cogere eos iurare. Item. Cū
scriptura sit: ne post deceptione innocens ledatur, quandoquidē
apud istos nihil timetur: quid opus est scrupulosos esse in hoc, pu-
tantes non bene fieri: si ista non adhibeantur? Et quia ista adhibe-
ri non possunt: non medetur infirmis. Perindē est sicut si iaceret
infirmitas, & esset medicina in promptu. Tamen (quia medicus non
est) permittatur mori: vsq̄ dum adsit. Quippe qui ad hoc est: vt ti-
bi ostendat medicinam. Illam inuenisti, quare non porrigis infir-
mo? Rationem dabis. quia tunc tu ipse vicem medici supplebas. Si
ergo iudex (quia non est tabellio) non medetur infirmis (cū ta-
mē habeāt ad manū medicamētū, sed putat meli⁹ esse vt iterū dū
venit tabellio pereāt milia infirmorū) de manu eius reqrentur.

S. Tb. in

4. d. 11.

4. 5. q̄. 3

¶ Et vltimo ex dictis. S. Tb. quem citat Panor alibi ad pro-
positum. Sed tamen propter illa est notandum quod dicit in. 4. in il-
lis que supra allegauī. Nam dicens ipse de illis que in causa ma-
trimoniū seruantur tanq̄ ceremonie: dicit. ¶ portet notare q̄ in
causa

A causa matrimoniali non seruatur omnino ordo iudiciarius. Et hoc totum est ad hoc vt peccatum impediatur, q̄ in tali conuentione esse potest. Hęc. S. Tho. Ex quibus satis aperte constat: si iudiciarius ordo non seruatur in matrimonio, qui in alijs causis seruari consuevit, est vt peccatum impediatur. Sequitur ergo q̄ si expediat etiam illa que solent in matrimonio seruari omittere: vt peccatum auferatur: bene factum. Immo si hoc propter illud magis seruandum: illud propter quod tale erit magis. Sed ista ad peccatum tollendum omittuntur, que alias seruari solent. Ergo si istis que seruantur omiſſis, melius peccatum tollitur, etiam sunt omittenda. Verum q̄ peccatum sic tollatur non istis obseruatis, robis dicant ministri. Si enim ita est, vt ceremonie institute ab Ecclesia circa baptismum omitti debent in casu necessitatis, si est periculum de paruulo q̄ moriatur sine baptismo, quanto amplius omittenda sunt alia solemnia iuris in matrimonio propter vitandam mortem eternam multorum? Nam non dubium quin oportet vnum istorum dare, vel q̄ multi damnantur: quia non eorum causa examinatur a iudice Ecclesie, vel q̄ ignorant inuincibiliter hanc veritatem, q̄ potest quis licite fornicari, sed secundum nullus sane mentis audebit dicere, cum sit notum esse secundum se illicitum, & non quia prohibitum. In quo errauit Duran. in. 4. d. 33. q. 2. & Martinus in suo de temperantia. q. 2. qui dixerunt, esse malum quia prohibitum, & non quia de se illicitum. Que sententia si heretica non est, nimis accedit ad heresim. Ergo primum necesse est concedat. Et q̄ me magis mouet ad credendum veram conclusionem & q̄ sit meritum (tamen abest vt sit peccatum) simpliciter, & a plano procedere sine strepitu, est q̄ opus sit per montes peragere nocte, diu q̄, q̄redo ipsos: quippe qui tam infime sunt sortis, & conditionis, q̄ vix inueniri valeant, cum in cauernis sibi prester habitaculum vt (experiencia teste) didiscimus Medicus ergo q̄ eorum infirmitates cognoscat necessarius est. Ergo quod poterunt Epi ouibus sibi commissis mederi: si oporteat tot iudices distinare: quot sunt opus. Maxime cum Episcoporum redditus tam sint tenues: vt vix sufficiant probonestat

Aris. 1.
post. Tex.
co 5.

Theologi
in. 4.
S. Tho. 3.

Durandus.
Martinus
de Magis
tris.

familia. Ob qđ ipsos Episcopos non teneri ad seruandam talem iuris solemnitate[m] cum istis existimo. Sed sufficit cōmittant negotium (si ipsi non possunt) uiris qui factum, & ius intelligāt, qui simpliciter, & de plano pcedāt. Adde, ipsos neophitos esse tā miserabiles: qđ si opus sit notario: nec necessaria solum pro uicū quotidiano prestare poterunt: quanto magis alias expensas? Vnde, valde onerosum esset & ipsis Episcopis, & istis neophitis. Quapropter non est necesse ista seruare, sed melius, & fortē est necessarium illa pro isto tempore non obseruari: dum modo constet de veritate. Nam (vt dicit Panor. & nos supra adduximus de eo qui cog. consā. vxo. c. Super eo) sufficit confessio ipsorum quādo stāt pro matrimonio. Quid ergo opus est scriptura, vel iuramento testium: si in simplicitate istorum, qui liberē omnia affirmant: veritas patefit sine aliquo strepitu, et figura iudicij? Et (vt dicit in clementina allegata) melius quippe est Deo reddant rationem pastores: si fortē aliquid humane traditionis omiserunt ad erudum animas ab inferno: qđ qđ ipsi exactē pro ipsis rationem reddant, quę pereunt eternaliter propter eorum obseruantiam contra Dei mandatum. Et sic sine strepitu notariorum, & aliorum ista facere curēt, quę sunt necessaria ad istorum salutem. Et ministri potius cum istis pcedant tanqđ patres: qđ tanqđ iudices. Siquidem non sunt isti tam constantes, tam prudentes, & intelligentes: vt dictis iudicis acquiescendo: eo modo quo pcepitur: si aliud intus in conscientia sentiunt: id seruent. Quis istorum obsecro cui si iudex secundum allegata, & probata procedens, precipiat illam retinere (quam tamen in conscientia cognoscit, & scit certo non esse suam) abstineat ab eius concubitu, etiam si sententia excommunicationis feriat. sicut verē debet et potius sustinere ipsam: qđ ei cōmisceri, vt determinatur Extra, de reslitu. spoli. c. litteras. Et de sententia excom. c. Inquisitioni. Et ob hoc, quia isti sunt debiles, & infirmi supra ceteros homines, non est ponendū eis scandalum, et offencilum, sed omnibus modis auferendū. Quod omnino fiet: si Episcopi (quorum sunt oues proprie) ad ipsos

Pro neophitis.

Panor.

Math. 15.

Nota.
Pro neophitis.

Math. 18

Ioan. 10.

Asos se habeant velut patres, & non tanq̄ iudices. Et (in conscientia negocium intelligētes) vnicuiq̄ reddāt quod suum est: quia aliās multi pereunt. Et vtinam decipiar in tali iudicio: siquidem iudicium exterius precipuē inuentum fuit propter partium cōtrouersiam ad lites componendas. Vbi ergo inter istos talis ratio cessat: quia non lites, non controuersia partium, melius est procedere tanq̄ patres. q̄ tanq̄ iudices. Verū m ne fortē aliquis obijciat: quomodo ista poterunt fieri: si sine notario, & scriptura fiant: q̄a confusio magna erit in tanta multitudine, qui erunt iam per se sententiam, vel iudicis iudicium approbati, & determinati. Remedium facile: si ipse qui iudex, vel pater, scribat su. c. et illos quorū negocium est diffinitum. Sic Panor. c. Ex litteris, de probatio. Iudex in re modica potest supplere vicem tabellionis. Addendum ē ^{Panor.} quod etiam in re graui, quando haberi non potest.

¶ Et notandum q̄ quando dicitur quod iudex procedat sine Nota. Strepitu, & figura iudicij: p̄ osunt omitti omnia que non sunt de iure gentium, vel naturali. vt dicitur in Clemen. Sepe, de verborum signi. Si tamen dicitur q̄ iudex procedat sumariē intelligitur vt breuiter fiat oīa, cōprehensa tota negotij substantia, & nō omisso aliquo de substātibilibus. De quo vide Armil. in ver. Iudex. § 18 ^{Armilla.}

¶ Si dicatur de facto, vel postpositis rimulis, & apicibus iuris, vel de plano &c. Vide Anto. Flo. 3. p. t. 9. c. 15. Hęc sint in isto ^{Anto.} articulo probabiliter dicta secundū considerationem istorum neopbitorū. Si quis tamen contrarium affirmet: in suo sensu abundet.

ARTICVLVS II.

An liceat religiosis agere ad diuortium.



Consequēter op̄ querere. Vtrum liceat religiosis de causis matrimonialibus istorum iudicare, & diffinire. separando male coninnctos, vel non bene coninnctos de nouo coniungendo. Inuat scire propter securitatem conscientiarum aliquorum, qui

q̄ tenentur scrupulis quibusdam ligati velut compedibus, putan-
tes non eis licere.

- P. nota.** ¶ Primo notandum est. Vel loquimur de omnibus religiosis i
communi, & de omnibus alijs personis Ecclesiasticis cuiuscunq̄
conditionis sint dummodo non sint prelati. Vel loquimur de illis
qui ad hoc opus designati sunt, qui habent a suis prelati commi-
ssam curam istorum neophitorum, & videntur habere officium
curatorum animarum, licet non habeant obligationem sicut cura-
rus, vel sicut habet Episcopus, sed quia solum ex zelo Dei mouen-
tur, vt late diximus in relectione de decimis.
- 2. nota** ¶ 2. notandum dupliciter posse contingere religiosos intende-
re matrimonialibus causis istorum. Vno modo sicut confesores
& periti viri in foro conscientie, consulendo, & docendo. Alio
modo in foro iudiciali: sicut iudices, precipiendo. Vi, vel aliqua
alia poena compellendo: sicut iudices facere solent.
- 3. nota.** ¶ 3 notandum. Vel loquimur de religiosis absolutis, quibus per
summos Pontifices concessum est posse de causis matrimonialibus
cognoscere, vel de illis qui post concessionem Pauli. 3. ab Episco-
pis ordinarijs habent beneplacitum, & consensum, vbi requiritur.
- 4. nota.** ¶ 4. notandum. Vel tales religiosi cognoscunt de causis matri-
monij contracti in facie Ecclesie, vel de matrimonio contracto
secretis cum testibus, vel sine testibus, clandestine. Vel de coniunc-
tione que nullo modo matrimonium fuit, nec verum, neq̄ pre-
sumptum, sed concubinatus. Istis notatis sit. 1. conclusio.
- 1. conclu.** ¶ Religiosi quibus concessum est, & cura comissa a suis pre-
latis: licite in causis matrimonialibus istorum neophitorum occu-
pantur. Et eas audientes, & intelligentes quantum ad ius, & fac-
tum: licite determinant, diffiniendo que sit vera vxor, & quis sit
verus maritus. Probatum Si religiosi non possent iudicare de cau-
sis matrimonialibus, maxime quia eis videtur prohibitum de iure
communi per c. Accedentibus, supra allega. de excessibus prela-
torum, vbi prohibitum est religiosis cognoscere de matrimoniali cau-
sa, sed tamen hoc non obstante, eis est licitum propter priuilegium
postea

Apotea concessum fratribus ordinis predicatorum, in quo expræ Nichola⁹
 bè datur facultas audiendi, & diffiniendi quod iustum est in cau 4.
 sis matrimonij in terris infidelium, ad quos religiosi transferint. Leo,
 Sequitur ergo religiosos licité id facere. Et idē per Leonem. 10. Adrianus
 & Adrianum. 6. & Clementem. 7. & Aul. 3. vt patet in ipsis pri 10.
 uilegtjs. Aulhus.

¶ 2. Nullus exercens opus misericordiæ propter bonum finē 2. ratio.
 peccat, sed meretur, si est in gratia. At, quicunq; religiosus qui
 cognita causa matrimonij affirmat viro quē sit sua vera vxor
 vel fœminæ quis sit suus vir: opus misericordiæ exercet. s. instru
 ere ignorantem, quod non facit nisi propter Deum. Ergo sequi
 tur bene facere, & nullo modo peccare.

¶ 3. Nullus vno & eodem actu simul potest mereri, & pecca- 3. ratio.
 re, cōtra Monachum in. 2. & Adam godam in fine. 2. q̄a ista re Almay.
 pugnant, sed omnis religiosus (supposito sit in gratia) dans tale in mora.
 consilium, & tale iudicium ignorantī meretur gloriam, ergo nul c. 12 de-
 B lo modo peccat. Quod mereatur est in aperto, quia omne bonum electione.
 opus de se, & propter bonum finem factum si fiat ab habēte gra
 tiam est meritorium vitæ eterne. S. Tho. 12
 9. 114.

¶ Quicunq; cuiuscunq; conditionis sit, ad cuius notitia perue 4. ratio.
 nit dubium conscientiæ, in quo proximus detinetur ligatus: si pro
 bē sciant: licité determinat dubium, & diffinit veritatem. Ergo
 a fortiori religiosi qui videntur vicem habere curatorum: licité
 id faciunt. Manifestē constat si esset hīc quidam secularis, im
 mō etiam si esset infidelis, dum tamen doctus, & peritus in nego
 cio, & ego dubium haberem in conscientia, & me interrogante
 ipse responderet, talis licité mihi responder. Et si est in gratia
 meretur in eo: quia opus misericordiæ adimpleuit. Sic etiam di
 cendum, q̄ si quis secularis non se intromittens ex officio ad inqui
 rendum, vel tanq; iudex ad iudicandum, sed quod contingenter
 interrogatur de facto: licité (si probē sciat) potest dare consiliū
 rectum, & dubium diffinire. Et si rectē diffiniat: non solum non
 peccat, sed meretur gloriam: si sit in gratia. Quod si verum est
 de

de quolibet seculari: quanto magis de quocunq̄ religioso? Et licet **A**
 banc conclusionē posuerim pro religiosis, qui huic negocio Apos-
 tolico operam dant: tamen intelligo generaliter de omnibus qui
 tale consilium prestare possunt. Ex quo poteris excusare aliquos
 Pro hispa
 nis,
 seculares qui degentes inter istos neophytos, consulti de matrimo-
 niō: respondent, dummodo non inquirant, sed solum interrogati
 respondeant, & non sit prohibitum eis: quia (forte) posset talibus
 interdici propter scandalum, vcl ob aliam causam iustā.

2. conclu. ¶ Ministri qui cōuersioni istorum neophytorum intendunt: cō-
 iunctos in concubinantu, quando ad eorum notitiam peruenit
 licitē separant, eis dicendo. Non potestis simul esse. Nullo mo-
 do conueniatis in vnum. Probatur. Si hec non posset licitē facere
 p.ratio,
 religiosus: maximē esset quia ad id necessarium esset iudicium iu-
 dicis Ecclesiastici, sed ad hoc non est necessarium, etiam sibi ad
 effectū iudicis: quia vbi matrimonium nullum fuit, neq̄ secundum ve-
 ritatem, neq̄ secundum presumptionem: non est opus iudicio Ec-
 clesię ad separationem. Sententia quidem Ecclesię necessaria **B**
 est quando matrimonium saltim est presumptum.

2. ratio. ¶ Ipsi concubinarij mutuo habitantes licitē diuertunt, & dis-
 iunguntur. Immo ad id sub mortali tenetur statim sine aliquo Eccle-
 się mandato. Ergo licitē religiosus cognoscens aliquos iunctos,
 non sicut vir & vxor in matrimonio, sed in concubinato: potest
 (cognita causa) precipere ne simul cobabent, & ne amplius
 coniungantur: quia quilibet tenetur fratrem peccantem corrige-
 re. Qui si emendatus fuerit, & cessauit a peccato, iam lucratus
 Math. 18
 S. Thom.
 22. q. 33.
 ar. 2.
 fratrem: non tenetur amplius, sed ista emendatio non fit nisi sepa-
 rationem talem precipiat, & modo quo ipse licitē potest faciat.
 Ergo licitē fit. Vnde patet non solum id licitē fieri a religiosis, q̄
 conuersioni istorum intendunt, sed a quocunq̄ alio cuiuscunq̄ cō-
 ditionis sit, ad cuius notitiam peruenit aliquos esse in concubina-
 tu: quia talis potest admonere, & corrigere. Immo tenetur via si-
 bi possibili proximum a peccato liberare, & tales concubenarios
 separare. Fortassis ista videbuntur frustra posita: quia de se cla-
 ra,

*Ar. & manifesta sunt. Verum ponenda statui propter aliquos quos audiui contrarium asserentes. Ob quod nullus obsecro gra-
netur. quia omnibus debiores sumus.* Paulus ad
Roma. p.

¶ *Ministri non solum possunt licite separare quos inuenerint in concubinato coniunctos, sed etiam eos qui reputantur a vicinis vxorati, qui in veritate sunt concubinarij, si modo noluerint (non obstante impedimento) de nouo secreta contrahere. Probatur quantum ad partem vltimam. Talis minister qui nouit concubinarium tenetur correctione fraterna eum in quantum poterit liberare a peccato, corrigendo, sed qui vere est in concubinato (licet ab alijs non sic existimetur) est in peccato, ergo cum primum cognouerit, tenetur corrigere, et conari ad emendam fratris ex precepto Christi. At, emenda fratris non potest aliter esse quam per separationem vel per coniunctionem in matrimonio, si impedimentum non obstat, ergo licite ad vnum istorum potest religiosus agere. Et non obstante vno: potest ad alium: eo modo quo ei licet cogere. Sequitur* 3. conclu.
P. ratio.
Math. 18.
S. Thom.
vbi supra.
Pro neophitis.

B *quod nolenti consentire in matrimonium de nouo: licite precipit separationem. Volo dicere, quod si contingisset duos in vicinia iunctos absque verbis, vel signis matrimonij, sine hoc quod preccederet aliquis modus, qui apud tales homines seruari solet in matrimonio, sed ex ignorantia, et insipientia quadam vicinitas illos existimat coniugatos, cum vere non sint, et talis existimatio est irrationabilis, et sine fundamento, cum apud tales sint modi contrahendi manifesti alijs, credolice per religiosum fieri: si tales separaret sine aliquo alio iudicio Ecclesie, sed scilicet cognita veritate: si noluerint de nouo secreta consentire, etiam si in vicinia irrationabiliter existimabantur coniugati. Et non est necesse denunciare Ecclesie, immo tenetur non denunciare. Nam tenetur ex sacro Evangelio fratrem corrigere cum minori dispendio ipsius fratris. Et si potest per se ipsum: non debet duos testes adhibere: quia cum minori infamia qua potest: debet. Sed tunc subuenire potest ei solum cum infamia illa. sicut qui existimabant vxoratos: modo intelligantur concubinarios. Ergo tenetur ampliore vitare. At, non vitare maiorem*

ioem si Ecclesie denunciaret: cum maior sit ista illa. ergo non debet religiosus denunciare, sed potest licite (edificatis illis qui possent turbari) tales separare, et modis quibus poterit eos a peccato liberare. Et amplius adde, quod etiam si presumptio viciniae fuerit rationabilis: dummodo non fuerit in facto manifesto fundata: non est necessarium spectare aliud, sed ipse religiosus potest licite precipere, seu consulere, vel quod tales de nouo contrahant, non obstante impedimento, vel quod (si nolunt) separentur. Hec secluso scandalo intelliguntur.

2. ratio.

De sententia excommunicationis, c. Inquisitioni

¶ 2. Consulunt doctores quod si aliquis uiuente prima cum contraxit, etiam in facie Ecclesie, de quo tamen non constat illi cum qua contraxit: quia non licite potest exigere, neque reddere: deserat eam, et fugiat in terras longinquas, et ad uxorem propriam redeat. Ergo erit licitum in casu quo nullum fuit matrimonii contractum: consulere separationem, vel si reputentur coniuges a vicinis (ob vitandum scandalum) ut de nouo contrahant secretum: dummodo ante fuerint habitum ut coniuges.

3. ratio.

Sup. p. p. ar. 3. c. 2. p. ar. 2. Canonistae 2. q. p. ca. Si peccauerit, et Extra de iudicijs. ca. Nouit S. Thom. 22. q. 33. Theodog. in. 4. d. 38.

¶ 3. Ille talis concubinarius tenetur vel dicere, vel de nouo (si non sit impedimentum) consentire in matrimonium. Ergo si ipse tenetur licet ei facere, sed quod tenetur quis facere: cuiuslibet licitum est consulere. Et volo ista notentur: quia frequenter contingit casus apud huius orbis neophytos, qui (ut supra dictum est) iunguntur sine hoc quod loquantur de matrimonio, vel de operum communicatione. Hec conclusio non solum vera est de religiosis quorum istorum aliquo modo speciali curam videntur habere pre ceteris christianis, sed etiam se extendit, et debet intelligi licitum esse cuiuslibet christiano scienti fratrem suum esse in concubinato: quia preceptum Evangelicum omnes obligat, et ad omnes se extendit, etiam ad infideles. Ob id cuiuslibet sciens fratrem esse in concubinato (cum talis in peccato sit) debet corrigere. Ad quod media sunt ponenda necessaria. Et ad hoc cuiuslibet tenetur cum minoris iactura fame ipsius fratris qua potest. Sequitur ergo quod ubi potest ipsum corrigere: consulendo quod concubinam abiciat, etiam cum

A cum in familia sua respectu vicinorum qui eum reputabant uxore
 raturum: debet id conuulere, & non tenetur renunciare Ecclesie.
 Immo tenetur non renunciare: quia esset diffamare fratrem absque
 necessitate. Et verè vel preceptum sacrum Euangelicum ego non
 intelligo, vel contrarium asserentes non bene dicunt. affirmantes
 religioso non licere dicere aliquibus istorum neophitorum quos
 reperit esse in concubinato: diuertite ad inuicem, & separamini.
 Ratio autem quæ mouet eos est quia tales (licet sint concubina-
 rii) habentur a vicinis ut coniugati, & ob id debet iudicium Ec-
 clesie prius expostulari. Quæro ego ab istis, quorsum necessarium
 si possum fratrem corrigere sine hoc quod peccatum suum fiat no-
 tum Ecclesie? Nisi tunc dicant procedendum ad manifestationem
 Ecclesie sine correctione secreta. quia peccatum est manifestum.
 Hoc non valet. Primo: quia non est peccatum manifestum, sed
 occultum, cum vicini eos reputent coniugatos. Item. Et si esset ma-
 nifestum, non sequitur illicitè fieri huiusmodi correctionem, & se-
B parationem sine hoc quod nunciatur Ecclesie: quia licet corrigens
 fratrem in peccato publico non teneatur prius ad correctionem
 fraternam: tamen licitè conatur fratrem corrigere prius frater-
 naliter. Immo dato peccatum esset notorium: in aliquo casu tene-
 retur ad secretam correctionem, quando ipse qui vult corrigere
 probabiliter credit, fratrem emendandum per secretam correc-
 tionem, non denunciando Ecclesie: quia tunc tenetur fratrem cor-
 rigere cum minori detrimento fame quo potest. Quod si denun-
 ciet Ecclesie, infamat ipsum absque necessitate, etiam quando pec-
 catum est notorium: dummodo iudici Ecclesie, vel presidi id sit oc-
 cultum. Sequitur ergo licitè fieri a religiosi quod Indorum conuersioni in-
 tendunt, quia videntur ipsorum specialem curam habere, & in-
 tendere omnibus vijs licitis ad ipsorum correctionem, & emendationem,
 & cum minori detrimento ipsorum. Cum ergo licitum sit omnibus
 quia vniciquæ Deus mandauit de proximo suo, & licitum a fortiori
 erit ipsis religiosi, siue tales concubinarij habeantur ut concu-
 binarij, vel ut uxorati: dummodo ipsi in concubinato fuerint iun-
 cti,

Abulen.
 math. 18.
 9. 90
 Gab. les-
 tio. 74.

S. Thom.
 2. 2. q. 33.

Ecclesie
 17.

Et, & non in matrimonio.

4. conclu

¶ **M**inistri qui conuersioni infidelium intendunt: si quos inuenerint coniunctos in matrimonium per expressum vtriusq; consensum, tñ secretē sine testibus, si cognouerint ob aliquod impedimentum eos nullo modo posse coniungi: licitē possunt eis consulere separari, sine hoc q; iudicis Ecclesię precedat sententia. Probatur. Minister cognito impedimento scit fratrem suum peccatorem. Ergo si potest eum corrigere, & emēdare, tenetur ex Euāgelio. Quod si tenetur eum emendare, & corrigere, tenetur eum admonere vt exeat a peccato, sed non exit a peccato: nisi separādo se ab illa, quam non potest retinere: ergo tenetur consulere separationem, & ad id admonere, & apertē ei dicere non posse talem retinere.

p. ratio.

Math. 18

2. ratio.

¶ **T**alis minister tenetur fratrem delinquentem emendare, ergo obligatur ex Euangelio media apponerelicita ad liberationem, & emendam, sed non inuenit aliam: nisi consulendo separationem, ergo licitē facit monendo. Immo tenetur admonere.

3. ratio.

¶ **T**ales sic coniuncti secretē absq; testibus tenentur adinuicē separare: postq; cognouerint non potuisse coniungi. Ergo si ad id tenentur statim: licitum erit ministro monere, & cooperari ad illud. Aliās, si non liceret monere. nec ipse teneretur ad illud, tamen tenetur ad hoc, & non spectare iudicium, vel sententiā Ecclesię. Probatur: talis minister tenet emendare fratrem: si potest secretē, sine hoc q; alteri dnunciet: ergo tenet nō denunciare si potest eū liberare. Ergo si admonitione, vel dicto talis religiosi talis exiet a peccato: nō solūm nō tenet iudici denunciare, sed omnino tenetur tacere. Ergo non est necessarium in tali casu spectare sententiā iudicis. Neq; est necessaria ex parte ipsius peccatoris: quia non tenetur peccatum suum manifestare iudici, sed solūm confessori. Ergo non tenetur requirere sententiā iudicis priusq; ipsi separētur, sed si secretē ipsi fuerunt coniuncti, cognito impedimento, bene faciunt adinuicem separando se, & tenentur ad illud, cum talis

Alis sit mod⁹ necessarius ad exeundum a peccato, et non aliter. Et ista monitio simili modo licite fit a quocunq̄. Ita q̄ absq̄ peccato sed cum merito (quisquis sit ille) si cognouit duos secreta iunctos absq̄ testibus, cum expresso consensu, sed tamen propter aliquod impedimentum quod tunc fuit non potuerunt coniungi, neq̄ modo possunt, qualecunq̄ fuerit impedimentum, talis cognoscens impedimentum potest istum monere, et mouere vt talem relinquat, quam non potest habere sine peccato, et sic exeat a peccato. Immo ex precepto Euangelij ad id tenetur. Si ergo cuilibet est licitum id facere: quanto magis dicendum licere ipsis religiosis, quibus cura in hac parte commissa est specialius? Istam conclusionem intelligo non obstante infamia quam incurrit circa illos qui eos reputabant vxoratos: quia satisfaciendo illis de impedimento: licite separantur: quia maior esset infamia si etiam iudex Ecclesiasticus sciret peccatum quod ignorat. Quandoquidem ergo sic secretē tales inuenti sunt, cognito impedimento, separari possunt ad inuicem, et quilibet potest consulere, et mouere ad illud. Sic tenet Ricardus, et Archi. Flo. vt supra diximus. Verum quia apud istos et scandalum cessat, et infamia apud vicinos: sine scrupulo licite monet, et consulit separationem.

¶ Ministri si quos inuenerint coniunctos in matrimonio coram testibus, sed non in facie Ecclesiæ, cognito impedimento, quo non potuerunt coniungi, possunt tales mouere, et monere, et consulere ad separationem sine aliqua sententia iudicis Ecclesiæ. Probatur eadem via. Tales ministri tenentur ad correctionem fratris, et eum liberare a peccato, si possunt, sed omnino illa est via, dimittendo quam non potest retinere. Probatur. Tales, cognito impedimento, tenentur ad inuicem separari sine hoc q̄ spectent sententiam Ecclesiæ: dum modo constet de impedimento: ergo possunt ministri consulere id. Et q̄ tales non teneantur spectare sententiam Ecclesiæ patet, quia non tenentur diffamare seipos, dicendo q̄ sint in concubinato, et non in matrimonio: quia non tenentur manifestare impedimentum occultum: quandoquidem iam constat

Math. 18

Ricard. in.

4. d. 35.

ar. p. 9. 3.

Archiepisc.

co. 3. p. 11.

p. cap. 21.

S. c.

S. conclu.

Ratio.

Math. 18.

de eo. Et neq̄ sciens illos habere impedimentum tenetur Ecclesiæ A
denunciare: quia esset infamare fratrem sine necessitate, sed po-
test eis dicere: nullo modo posse manere: quia non potuerunt con-
iungi in matrimonio. Et hoc procedendo in conscientia, consulendo
bonum, & rectum. Hoc videtur probabile, etiam si Ricardus in

Ricar. lus 4. d. 28. ar. 3. q. 3. contrarium videatur asserere.

Co. ol.

¶ Ex quo sequitur quod quicumq̄ cognouerit factum, & ius,
absq̄ scrupulo conscientie poterit consulere, & mouere ad illud:
dummodo prudenter fiat, & absq̄ scandalo pusillorum. Et quia
(experientia teste) nullum est scandalum inter neophitos per hoc
quod qui retinet istam: eam dimittat, et aliam accipiat, siue fue-
rint iuncti secretis, siue cum testibus, præcipue cum hoc fit minis-
tro consulente: non est opus formidare, aut trepidare timore: vbi
nullus est timor: quia nullum offendiculum ex hoc paratur istis, et
liberantur a peccato. Et probabiliter credo non solum consilium

Ps. 13.

Pro minis-
tris.

esse et alia facere, sed præceptum: quia illa videtur via liberandi
a peccato, et non alia. Nec tenentur isti adire iudicem. Ecclesia-
sticum: quia nunq̄ talis causa fuit coram Ecclesia tractata, neq̄ B
possunt (etiam si velint) ipsum adire, propter ipsorum magnam
penuriam, et infirmitatem: quia fame morerentur in itinere. Qua-
re, non solum licite credo fieri in omnibus casibus positus in cõclu-
sionibus, sed videtur esse præceptum sic fieri, siue sit vbi benepla-
citur est requisitum, siue vbi non. Siue ex speciali cõmissione esset
concessum, siue non: perinde esset: quia talis solum ex præcepto
sacri Euangelij id ageret, a quo non potest deobligari per summum
Pontificem. Et sic necessitate extrema existenti, religiosus cui
aliõ qui est prohibitum baptizare: licite etiam sine cõcessione bap-
tizat. Immo quilibet religiosus inter istos etiam nulla existente
concessione summi Pontificis potest licite ista facere, propter ne-
cessitatem extremam in qua positi sunt, in qua pereunt: nisi eis sub-
ueniatur. Et q̄ talis sit extrema: fatentur omnes qui sunt apud ta-
les neophitos. Quod alij non negarent, si eorum linguam non igno-
rarent. Si enim proximi bestiam in foueam iacentem leuare tene-

Math. 18.

A mur, non aspicientes ad diem festum, ex doctrina Christi, quanto magis proxi-
 mum prope infernum habitantem tenemur eruere, etiamsi ob id oporteret frangere omnes humanas constitutiones si-
 mul? Sed tamen hec agendo, nulla omittitur Ecclesie regula. Nul-
 la contemnitur, sed lex Christi (qui ipsam regit Ecclesiam) obser-
 uatur, que omnes obligat, et nullum excipit, cuiuscunq; conditio-
 nis sit. Et in tantum credo verum esse de ministris: vt (necessitate
 compellente) id ipsum fatear licitum esse omnibus alijs cuiuscun-
 q; sint conditionis: dummodo probe, ius, et factum, intelligant, et
 nullum sit scandalum. Atq; vtinam plurimi essent qui possent ista
 consilia prebere, sed prob dolor, paucissimi sunt menses, cum me
 sis sit multa.

Lucę. 14.

Math. 18.

Ioan. 4.

Religiosi debene placito Episcoporum non solum possunt
 consulere, & mouere ad separationem quos nouerunt non posse
 iungi, siue sine testibus, siue cum testibus fuerunt iuncti, sed etiam
 licitum est eis id dicere illis qui in facie Ecclesie contraxerunt:
 dum tamen non potuerunt contrahere: dummodo sint extra lo-
 cum in quo est iudex Ecclesie. Probat. Per beneplacitum Epis-
 coporum religiosi fruuntur omnibus priuilegijs concessis hucusq;
 a summis Pontificibus, sed (vt constat ex priuilegijs) eis data est
 & concessa omnimoda potestas in vtroq; foro, & particulari-
 ter ad iudicandum de causis matrimonij: ergo aliquid aliud vi-
 detur eis concessum, quod non habebant ante concessionem, sed
 (vt probaui supra) sine concessione, & priuilegio solum prop-
 ter necessitatem istorum licite cum omnibus qui contraxerunt
 non in facie Ecclesie cognito impedimento: possunt se habere
 consulendo separationem, ergo aliquid aliud eis vltra concessum. Et
 non videtur nisi quod & ipsi Episcopi ex sua potestate ordina-
 ria possunt in matrimonio contracto in facie Ecclesie. Ergo om-
 nino videtur tales religiosos licite posse consulere separationem.
 Alioq; non opus esset consensu ipsorum Episcoporum: si aliquid de
 nouo non concederetur, quod ante non fuerat concessum. Et po-
 sset, & credo ita sepius contingere tantam esse distantiam

6. conclu

Adria. 6

concedit

ministris

in vtroq;

foro tantam

quantam.

ad

pp ū

ad iudicem Ecclesie: vt tunc religiosus (etiam sine speciali cōces-
 sione Episcopi) illis qui contraxerunt in facie Ecclesie licite con-
 sulat separari, cognito impedimento: quia tales tenentur tunc se-
 parari (vt supra diximus) sine Ecclesie sententia: eo q̄ non po-
 sūt adire iudicē sine magna difficultate. Si ergo ip̄i tenentur se-
 parari: licite quis consulere potest illud, cognita veritate. Sequi-
 tur ergo (quandoquidem Episcopi dant religiosis consensū) ali-
 quid aliud ipsos religiosos habere, quod ante non habebant seclu-
 so assensu. Et videtur hoc, s. posse in talibus iudicare etiam non
 spectata sententia iudicis Ecclesiastici. Immo videtur in casu
 tunc esse sententiam iudicis Ecclesiastici: quia Episcopi per talē
 consensum videtur dare facultatem, quam summus Pontifex cō-
 cessit per privilegia. Et videtur q̄ Ecclesiastici iudices de ma-
 trimonio contracto in facie Ecclesie cognoscere, & licite possēt
 consulere, & mouere, & si opus esset precipere talem separatio-
 nem. Verum quia sic expedit: omnino intelligenda est conclusio
 extra locum vbi adest iudex Ecclesiasticus, qui sedens pro tri-
 bunalī, solet diuortij sententiam promulgare in similibus, ne vide-
 atur cōtemni. Extra ipsum tñ locum credo veram conclu. Im-
 mo etiam in ipso loco, si vnus iudex non sufficeret omnibus pro-
 uindere: quia tunc esset sicut si iudex non esset. Sed tamen assensus
 Episcoporum adhuc requirendus videtur: vt melius fiat. Et tan-
 dem conclusionem istam intelligo, siue talis religiosus post assen-
 sum Episcoporum procedat tanq̄ iudex, vel procedat in foro
 conscientie tanq̄ pater: quia Episcopus qui suum dedit assensum
 vtroq̄ modo poterat procedere, & vtroq̄ modo licite faceret
 quicquid faceret in tali negotio. Et si vbi bene placitum Episco-
 porum requisitum est: hoc potest religiosus Episcopo cōcedente
 a fortiori potest vbi bene placitum non est necessarium, vt patet
 ex concessione Adriani. 6. & Pauli. 3.

Nota.

7. conclu.

¶ Religiosi habētes assensum Episcoporum ad vtendum pri-
 uilegijs omnibus concessis intra duas dietas: possunt in omnibus
 causis matrimonialibus istorum, siue matrimonium sit contrac-
 tum.

Atum clandestinè, siue in facie Ecclesię procedere & vt iudices, & in foro conscientię ad libitum. Probatur. Per talem consensũ Ratio.
 Episcoporum summus Pontifex Paulus, 3. concedit omnia priuilegia aliás indulta ipsis religiosis; sed per alia priuilegia data est eis potestas iudicandi de matrimonijs: ergo possunt vt i facul-
 tate concessa. Et non est concessum solum illud quod ipsi ante concessionem poterant in foro conscientię: ergo aliquid aliud est eis datum. Et non videtur: nisi vt iudiciario modo procedere possint: ergo hoc est eis concessum. Et domini Episcopi sic intelligunt: prebentes a sensum. Alioqui, frustra ab eis exigeretur: si nõ possent per a sensum ipsorum aliud agere circa matrimonium ne opbitorum: q̄ quod ipsi poterant secluso a sensu, & priuilegio, quod non videtur dicendum. Hoc intelligitur. dum modo potestate non restringant, vbi eorum bene placitum est requisitum.

Religiõsi quibus Episcopi a sensum prebuerunt: in matrimonio neopbitorum procedentes velut iudices: licet non habeant 8. conclu
 notarium, neq̄ iuramentum exigant in forma a testibus; dum modo cognitionem habeant veritatis. nullo modo peccant, sed bene faciunt. Probatur ex superius dictis. Nã ipsi iudices Ecclesiastici id omittentes cũ personis in fine sortis (quales sunt isti) nullo modo peccant, ergo neq̄ ministri quibus idem cõmissum est. p. ratio.

Item. Ista non sunt obseruanda: nisi in quantum conducunt 2. ratio.
 ad causę cognitionem. Ergo quomodocunq̄ constet de causa: sufficit, quando quidem frustra adhiberentur tales solemnitates. Et tandem patet ex superius dictis. Nam ibi latè probauimus iudicem non teneri ad obseruandum, immò teneri ad non obseruandum, quando illa obseruare impedimentum est quominus finis cõsequatur, propter quem ipse solemnitates introductę sunt, sed sic est q̄ non obseruando, veritas eodem modo patefit, & melius omnibus subuenitur. Non ergo necesse est illa obseruari. Religiosus igitur etiam si procedat tanq̄ iudex in matrimonio istorum: nõ est opus habeat notarium, & iuramentum exigat. Et quidem si

ce per virtutem priuilegiorum: dimittere possunt (si expediat) **A**
omnia illa que iure humano sunt constituta, & requisita in cog-
nitione causarum, solum seruando illa que de iure nature, & diuino
sunt necessaria. vt est probatio rei per duos, vel tres testes, quod

Actuum. appareat reus, & audiatur sua deffensio: vt patet actuum. 25. et
25.
Eps potest id qd reli-
giosij p cō-
munica.
priuilegio
rum.
Silues.
actuum **Paulus, & Barnabas** segregati dicuntur. **B**

Deuthe. 17. Ceterum, qd sententia scribatur, qd profferatur, qd se-
dendo pro tribunali, qd sit notarius, & alia similia: nō est neces-
sarium: qd Papa potest in istis dispensare. Idē dicendū de Episco-
po, qui habet priuilegia religiosorum. Possent enim (si expediret)
procedere de plano sine figura iudicij. Sic Sil. in verbo Iudex. 1.
q. 5. Veruntamen. quia religiosorum omnium modus procedendi
solum est in conscientia, ad subueniendum proximis extremē la-
borantibus: nulla solemnitate iuris opus est, sed simpliciter, & de
plano, sine strepitu, & figura iudicij cognoscant veritatem rei in
simplicitate, sine dolo, & macula. Et ea cognita, quod rectum, qd
iustum proximo declarent. Et iste modus est verē religiosus, qui
debet viros a ceteris in sortem ministerij segregatos: sicut olim

13.

PARTICVLVS 12.

Vtrum sola cobabitatio sine consensu faciat
matrimonij vbi fuit impedimētū, illo cessate.



N ad matrimonium verum, vel presumptum su-
fficiat si duo coniuncti a principio affectu mari-
tali, propter impedimentum quod tunc fuit: non
potuerunt coniungi, post tamen, cessante impedi-
mento, sine nouo consensu cobabitauerunt simul:
vtrum ista cobabitatio sine nouo consensu suffi-
ciat ad matrimonium verum, vel presumptum. **I**stud dubij par-
tim tractauimus in prima parte, sed tamen modo non pigebit, ne-
q̄ grauabitur lector si clarius, & aliquantō prolixius id repeta-
mus. Et certē mihi hoc dubium non est dubium, sed tamen quia q-
dam

Adam ex iuris prudentibus doctus, & satis in litteris exercitatus tene-
ret singularem opinionem oportet diffinire quid tenendum.

¶ Et dubium potest esse dubium. Vtrum si aliqui duo simul con-
traxerunt existente impedimento, & postea eadem fide, cessante
impedimento, manserunt simul sine nouo consensu: vtrum sit ma-
trimonium verum in foro conscientie. Vel vtrum dato non sit in
foro conscientie: saltem sit prescriptum in foro exteriori. Et hoc ^{Declara-}
contingere potest dupliciter. Vel semper ipsis manentibus in ig- ^{tio dubij}
norantia impedimenti, vel non manentibus, sed iam cognoscenti-
bus impedimentum a principio fuisse, sed cessasse, & tamen post ^{Proneo-}
ad huc manent iuncti. Casus equidem contingit sepe apud huius no- ^{phitis.}
ui orbis incolas: vt si duo tempore infidelitatis contraxerunt, &
tamen quia vel vir habebat aliam uxorem, vel femina alium ma-
ritum: non potuit esse matrimonium, successu temporis cessat im-
pedimentum: quia moritur alius vir, vel alia uxor. Et ad huc post
B mortem ipsorum sine nouo consensu manent simul ad plures annos
Vtrum sit iudicandum matrimonium.

¶ Item. Contingit quando vnus fidelis, & alter infidelis con-
traxerunt, & post infidelis baptizatur. Itē. Quando in gradu p-
bibito post baptismum contraxerunt ante dispensationem Pauli ^{Dispensa-}
3. in 3. & 4. gradu. De quo sint conclusiones. ^{tio Pau-}
^{li. 3.}

¶ Si quando duo contraxerunt fuit aliquod impedimentum p, conclu-
quo stante matrimonium nullum fuit, si post cessante impedimen-
to non fuit nouus consensus interior, vel exterior expressus ver-
bis, vel signis, quantumcumque sit mutua cobabitatio postquam cessauit
impedimentum: in conscientia non erit matrimonium. Probat. Ratio.
Ad matrimonium requiritur mutuus consensus expressus inter le-
gitimas personas: ita quod non sufficit vnum istorum, sed vtrumque ^{Supra. p}
requiritur, sed nunquam fuerunt ista duo simul, ex quibus necessario ^{p. ar 2.}
pendet talis contractus: ergo nunquam fuit matrimonium. Nam a
principio quando fuit legitimus consensus: personae non erant ha-
biles. Ob quod non fuit matrimonium. Neque postquam cessauit impe-
dimentum fuit consensus, licet personae essent iam habiles. Sequitur

ergo
pp iiij

ergo q, neq̄ a principio, neq̄ p̄st fuit matrimonium: si non fuit A
 nouus consensus p̄stq̄ cessauit impedimentum. quia quando ali
 quis effectus essentialiter dependet a duabus causis ex equo: nunq̄
 fit altera ipsarum concurrente: nisi vtraq̄ simul: sicut in genera
 tione hominis. Non enim fit a solo viro, neq̄ a sola fœmina, sed
 ab vtroq̄ simul. Cum ergo consensus legitimus, & expressus, & p
 sonæ legitime sint cause necessario requirit̄: ex quibus dependet
 essentialiter matrimonium: necessarium est simul concurrant. Et
 si non simul: nullo modo est matrimonium. At, in casu posito nun
 q̄ simul concurrunt: ergo nunq̄ est matrimonium.

Notandū ¶ Ex istis poteris iudicare quomodo quando duotempore an
 tiquo, vel modo post baptismum iuncti sunt, qui tamen non potue
 runt tunc iungi, vel quia habebat ipsa fœmina alium virum, vel
 Pro neo- quia vir aliam fœminam, & post contingebat illam fœminam
 phius. quam ante habuerat mori, vel virum mori, & manebant simul
 iuncti sicut antè sine nouo consensu interiori: nunq̄ est matrimo
 ninum in conscientia. Et si modo iuncti sunt: debent de nouo consen
 tire: si volunt esse coniuges. Vel si postq̄ post mortē prioris man
 serunt simul, & post cum alijs coniuncti: istud tertium matrimo
 ninum est validum, & non obstat. 2. quia nunq̄ fuit matrimonium
 Casus fre- verum. Aduertant diligenter religiosi: quia frequentissimè conti
 quenter. git casus. Idem dicendum si fuit impedimentum disparitatis cul
 tus, quantuncunq̄ post baptismum manserint simul: si non fuit
 nouus consensus: nunq̄ fuit matrimonium. Et si modo sunt iuncti:
 debent de nouo consentire. Et si ad aliud matrimonium transie
 rint: non debent cogi redire ad istud primum: quia non fuit vali
 dum. Idem dicendum si duo cōsanguinei in gradu affinitatis, vel
 Notādum cōsanguinitatis prohibito contraxerunt ante concessionem Pau
 li. 3. Vt si cōtraxerunt isti iam baptizati in 3. vel. 4. gradu, p̄st
 adueniente dispensatione manserunt simul: nunq̄ fuit verum ma
 trimonium: nisi adsit nouus consensus post dispensationem. Et sic
 si sunt simul, debent de nouo contrahere. Quod si nolunt: non sunt
 cogendi, sed possunt separari. Vel si cum alijs contraxerunt: non
 debēt

A debet cogi redire ad primum matrimonium: quia nullum fuit. Et Ricardus hoc est verum siue impedimentum fuerit cognitum, siue ignoratum. Hanc sententiam expresse tenet do. Ricar. in. 4. S. T. c. idē, 4^o. q. 6. & do. Adrianus in. 4. & eam probat per. c. 2. de coniungio seruorum, & per c. pri. de eo qui dux. in matri. eam quam polluit adulter. Et adducit Hostiē & dicit esse opinionem iuristarū. Eā q. p. tenet. etiam expresse Panor, Extra de conditio. a p. o. c. Super eo, Et generaliter intelligitur verum de quocunq; impedimento, siue sit solū impedimentum stando in iure positio, siue etiam in iure diuino, siue sit consanguinitatis, vel affinitatis, vel seruitutis. Nam Adrianus ponit exemplum de impedimento seruilis conditionis. Et ibidem determinat q. qui duxit seruam in matrimonio: putans liberam, quantuncunq; postq; fuerit donata libertas cognoscat eam: non est verum matrimonium. si non adsit nouus consensus. Ricardus autem ponit exemplum in consanguinitate, & affinitate. Et do. Panor similiter, dicens sic. Si duo consanguinei contrahant sic: ego tecum contraho: si Papa dispenset, Papa dispensante, nō sunt uxorati. Hęc Panor: nisi nouus consensus veniat ad nouo. Idem docto. subtil. Hęc quāuis aliās in pri. p. fuerint tacta Sco. d. 35. ad maiorem declarationem, & vt omnes intelligant repetuntur: Sup. 1. p. quia vt in principio operis diximus, ex proposito materiam extendere fuit in animo, & humili stilo scribere. vt Elephas vbi natus, ambulet & agnus. ar. 43. Dubio. 3. p. 229. A

¶ Ad hoc q. matrimonium quod a principio fuit nullum propter impedimentum, postea cesante impedimento, per mutuam cohabitationem sit presumpsum matrimonium in foro exteriori, est necessarium q. impedimentum sit cognitum cessasse ab ipsi s. q. contraxerunt. Aliās, si semper sit ignoratum, cuiuscunq; conditionis sit impedimentum: nunq; (etiam si simul maneat post cessationem) presumitur pro matrimonio in foro exteriori. Probatur. Ratio. Ecclesię presumptio debet fundari in aliquo vero rationabili. Alioquin, nullo modo per presumptionem posset iudicari: quia esset vana presumptio. Presumit enim Ecclesia illum qui p. c. s. si c. n. s. a. lia

lia de futuro habuit accessum: habuisse affectu maritali: quia so-
 lent homines communiter facere. Et ex tali vero fundat presum-
 ptionem, q̄ talis accedens voluit facere sicut ceteri. Et sic iudi-
 cat esse vbiunq̄ postq̄ cessauit impedimentum: si tale impedimē-
 tum a principio fuit incognitum, & modo similiter non solet esse
 nouus consensus: quia non solent tales de nouo consentire, qui nun-
 q̄ dubitarunt impedimentum fuisse. Ergo Ecclesia nullo modo
 potest presumere illum qui antē cum impedimento fuit iunctus: q̄
 post ablato de nouo consensit: si nunq̄ sciuit impedimentum fuisse
 neq̄ cessasse, sed semper bona fide bene coniunctos esse. Ita est: quia
 non est solitum tales de nouo consentire, Ergo nec Ecclesia præ-
 sumit tales consensisse de nouo. Si ergo non presumit, quia non ē
 rationabilis ratio presumendi: sequitur nunq̄ in foro exteriori iu-
 dicandum pro matrimonio: si fuit semper impedimentum ignora-
 tum, etiam si postq̄ cessauit simul manserunt iuncti. Et q̄ tales nō
 soleant de nouo consentire qui ignorant semper impedimentum,
 do. Abulen. **B** expressē id affirmat. Sequitur ergo nunq̄ Ecclesiam
 iudicare pro presump̄to. Vbi presump̄tio non est rationabilis, neq̄
 fundatur in vero communiter contingenti.

Abulen. **B**
 capit. 1.
 regum. q.
 37.
 Corolla.

¶ Ex hoc patet iudicem non posse tales qui semper ignoraue-
 runt impedimentum: per solam communem cohabitationem, post
 q̄ impedimentum cessauit sine nouo consensu: iudicare tanq̄ ve-
 ros coniugatos, præcipuē quando contingit tales iam adinuicem
 diuertisse, & cum alijs contraxisse absq̄ impedimento. Et dato
 non esset ita verum sicut est, sed dubium, non posset id fieri: quia
 quæ certa sunt: præualere debent dubijs. Cū ergo de 2. matrimo-
 nio constat esse certum, & validum. quia nullum fuit impedimen-
 tum, & de primo, vel est certum non fuisse, vel saltem debet esse
 dubium: sequitur non debere dissolui. 2. verum, propter primum
 presump̄tum. Et vt magis ista sententia corroboretur: est expre-
 ssa determinatio do. Adriani, qui dicit hæc verba. Si quis cōtraxit
 cum serua, quam putauit liberam, deindē donata est libertate, q̄n-
 tum canq̄ vir etiam post libertatem tractat, cognoscit, & habet
 pro

Adria in
 4. de ma-
 trimonio.

pro vxore, siue etiam verbis, siue factis exprimat: non iudicatur pro matrimonio: nisi detecta fuerit mutatio status, vel cōstitit aliās de animo q̄ de nouo contrahere velit: vbi matrimonii non fuerit ritē contractum: quia intelligitur omnia facere ex primo consensu, quem habuit contrahendo cum ea: dum ipsa erat serua. Et probatur per. c. 1. de eo qui dux. eam quam pollu. per adul. & p. c. 2. De coniu. ser. Hęc do. Adri. Clarū equidē est q̄ loquitur in foro iudiciali, non in conscientia. Nam dicit. Non iudicatur pro matrimonio: quantumcunq̄ eam tractauerat vt vxorem: nisi fuerit detecta conditio status. i. si non fuerit cognitum impedimentum. Tamen in foro conscientię etiam si fuerit detecta conditio: non iudicatur pro matrimonio: si non adsit nouus consensus, vt diximus in prima conclu. Ergo loquitur in foro exteriori, & non in conscientia.

¶ Verum contrarium tenentes (propter quos ista tempestas ^{Solutio} orta est) cum viderint a pertē do. Adrianum contra se: responde ^{quorum-} re conatur, verum esse dictum Adriani, quando est impedimentū ^{dam.} illud conditionis: quia talis error personę impedit, cum tollat cōsensum. Et quantumcunq̄ sit mutua cobabitatio: si non sit detecta conditio status: nunq̄ presumitur pro matrimonio. Secus tamen est in alijs impedimentis consanguinitatis, vel affinitatis, vel disparitatis cultus, quę solū sunt impedimenta ex iure Ecclesię. Et sic in talibus ad presumptum matrimonium: postq̄ cesauit impedimentum: non requiritur scientia impedimenti, sed sufficit cesasse cum mutua cobabitatione. Hęc illi. Sed verē ego miror q̄ talem solutionem putent sufficientem ad tuendam suam sententiam contra istū doctorem, & contra veritatem. Et ad hominem est argumentum. Nam concedunt in illis qui iuncti sunt, obstante impedimento erroris conditionis seruilis non esse presumptum matrimonium. nisi impedimentum fuerit cognitum, sed tamen non est sic in consanguinitate, & affinitate, vel disparitate cultus: quia ^{ratio cō} ista solū pēdet ex precepto humano. Primum. Ista differentia ^{tra tenen} est nulla. Nam impedimentum primum erroris conditionis ita ^{tes contra} ^{rium.} est

est impedimentum de iure humano positum: sicut consanguinitas **A**
 & affinitas, & disparitas cultus: quia stando in iure diuino, &
 naturali: potest contrahere liber cum ancilla, etiã si putet eam li-
 beram, vt nos latè probauimus in prima parte: quia solùm impe-
 dit ex precepto Ecclesie illegitimantis seruum putatum liberũ,
 & liberum. Sequitur ergo cum ista omnia impedimenta sint iu-
 ris positiui: eadem erit ratio omnium. Cũ ergo in impedimento
 erroris conditionis requiratur (postq̃ cessauit impedimentum)
 cognitio eius ad matrimonium presumptum: sic & in alijs.

Sup. p. p.
ar. 29.

2. instan-
tia.

Ricardus
d. 40. q.
ultima.

¶ 2. deficit solutio: quia sicut dominus Adrianus ponit exem-
 plum in impedimento erroris conditionis: ponit Panor in loco alle-
 gato de consanguinitate. Et expressissimè do. Ricardus dicens.
 Vtrum si aliqui contraxerunt in gradibus prohibitis intra .7.
 gradum, quando olim prohibitum erat talis gradus, & post con-
 cessum est vt vsq̃ ad .4. vtrum qui ante istam concessionem fue-
 rant in .5. & .6. gradu coniuncti, post, adueniente dispensatione,
 sint verè coniugati, sine alio nouo consensu. Et respondet q̃ nullũ **B**
 inter tales fuit matrimonium. Nec per reuocationem illorum sta-

Sup. p. p.
ar. 43. du-
bio. 1. pag.
225. A.

Glossa.

Nota.

tutorum fuerant illa matrimonia confirmata: quia constitutiones
 matrimonij ad preterita matrimonia non trabuntur. d. 13. Ante
 triennium. Et. 35 q. 3. De incestis. Et extra, de consag. & affini.
 Non debet. Vbi dicitur. De cetero liberè copulentur Per quod da-
 tur intelligi secundum glo ibidem, q̃ per istam restrictionem p̃-
 dicta matrimonia non fuerant confirmata. Vnde, coniuncti se-
 parari potuerunt: si voluerint. Nec debuerunt simul cœhabitare
 carnaliter: nisi illi de nouo contraxerunt tacite, vel expressè
 Dico: Tacite: quia si post publicationem restricti onis consanguini-
 tatis vsq̃ ad .4. gradum simul steterunt scienter: intelliguntur
 ratificasse matrimonium. Non tamen per hoc fuit ratificatum
 quò ad Deum: nisi de nouo interuenerit mutus interior cõsensus.
 Nec fuit necessaria noua expressio per verba: quia cum interiori
 consensu expressio consensus quando contraxerunt de facto suffi-
 cit ob matrimonij fauorem. Extra de consangu. Nō debet. in glo.

Hec

A Hec Ricardus. Ecce q̄ apertē dicit: ad hoc q̄ sit quātum ad Deum matrimonium: non sufficere impedimentum sit ablatum, quod fuit a principio, sed cum hoc requiritur nouus consensus interior. Et ad hoc quod presumatur matrimonium: requiritur post publicationem restrictionis: simul steterint scienter: quia tunc intelligitur ratificasse. Ergo dato stent simul, si ignorerant, si non cognoscunt impedimentum: nunquam intelliguntur ratificasse, neq̄ presumitur ratificasse. Et expressē ponunt doctores isti graues, & adhuc iurisperiti: vt Panor. & probant ex decretis, & conciliis. Et ratio valde probat non esse in foro Ecclesie presump̄tum a matrimonio illorum qui cum impedimento a principio contraxerunt, & post, sublato impedimento, simul manserunt: si semper ignoratum fuit impedimentum, sed ad hoc q̄ sit presump̄tum in foro exteriori. est necesse eos simul cohabitasse post cognitum impedimentum: quia tunc rationabiliter presumitur eos de reuo consentisse. Et q̄ndoquidē cognito impedimento quod a principio fuit: intelligunt tunc matrimonium non fuisse, & post cognoscunt impedimentum ablatum, & simul manent. presumitur consensus nouus. Alioqui, si nolent de nouo consentire: Statim separarētur ad inuicem: quia cōmuniter homines sic solent facere. Et in hac veritate presump̄tio Ecclesie fundatur. Ob id iusta est presump̄tio. Alias, iniusta esset. si semper, ignorato impedimento, presumeretur consensus de nouo.

ARTICVLVS 13.
 Quid agendum in matrimonio quando
 alter coniugum negat cōsensisse.



Pud istos neophitos contingit q̄ vnus secretē promissit alicui fidem de matrimonio, & simul iuncti fuerunt, post fœmina, vel vir transeunt ad aliud matrimonium. Incipit dolere. Petit alium: quia primum ipsum duxit. Fono exemplū.
 Qui

Quidam vir accepit secretè, & sine testibus Mariam in vxorè, **A**
 et per expressum consensum vtriusq; fuit verū matrimonium. Post
 diuertunt adiuicem. Et ipsa fœmina nupsit alteri, vel non vult
 esse cum isto, cum quo primo contraxit, sed negat se contraxisse,
 & negat voluisse eum in virum. Viro tamen constat de menda-
 cio ipsius fœminæ, sed quia secretè, ipsa negante, non potest con-
 uinci: quid agendum est in conscientia. Vtrum iste vir possit,
 aliam ducere. Vel vtrum teneatur spectare ipsam fœminam quo
 ad resipiscat. Quòd si tenetur spectare, est difficile: quia potuit
 esse qd corde dissensit, licet voce declarauerit. Quòd si ita con-
 tingit, non est matrimonium. Et sic licebit viro aliam ducere, ca.
 Tua nos, de sponsali. quia credendum est talem fœminam non
 esse immorem suę salutis: negando veritatem in re tam graui.
 Et quòd possit aliam ducere: non videtur: quia ex quo ei constat
 illam primam legitimam vxorem: nullo modo potest alteri licitè
 adherere. Quid ergo tali viro consulendum in conscientia. At, qd **B**
 hæc præcipuè propter neophitos disputamus: oportet distinguere
 de modo quo est consensus. Nam potest esse consensus quando pro-
 misit fœminę eam ducturum. Vel de presenti: ego accipio te in
 mea n. Et fœmina similiter voce promissit. Vel potest contingere
 (sicut frequentissimum erat) qd solum parentes, vel alij loquuti
 fuerint de matrimonio, & ipsi conuenerint sine aliqua expressio-
 ne consensus. Et hoc dupliciter. Vel qd postq; loquuti sunt de ma-
 trimonio indè ad dies paucos, vel ipsa que prebuit consensum per-
 mittens se cognosci fugit a viro. Vel non statim, sed post annum,
 aut duos. Et item. Si postq; verbis explicuit consensum: deindè ad
 paucos dies fugit a viro. Vel reuocauit consensum. Vel non sta-
 tim reuocauit sed post multos dies. His suppositis respondetur.

Modus
 diuersus
 ad consen-
 sum.

p. conclu.

p. ratio.
 Ecclesi. 3.

¶ Vir qui consentit in aliquam, & ipsa similiter consensit per
 expressam promissionem: si manserunt per multum tempus simul
 in vnum, postea ipsa dicente non consensisse, & diuertente a vi-
 ro propria auctoritate: nō potest licitè aliam sumere. Probatur.
 Qui exponit se periculo peccandi mortaliter: peccat, sed qui so-
 lum

Aliam quia vxor dicit non consensisse aliam ducit: exponit se periculo mortaliter peccadi: quia peccato adulterij, eo q̄ potest vxor respicere, & dolere, & dicere cōsensisse: ergo ei non licet aliam dicere.

¶ 2 Qui facit cōtra cōscientiam: edificat ad gebenā. c. Litteras, de resti. spoliator. sed q̄ statim vt vxor negat consensū: aliam ducit: facit contra cōscientiam, ergo peccat: quia facit contra scientiam quam habet de consensu explicato verbis, vel signis.

¶ 3. In dubijs tutior ps est eligenda. c. vnico de scrutinio. c. 2. de obserua. iei. c. luenis, de sponsalibus, sed dubium est vtrum talis verum dicat, vel mentiat, & probabilius est ipsam mentiri cum non reuocauit consensum statim, sed per longum tempus m̄aserunt. At, tutior est non ducere aliam, sed spectare, licet modo neget consensum. ergo non licet viro aliam ducere solum quia vxor dicit non cōsensisse. Hec est sententia Hugo. li. de sacramētis, vbi dicit, neq̄ Eccl. siā dare licētiam vt ducat aliam, sed debet spectare ipsam. si nō potest conuinci testibus. Et ipsi in pœnam (quia secretē contraxit) non datur licentia vt contrabat cum alia. De terminat idem Ricardus in. 4. dicent ali nō licere: quia talis vir qui audiuit, & intellexit verba expressiua consensus, vel signa, et per multum temporis non fuerunt reuocata: non tenetur ei credere: si pōst dicat se non consensisse. quia p̄sumitur eam mentiri: vt est determinatū in. c. Per tuas, de probationibus. Propter hoc non licet ei aliam ducere: quia si hoc coram testibus non factum est: in pœnam sui peccati (quia cōtraxit absq̄ testibus) manebit sine matrimonio vsq̄ ad mortem ipsius fœminæ, que negat.

¶ Si vnus in alium consensit in matrimonium, & per verba expressa vtriusq̄, vel per signa quando p̄cesserunt verba de matrimonio a parentibus, vel consanguineis, & alter ipsorum dicit se non consensisse statim pōst matrimonium contractum, vel monstrat hoc factis, fugiens a consortio: sicut contingebat apud Michuacaneses: poterit qui verē consentit (alio negante consensum, & probante quia fugiebat) contrabere cum alia sine aliquo

2. ratio.
Ad Ro.

13.

3. ratio.

Hugo. lib.
2. d. sacra,
P. 11. c. 6.

Ricar. in
4. d. 29.
93.

2. conclu.

Notam.

quo peccato, Probatur: quia tunc est probabile, & verisimile nõ consensisse, cum fugit, & non vult cobabitare alteri. Vel illud dicit verbis statim, non multum temporis post contractum matrimonium. Sequitur ergo licere ei ducere aliam. Hęc est sententia

Ricard. in. 4. d. 29. expressa Ricardi in loco allegato. Et probatur ex. c. Pręterea, 9. 3. Extra, de testibus cogendis. Ex hoc poteris quę plurimos excusa

re apud Michuacanenses, qui post promissionem dicunt non voluisse. Et signum dant: quia nolębāt simul cobabitare, sed fugiebant. Dato hoc, ille qui verę consentit, altero negante consensum potest licitę contrahere cum alio.

3. conclu. ¶ Probabiliter credo verum esse apud istos neophitos si quis siue vir, siue fęmina consensit in matrimonio alterius, & scit alterum etiam consensisse, & tamen quę negat. ad aliud transit matrimonium, poterit absq; mortali etiam ipse qui relictus est, & verę consentit ad aliud transire: dummodõ non certõ sciat qui negat mentiri. Volo dicere, q; si vir promissit fęminę, & ipsa similiter promissit viro expressę: si dicat fęmina postea non voluisse quando expressa protulit verba, & eo relicto, alteri nubat. si vir non certõ scit eam mentiri, sed habet coniecturas vnde possit dubitare verum esse quod dicit, vel quia timore protulit, vel quia amore nimio, vel quia sine consideratione, vel quid simile. Tunc dico probabile esse (post q; alteri iuncta est ipsa quę negat consensum) viro licere aliam ducere. Probatur quia potest credere ipsam fęminam nõ esse in memorem suę salutis. Et quandoquidem videt consententem: potest indicare verum profferre. Et cum matrimonium non debeat claudicare: videtur quõd sic contrahendo cum alia non peccat. Certę ego non damnavem de mortali. Et

Pro neophitis. precipuę (cognita conditione istorum) hoc tenet verum: quia factis sine consideratione verba profferbant, vel ad dictum aliorum iungebant sine promissione, timore, vel aliqua causa. Item: quia nimis graue esset in casu tali ad cõtinentiã perpetuã obligare. Immo ad mortem eternã viderentur damnati. quia vix absq; muliere vivere possunt. Parum esset continere, sed non est vnde vesti

Avestian: nisi foemina quam habet in consortio vestem texat Nō
 est vnde cibum: nisi ipsa foemina quotidie paret. V i detur ergo p
 babiliter dici rigorem quem ponit Hugo de sancto Victo. in bu-
 iusmodi noui orbis incolis non habere locum, propter eorum con-
 ditionem: sed quotiescunq̄ qui stat pro matrimonio, alio negante
 & non est certus illum qui negat mentiri, sed dubitat vtrum ita
 sit, etiam si inclinetur magis in contrarium: videtur q̄ si negans
 ad aliud transeat matrimonium: alius qui affirmat contraxisse
 etiā cū tali dubio, contrabere licitē poterit cum alia. Et credo si sū
 mus Pontifex istorum cognosceret naturalem conditionem: de-
 terminasset licitē id fieri: sicut conceditur de illa que protulit cō
 sensum, & statim reuocauit, & negauit cōsensisse. Si tamen aliq̄
 contrarium affirmet: non contendo. Sed cognita ipsorum cōditi
 one hoc apparet. Conclusio maximē tenet verum in illis qui conue
 nerunt sine expressione consensus. Sed solum quia alij loquuti sunt nō tamen
 pro matrimonio sicut solitum erat: tunc equidem rationabiliter
 potest dubitari: vtrum verum sit non consensisse: quia sic loque-
 batur de matrimonio: vt ipsi cōtrahentes ignorarēt penitus aliq̄n.

Hugo, lib.
 2, d. sacra
 men, p. 11.
 cap. 6.

B pro matrimonio sicut solitum erat: tunc equidem rationabiliter
 potest dubitari: vtrum verum sit non consensisse: quia sic loque-
 batur de matrimonio: vt ipsi cōtrahentes ignorarēt penitus aliq̄n.

¶ Quando alicui constat de expressione consensus alicuius, et
 omnino negat qui expressit consensum expressisse: nullo modo li
 cet ei aliam ducere: vsq̄ ad mortem illius cum qua expressit con-
 sensum. Volo dicere aliud q̄ in alijs. Nam dixi in precedenti: talē
 posse aliam ducere: quia alter negabat consensisse in corde, licet
 affirmabat protulisse verba. Et quia cordis arcana nulli possūt
 esse nota nisi soli Deo: potuit meritō dubitare. Et illud dubium po-
 tuit excusare eū a peccato: contrahendo. Modō verō loquimur
 quando expressio verborum precessit, & alter negat precessisse.
 Vnde, dico q̄ illi cui constat euidenter prolata fuisse verba: licet
 alius neget: nunq̄ est licitum transire ad aliud matrimonium: vsq̄
 ad mortem primę: si omnino est memor q̄ precessit talis ex-
 pressio, & nullo modo dubitat. Probatur. Semper est in peccato
 cum alia: quia cōstat, & nullo modo dubitat suam esse illam que
 negat talia verba protulisse: ergo non potest aliam ducere: quia

Probabile
 certum.

4. concla
 S. Tho. p.
 p. q. 57.
 arti. 4.
 cōtrarium
 Sco. in. 2.
 d. 9. q. 2.
 Gab. ibi, et
 Iuper, ca-
 no lectio.
 31 maio.
 d. 9. q. 1.

Notandum viuente prima non potest aliam ducere. Et sic, quotiescunq; ad aliam teram accedit: peccat mortaliter. Dixi. Dummodo sit certus talia verba precepsisse: quia si (forte) veniat in dubium: tunc ratioe ca. Inquisitioni, d. fen si constat, & non potest conscientiam deponere: nullo modo licet ten. excō- alteri accedere: quandiu talem habet certitudinem de mendacio munica, veri coniugis. Hec videntur sentire doctores preallegati. Et quādo aliquis esset vni iunctus, & dubitaret probabiliter aliam suam esse vxorem, & non istam: tunc in dubio tenereur non petere debitum, licet possit reddere. Verum si esset certus aliam esse vxorē: non posset reddere, neq; petere. Si ergo ita est: sequitur q; quando est certus habere veram vxorem: q̄a ei constat de expressione cōsensūs (quam tamen negat fœmina) nullo modo licitē talis vir potest aliam ducere, sed peccat. Idem dicendum si fœmina dubitet de viro: si alium habeat verum maritum. Eadem enim est ratio vtriusq;.

¶ Dixi, q; neq; potest petere, neq; reddere in dubio: supposito mala fide contraxit: quia si bona fide: etiam si dubitet. potest & reddere, & petere, quō vsq; constet. Si mō de (scilicet diligētia) non inuenit alium esse virum. Et manente dubio potest petere quia possidet iustē. Et in alijs contractibus h. m. c. n. sic est: q; qui bona fide contrahit, licet incipiat dubitare, si facta diligētia non inueniat verum dominum: recte potest vti re. Sic decet magistrister Victoria grauis author. Sic Soto in suo de iustitia, & iure li. 4. q. 5. ar. vlti. & alij. Et textus. c. Dñs, de. 2. nuptijs & c. Inquisitioni de sententia excommunicata. vbi dicitur, quōd cum dubio non possit exigere: intelliguntur quando cum tali dubio, & mala fide contraxit. vt in. co. Dominus, est apertissimum. Notanda valdē sunt ista ppter istos neopbitos. Et quidem dato hęc videantur esse cōtra cōmunē opinionem (saluo aliorum iudicio) valdē probabiliter sūt dicta: quia si quis habet vsu fructū alicuius rei bona fide: non venit priuandus, etiam si incipiat dubitare: vsq; dum constet. De quo infra latius. ar. 18.

Victoria.
Soto.

Pro neopbitis.

ARTICVLVS 14.

Quid consulendum quando alter negat consensisse.



Veritur. An duobus circa matrimonium cōtra dicentibus. sic vt vnus affirmet promissionē factam, & alius neget. vtrum ei qui constat de promissione facta, quam alter negat, licitē possit religiosus, vel alius consulere vt aliā ducat vxorē, vel aliam querat: sicut solet dici.

Notandum

¶ Notandum, q̄ vel talis qui affirmat fuisse matrimonium (altero negante) habet aliam, vel non. Et tunc potest dubium esse: vtrum liceat consulere ei: vt quem habet non dimittat, cum tamē sciat aliam fuisse vxorem veram, licēt ipsa neget. Vel vtrum debeat admonere dimittere quam habet: si non potest conscientiam deponere. Vel (si nullam habeat) consulere q̄ querat aliam, vel q̄ nullam accipiat vsq̄ ad mortem.

¶ Viro, seu fœminæ certo scienti alium qui negat cōsensisse, & promississe: nullo modo licet consulere: si nullam habet: vt aliam ducat. Probat. Qui consulit peccatum, vel mouet ad illud: peccat, sed qui consulit t ali ducere aliam: consulit peccatum. *Ad Ro. 14* Tet. Talis peccat aliam ducendo, vt supra diximus: quia facit cōtra conscientiam habendo proprium coniugem viuum accedēdo ad alium. Ergo & qui consulit. Digni enim sunt morte (ait Paulus) non solū qui mala faciunt, sed qui & consentiunt facientibus. *Ad Ro. 2* Quāto magis verum est de consulentibus malum, quandoquidem consentientes etiam peccant? Tex. est in. c. Mulieri, de iure iuran. vbi habetur, quōd mulieri que asserit quōd aliquis sibi promissit quod ille negat, & alias p̄bationes non habet, neq̄ prohibet iudex quōd cum alio contrabat, neq̄ dat licentiam ratione dubij.

¶ Quilibet tenetur non scandalizare proximum, sed qui cōsulit in casu aliam ducere proximum: scandalizat, dando occasionem ruine, vt dictum est. ergo tenetur non consulere ducere aliam. Quarē, sint cauti ministri cum istis neophitis quando est contra dictio:

dictio: vt vnus affirmet consensum, & promissionē, et alius negat: **A**
 non consulat affirmāti aliam ducere solūm ex hoc q̄ alter negat
 Nam si ille qui affirmat certus sit de cōtrario quod negatur: nul
 lo modo licet consulere aliam ducere: quia talis non potest licitē
 alium ducere, quando de hoc quod alius negat: ipse est certus. Im
 mō neq̄ Episcopus (etiam si vt iudex iudicando secundum alle
 gata, & probata) affirmantem absoluat a matrimonio: quia, alia
 negante, non probatur matrimonium, nec potest affirmanti da
 re licentiam, aut consulere vt aliam duceret. Alias, peccatum cō
 suleret, sed solūm Episcopus declarat liberum talem affirmantem
 a tali matrimonio: quia non compellit eos simul stare, cū vno ne
 gante, nulla sit probatio. Et sic si affirmanti constat de menda
 cio negantis (datu propter testium deffictum probari non possit)
 non potest aliam ducere, neq̄ aliquis directē consulere id potest.

2. concl.

¶ Tali viro, vel fœminæ affirmanti quod alter negat: licitē
 consultur conscientiam deponere de consensu alterius. s. quod cre
 dat non cōsensisse. Qua deposita, licitē monetur vt aliam ducat. **B**
 Probatur. Licitē quis consulit quod ipse potest facere, sed licitē
 ipse potest conscientiam deponere credendo probabilit̄ decipi,
 & alium qui negat verum dicere: quia esset bene sentire de proxi
 mo. Ergo si licitē ipse facit: licitē quilibet consulere potest. Et de
 posita conscientia, potest moneri, vt aliam ducat. Nam deposita
 conscientia, ipse potest sine peccato aliam ducere. Poterit ergo
 moneri ad illud. Quod ipse (conscientia deposita) possit sine pec
 cato aliam ducere: patet ex superius dictis: quia credens rationa
 biliter non habere vxorē: potest aliam ducere: si aliās nō sit pro
 hibitum ei. Ergo cū ipse possit aliam accipere: poterit & quili
 bet ad id mouere, & consulere absq̄ peccato. Si tamen conscien
 tia fuerit deposita: quia si nunq̄ deponitur: non licet aliquo modo
 Nam a gens contra conscientiam edificat ad gehenam, testē Pau
 lo. Ex isto poterūt excusari illi quib⁹ in casu quo vn⁹ affirmat: al
 ter negat, consultur aliam ducere: quia prius solet consuli de di
 mittenda conscientia, dicendo ei. Credas verē sic esse: sicut talis

Ad Ro. 14

affir

A affirmat: putat non consensuisse, nec tibi pmississe. Et sic facile deponunt conscientiam. Quod non posset apud Hispanos euenire. Et conscientia deposita, licitè datur consilium. Et ipse non peccat aliam ducendo. Et absq̄ dubio ex istorum cōditiōne intelligo eos ad dictum religiosi sic conscientiam deponere: vt planè nullus èt minus remaneat scrupulus de opposito. Et ad remedium istorum isto artificio opus est vt, ne consulens, & consultus pereant.

¶ Illi q̄ affirmat consensum (uxore negante) si habeat aliam uxorem, cum qua contraxit, licitè consulitur vt conscientiam deponat. Qua deposita, rectè monetur ne dimittat quam. 2. habet. Probat. Potest conscientiam deponere, & bene facit deponendo, bene iudicando de proximo: ergo potest quis licitè illud consulere. Et deposita, licitè non dimittit quam. 2. duxit. Immo tenetur non dimittere. Ergo licitè quis consuluit non dimittere illam. Et istum modum seruando licitè religiosus in casibus istis qui frequenter eueniunt: potest illi qui affirmat, altero negante matrimonium, consulere: si nullam habet (cognita eorum cōditiōne) vt aliam ducat, vel si habet iam. 2. vt non dimittat: dum modo prius consulat conscientiam dimittere. Qua dimissa, licitè fit virumq̄. Et facile isti dimittunt: quia mouentur debiliter valde ab obiecto sensibili. Et quibusdam non consideratis, vel alijs in contrarium cogitatis, facile mutantur in contrarium. Quod in nobis non experimur: quia amplius mouemur ab obiectis: eo q̄ obiecti rationem, & omnes circūstantias pensitemus. Nō sic tamē neoph. huius noui orbis. Ex quo prouenit in nobis aliquando multum conari ad deponendam conscientiam in aliquo agibili, et tamen nō posse. Prouenit enim ex subtili cōsideratione rerum, & efficaci imaginatione ex intensa cōsideratione, & intellectu rei. At, in istis contrarium videmus. Quod prouenit: quia non cogitant, & perpendunt, neq̄ aduertunt. Et tam facile mouentur: vt conscientiam non forment.

3. conclud.

Ratio.

Pro neoph.

¶ Ar

99 iij

ARTICVLVS. 15.

De actu coniugum.



Ro completō istius materiae libet hō in fine addere circa actum matrimonialem: quopaetō possit peccatum interuenire. Et hoc pro cōfessoribus istorum neophitōum, qui (ut nouimus) ex consuetudine ipsorum in confessione, & extra, habent aliquos modos coniungendi innaturales, libidinosos. Et quidam damnare omnes: esset graue: quia nū mis vsitatus est modus.

Queritur ergo vtrum quocunq̄ tempore, & quocunq̄ loco & qualicunq̄ modo (seruato tamen vase naturali) licitum sit cōiugibus & reddere, & petere debitum.

Nota p.

Pro solutione quantum ad modum notandum, q̄ modus naturalis, & debitus coeundi est: si mulier iaceat in dorso, & vir ei incumbat, quo modo sequitur facile conceptio, & seminis receptio, & retentio. Ob q̄ natura istum modum determinauit. Omnis enim deuiatio a modo isto videtur inaturalis, & inhonesta. Tamē in vno modo est maior deuiatio: quā in alio. Per concubium quidem lateralem deuiatur a naturali modo, sed nō multum, sed aliquatulo maior est deuiatio sedentium. Et maior istis duabus est stantium. Omnium verō maxima est mutatio situ ad retrorsum: modo brutorum, licet seruetur naturale vas. In omnibus istis modis est innaturalitas, seu indebitus modus. Et praeter istos est, quando foemina supergreditur virum, & vir iacer.

2. nota.

Est etiam notandum, posse coniuges conuenire in tali actu: vel causa prolis, vel debiti reddendi, vel fornicationis vitandae, vel saturandae libidinis, vel causa sanitatis procurandae, vel conseruandae. His suppositis, respondetur.

p. conclus.

Illi qui verē coniuges sunt, quomodocunq̄ iungantur extra debitum modum a natura ordinatum: peccant, aliquando venialiter, & aliquando mortaliter. Probat. Quotiens alio modo

Ratio.

conue:

A conueniunt coniuges: q̄ est in vsu, & a natura ordinatum: vt. s. f. g. mina iaceat, & vir supergrediatur: fit contra ordinem a natura institutum, sed quotiens fit deuiatio a tali ordine cōmittitur peccatum ab illis qui liberē declinant: ergo quandocunq̄ coniuges iungantur alio modo peccant: quia quicunq̄ agit contra ordinem naturæ: agit contra rectam rationem, sed qui contra agit semper peccat. Intelligitur tamen quando non fit ex aliqua causa rationabili deuiatio a tali vsu naturali: vt post declarabimus. Nam in tali casu excusaretur a peccato. Dixi. Aliquando mortale, aliquando esse veniale. Pro quo sit. 2. conclusio.

¶ Si vir cognoscat vxorem sedendo, vel stando, vel ex latere vel retrorsum ad modum brutorum: licet semper sit peccatum (sine necessitate urgente) isto modo coniungi: erit mortale quando per talem modum non potest fieri generatio. Volo dicere, q̄ cum sine necessitate istos modos obseruare sit malum: mortale tunc iudicabitur quando per talem modum non potest esse generatio ex parte viri, neq̄ conceptio ex parte fœminæ: quia videtur totaliter ille modus damnatus per prima principia iuris naturæ: siquidem omne illud quod impedit finem principalem intentū a natura in aliqua operatione dicitur esse prohibitum per prima principia iuris naturæ. Cū ergo per concubitus maris, & fœminæ natura intendat generationem: si modus coeundi tollit talem finem (quia cum ipso non potest stare generatio) est prohibitus, & mortale peccatum. At, quia si vir iaceat, & fœmina supgrediatur: videtur non posse fieri seminis receptio, vel si fiat receptio: non debita retentio: verisimile est esse peccatum mortale sic cōmisceri coniugatos, quamuis Albertus magnus putet non esse mortale. quia existimat fœminam posse concipere: eo q̄ sit in matrice fœminæ virtus attractiua seminis viri. Sic Siluester. in verbo debitum coniugale. Et verē id ipsum suspicor quando retrorsum more brutorū sit coniunctio: quia vel non est seminis receptio, vel (si est receptio) non conseruatio, licet de isto. 2. non ita certum sit: sicut de primo. Nā primum cōmuniter aseritur a docto. mor

2 conclv.
Albertus
magnus, d
31. ar. 20.

Prohibitū
per prima
principia
iuris natu
re.
S. Tho. d.
33.

Vigue. c
16. §. 7.

Albertus
Siluester.

tale esse propter enormitatem contra naturam: quia non potest **A**
 debite semen a foemina recipi. Item quia istud ponitur inter cau-
 sas diluuij in historia scholastica. Dicitur enim qd foeminae in ve-
 saniam versa supergressae viris suis abutebantur. At diluuium
 propter peccata mortalia a Deo factum est. Sicq; aliqui exponunt
 illud Pauli. Foeminae eorum inmutauerunt vsu naturalem: in
 eum qui contra naturam est. De. 2. vero non sic pro certo affir-
 mant docto. Nam. S. Thom. dicit. Si vir cognoscit foeminam
 extra vas debitum: semper est peccatum mortale: quia proles se-
 qui non potest. Si aut mutetur situs ad posteriora. non est semper
 peccatum mortale. Alij etiam dicunt talem modum non esse semp
 mortale. sed credunt aliquando mortale esse. Nec istorum dari po-
 test certa regula: nisi (supposito peccatum esse) quando sine ne-
 cessitate talis fit abusus. Tunc enim erit mortale: quando per illud
 abusum generatio stare non potest: quia non potest esse receptio
 se minis a foemina, vel debita retentio. Verum tam de hoc mo-
 do: quam de illo iudicando: non oportet damnare tales concubitus **B**
 de mortali. sed prope mortale existimare ad reprehendendum. ad
 arguendum. & increpandum. Sed quia potest esse qd etiam per ta-
 lem modum posset generatio sequi: quia in foemina non solum est
 virtus susceptiva feminis. sed attractiva: non expedit omnes tales
 concubitus certitudinaliter affirmare esse mortalia. sed sufficit o-
 pinari. vel tanq; verius affirmare. Tamen non sic quin contrari-
 um sit probabile. Et non neganda esset absolutio coniugibus nelen-
 tibus abstinere a tali modo coniunctionis. licet do. Abulen. super
 Albertus. Math. absolutè teneat esse mortale. Verum Albertus Magnus.
 & Silues. non diffiniunt. vbi sup. nec Caie. in ver. m. attri. vsu p. ca.
 ¶ Abusus ultra modum consuetum. & per naturam ordinatū
 aliquando fieri potest absq; peccato: vt si foemina aliter cognos-
 ci non potest. vel propter timorem abortus. vel debilitatem. aut
 pinguedinem ventris. & periculum suffocationis. Probatur. Illa
 declinatio a modo consueto naturali fit propter bonum finem: quae
 non intelligitur declinatio a ratione recta. quae iudicat minus ma-
 lum

Historia
scholasti.

Ad ro. 1.

S. Tho. d.
31. 4. sen.

Regula.

Nota.
Abulen.
math. 5. q.
22 S.
Albertus.
Silues.
Caie.
3. conclu.

Ratio.

Alum sustinendum ad vitandum maius. Ergo cum sit maius malum mors: sequitur bene fieri sustinendo aliquid præter naturalem ordinem, propter vitam conseruandam alicuius: quia maius bonum est vita hominis: quæ conseruatio illius modi naturalis. Et licet conseruetur modus naturalis in tali actu particulari: conseruatur tamẽ in hoc quod pro maiori malo vitando: licitum est minus malum subire, quod in casu non habet rationem mali.

13. d. cap. Duo mala

Licet (seclusa necessitate) mortale videatur, vel prope: si mulier sit supra virum, vel more brutorum retrorsum cognoscatur: probabile est apud philosophos antequam audierint malum esse (si non semper: sed aliquando fiat per ignorantiam inuincibilem) eo excusari. Probatur: quia si nihil audierunt de malicia talis modi concubendi, et non potuerunt tales scire per naturam: sequitur eos inuincibiliter ignorasse: quia quod non est de se notum potuit ab eis inuincibiliter ignorari, sed non est per se notum tale abusum esse malum, cum non constet de nocumento quod infert proli, precipue quia potest contingere tales qui sic iunguntur habere filios. Ergo possunt tales inuincibiliter ignorare illud esse malum de se. Et ita suspicor de istis, quos non damno de naturali. Et licet ipsi se accusent ut in plurimum: tamen tanta est ipsorum rusticitas: ut non solum hæc que omnino maliciam non continent euidenter credam inuincibiliter ignorare posse, sed etiam alia que clarius inuolutam habent maliciam: sicut est habere accessum cum muliere, que alium habet virum, retinendo eam in matrimonio.

4. conclu

Ratio.

At, (ut verum fatear) id ipsum iudico in pollutione que fit manibus voluntarie, vel aliquo alio pacto: quia existimant cum non sit per se notum tale superfluum semen nullo modo licere fundere: nisi propter prolem. Et inter coniuges ipsos habere ignorantiam in inuincibilem antequam sint edocti. Et sic non statim damnandi de his potest esse mortali quotiens poluerunt se scienter. Idem de concupiscencia fornicationem circa poluarum: si vir est, vel virorum si femina est: quia tam intelligo eos rudes: ut antequam eis denunciatur, et moueantur ut abstineant: credam eos inuincibiliter ignorare malum esse desiderium fornicationem.

Albertus magnus in 4. d. 31. ar. 24.

Ignorantia inuincibilis

narum

narum, cum nulli nocumentum ex hoc venire cognoscant. Si ta-
 Ad Ga. 5. men hoc durum videtur: quia Paulus affirmat opera carnis ma-
 nifesta: non contendo. quia hec intelligo secundum Beatum Pau-
 lum, et non contra eum: quia cum ista non sint de primis principi-
 Supra. 2. js iuris naturæ: possunt ignorari ab aliquibus, ut supra in. 2. p. di-
 ctum est. Ista volui notare propter cōfessores istorum, quos oportet
 par. 7. aliquando non nimis sollicitos esse intelligere, et exacte cogno-
 scere vtrum hoc sit mortale, vel sit veniale, sed (considerata ip-
 sorum conditione) in multis oportet non iudicare mortale. quia
 Pro neo- existimo eos inuincibiliter ignorasse: vbi nullus prædicatur haec
 phitis, docet. In alijs autem qui ingenio pollent iudicarem esse mortale:
 ut est de pollutione in vigilia, et de concupiscentia sola sine actu
 vel de aliquo alio simili. Sic in proposito non est neesse de morta-
 li accusare ipsos, et damnare, qui aliquando (antequam audierint ma-
 lum, immo dato audierint, sed non audierunt esse malum morta-
 le) istum modum in naturalem seruabant, commiscendo se vxora-
 ti: ut fœmina supergrederetur aliquando, vel q̄ retrorsum cog-
 nosceretur fœmina. Iudicium enim confessorum est iudicium ad
 Ad ro. 10 salutem, non ad condemnationem. Ob quod necessariū non est stri-
 ctè cognoscere omnia, et singula peccata, secundum maiore, vel
 minorem grauitatem, sed sufficit crasso modo intelligere quantū
 Caieta. in ad emendam, et salutem pœnitentis attinet, et reliqua Dei iudi-
 cius. 10. 2 cio cōmittere, qui nouit omnia. Nam siue ista opera iudicentur
 9. 3. mortalia apud istos, siue non, sed sint dubia: sunt prebibenda, et
 Notēt mi- re prebibenda, et est pœnitenti medicina præstanda ad talē mor-
 nistri, bum curandum. Ob id sufficiat sic rudi Minerua deprebendere
 esse tales modos malos, et peccata. Vnde, abstinentum est ab eis.
 Et certè abstinent, et refrenant se ut experientia didicimus: si
 publicè in prædicationibus, vel particulariter in cōfessionibus ad-
 moneantur. Et sic quando de hoc sunt varię opiniones: illa quæ a
 mortali excusat amplectenda est cum istis rudis hominibus: nisi in
 contrarium conuincat ratio.

5. conclu.

¶ Vir incipiens actum, sed non consumans, nolens seminare:

ne

Ane habeat plures filios: dum tamen ex hoc mulier ad seminandum non prouocetur: licet sit peccatum: non est de se mortale. *Probat. Ratio.*
 Quia licitè possunt coniuges abstinere ad tempus: ne habeant plures filios: quàm alere possunt. Licebit ergo etiã viro actum inchoare, & non consummare propter hoc: dum modò non fiat seminatio extra vas: siquidem est eadem ratio vtrubi quæ. Nam si licet omnino nullum actum habere, & licebit post inceptum non consummare: si non sit seminatio: quia si esset seminatio extra vas: damnabile esset: sicut factum Iude, qui semen proiebat in terram. Dixi. Nisi propter hoc prouocetur mulier ad seminandum: quia si, incepto actu, fœmina prouocetur, & vir non consumando: ipsa frustra seminat: est mortale, non quia vir non cõsumat, & perficit actum, sed quia est causa fœminæ vt seminet quando non potest fieri generatio: quia cum semen mulieris non sufficiat solum: sed sit tanquã principale requisitum semen viri. seminante sola fœmina, nunquã fieri potest generatio. Et ex hac ratione damnabile esset ex parte viri actum incipere, & non consummare, licet ipse non seminaret extra, quod tamen non esset mortale si ipsa fœmina non prouocaretur ad semen emittendum: sed sicut vir: posset fœmina (etiam si eius semen non sit necessarium ad generationem) continere seminationem. Sic Palude iu. 4. Verum mihi videtur: quia difficile est actu incepto continere talem seminationem, tam ex parte viri: quàm ex parte fœminæ, propter periculum solum quo tales se exponunt licet de se non sit mortale, esse tamen propter tale periculum. Fugiendus ergo est talis modus: tanquàm mortale peccatum. Ob quod dixi in conclusione de se non esse mortale: quia si faciat vt non habeat plures filios: quàm quos alere potest: quia nullus tenetur plures habere, sed sufficit in matrimonio prolem habere: vt finis principalis matrimonij possit adesse. non est de se damnabile. Periculum tamen est tam verissimile. vt ex ipso fiat omnino damnabile, & sic fugiendum.

¶ Ex quo apertissimè habes: quomodo cum quæ fiat coniunctio coniugatorum, & seminatio sit extra vas, vel eo modo quo non potest

Gene. 38.

De hoc su
pra. p. p. a
46. pagi.

241.

Palu. in. 4
d. 31. q. 3.

Corol.

Pro Indis. potest sequi prolis: semper esse peccatum mortale, & nullum excu-
sari posse: nisi propter ignorantiam inuincibilem, quam neophitos
bos credo habere in multis, qui nunquam audierunt malitiam que in
Supra. 2. seminatione extra modum debitum continetur. Si enim propter
p. arti. 12. ignorantiam inuincibilem antequam promulgatum fuerit eis Euan-
g. 17. gelium excusamus a peccato: repudiando, & accipiendo plures
uxores: quantum amplius per talem ignorantiam excusabuntur mit-
S. Tho. p. tentes semen, quod est quodam superfluum nature, reseruatim ex
p. q. 119. digestionem propter generationem ipsam, ad conseruationem spe-
ciei: Veruntamen ubi facta est malitiam manifestatio, & nocumē-
tum quod sequitur ex tali modo seminandi: nullo modo excusari
possunt. Si tamen seruetur vas, & generatio potest stare (etiā
Alb. mag. si magnus abusus) non est damnabile mortaliter.
d. 31. arti. 24.

ARTICVLVS. 16.

De actibus coniugatorum propter de-
lectationem, vel propter aliam causam.



Veritur de illis qui modum naturalem seruantes:
actum illum exercēt: vel propter prolem, vel prop-
ter delectationem, vel propter sanitatem.

p. conclu.

Suplem. d

31. q. pri.

ar. 2.

Guilel. Pa

rifen. de

matri. c. 6

p. corin. 7

Gene. 2.

Gene. 9.

Exercere talem actum inter cōiuges prop-
ter prolem, vel propter debitum redendum, vel propter vitā
dam fornicationem, siue in se, siue in altero: nullum peccatum est
sed bonus actus. Probatur: quia actum illum exercere propter fi-
nem ad quem matrimonium est institutum: nullum est peccatum.
At, qui illis modis exercet, propter finem ad quem matrimonium
ordinatur exercet. Patet: quia matrimonium propter prolem. Itē
& ad debitum redendum petenti: quia (teste Paulo) mulier non
habet potestatem sui corporis, sed vir. Neque vir sui, sed mulier.
Item Matrimonium non solum factum est in officium nature, quā-
do institutum est a Deo in paradiso in statu innocentie propter
prolem, sed post peccatum institutum est in remedium. ut (quādo
qui

A quidem non poterat talis actus exerceri absq̄ peccato) propter
matrimonium fieret licite. Et sic Paulus a parte dicit. Melius est ^{Paulus. p.}
nubere q̄ vri: quasi per nuptias homo liberetur ab igne inferni. ^{corin. 7.}
quia cum sit a natura incontinens: exercendo actum venerorum
extra matrimonium: damnaretur. Et in tale remedium institutum Gene. 9.
est matrimonium. Unde, idem Paulus dicit ad vitandam fornicatio
nem bonum esse habere uxorem Qui ergo istum finem servat. s.
fornicationem vitare per talem actum, siue sit in se, siue in alte
ro coniugum: omnino debitum finem apponit actui, propter quem
matrimonium institutum est. Et ob id non habet rationem peccati.
Et probat sic. Potest quod licite contrahere ad fornicationem vitandam
in se ipso: ut patet ex. B. Paulo. Et sicut dicit (et bene) do. de Pa
lud in. 4. Ergo et licebit convenire in illo actu propter finem. ^{Palud. d.}
ter quem matrimonium contractum est. Et quidem quando fit talis ^{31. q. 2. et}
actus ad vitandam fornicationem in alio: nullam habet difficulta ^{3.}
tem, sed solum difficultas est: quando fit ad vitandam fornicatio ^{31. q. viii.}
nem in se ipso: quia. S. Tho affirmans primum licere dicit. 2. esse
veniale. Tamen ego volo intelligere conclusionem: sicut intelli
git Palude in loco citato, ne videar contra doctorem sanctum
affirmare, precipue cum sententiam suam funder in dictis. B. P. Limitatio
Augusti. et Hiero. Et sic dico intelligendam nostram conclusionem ^{conclu.}
quando ita est quod quis id facit propter vitandam fornicationem
in se ipso: quia non potest pro tunc alio modo melius vitare. ita quod
voluptas non mouet eum, sed amor vitandae fornicationis, quam
pro tunc aliter vitare non potest. Et quando. S. Tho. dicit esse pec
catum accedere ad uxorem propter vitandam fornicationem
in se ipso: intelligit quando potest vitare talem fornicationem
alio modo. s. per oscula, vel amplexus, vel lequitione cum uxore
propria, vel (ut dicit Palude) quando potest vitare domando car
nem, vel fugiendo aliarum consortium, vel non loquendo, solus cum
sola: quia tunc non debet velle illum actum. Sic intelligit Palude
vbi supra. Et sic, quod nos posuimus in ista conclusione non est con
tra. S. Tho, nec contra dictum. B. P. Aug. in Inchi. c. 43. nec contra ^{Augusti.}
dictum. ^{Hierony.}

dictum. B. Hiero. in Epistola quam scribit pro libris aduersus Io-
 uenianos. Et dictum Tertuliani, libro de exortatione castitatis.
 Tertulia. Et quod dicit Ambro. super illud Pauli. Nam isti omnes videntur
 Ambro. asserere contra conclusionem. si absolutè intelligatur sine li-
 mitatione. At, quia non decet contra tot sanctos opinari (licet plu-
 res alij doctores teneant contrarium. Dura. d. 3. 1. q. 4. Idem Ma-
 Duran. io. & Vual. de sacramentis. c. 130. & Hugo sup. Ecclesias. li. 5. et
 Vual. Maio. & Hugo. Echius bone. 70. de sacramentis, & Almain in. 4. dis. 26. Idem
 Hugo. Celata. d. 31. in fine & Mar. de magistris.) melius est limitare eam
 Almay. ut sic intelligamus cum sanctis. Nam (sicut dicebat quidam egre-
 Celaya. gius doctor Parisius) securè affirmo quæ sancti dicunt. Potero
 Marinus enim dicere tibi Deus meus in die iudicij hoc feci sequutus senten-
 Sequenda sanctorum opinionio. tiam illorum qui astant tibi. Profecto est bonum documentum: ut
 opinio. summopere conemur quantum fas est, & littera permittit: dic-
 ta sanctorum intelligere in bono sensu, & non de facile reprebe-
 Victoria. mus. Sic etiam retulit magister meus, quod cum Parisius quidam
 defenderet opinionem. S. Thomæ, & prope tales deuenerit ang-
 gustias: ut coactus deberet retractare. nimium siomachati sunt
 doctores in eum, quod talem sententiam defendisset. Postea verò vi-
 sis sanctis sedati sunt: siquidem verba sunt expressa. P. Aug. trac-
 p. corin. 7 tans Pauli verba. Vnusquisque propriam habeat uxorem propter
 fornicationem. Si veniam concessit Apostolus: ergo peccatum
 Augusti. sunt nuptiæ. Qui enim veniam: nisi peccato conceditur. At, veniam
 concedens Apostolus: concubitorum attendit coniugatorum: ubi
 est in continentie malum. In continentie malum est: quod vir cognos-
 cit uxorem ultra necessitatē procreandi filios. sed est ibi nuptiarum bo-
 nū. Et irā nō propter illud malū culpabile est hoc bonū, sed malū veniale
 propter bonū nuptiale. Ecce ex istis verbis. P. Aug. claret actū illū propter
 ter in continentiam factum cum uxore malum esse veniale, qui
 esset mortale: nisi propter bonum coniugale. Sed oportet istud dic-
 tum, & alia similia interpretari sic esse: quando incontinentiam
 potest quis vitare per aliud: quæ per talem actum: ut est per loquu-
 tionem, vel amplexus, vel oscula uxoris, vel (ut dicit Palude)
 do

A domando carnem, vel fugiendo consortia, vel non loquendo solus cum sola. Si tamen aliter non posset vitare: non videtur q̄ pater Augustinus, nec alij sancti veniale dicant talē cōcubitum. Difficile nimis esset absolutē affirmare: nullo modo licere vti tali re medio concesso a B. Paulo ad vitandam fornicationem. Verūm quia. S. Tho. & alij docto. vt B. Eona. & Albertus Magnus vidē B. Bona, datur concedere veniale esse ī sensu supra dicto: credibile est sic esse 31. arti. 2. Verum est tamen q̄ S. Tho. tractans illum locum Pauli: viram q̄. 2. opinione[m] reputat probabilem. Eam. s. quē dicit indulgentiam eē mag. in. datam a B. Paulo de minori malo: sicut videntur de cetero. S. affir 4. d. 31. mare, & eam quē dicit fuisse indulgentiam minoris boni. Vnē q̄ ar. 21. deniq̄ stare potest in veritate, si p̄ccata disti. dione supra dicta. Matrimonium enim sicut in officium a principio institutum Gene. 2. fatemur ante peccatum: post peccatum in remedium fuisse certa fide tenemus. Ob id si aliter malo fornicationis mēderi nō p̄ceteri Gene. 9. ad suam poterit accedere absq̄ culpa etiam veniali. Sic videtur Alex. sentire Alex. Halē. 3. p. q. 9. m. 3. ar. 2.

B Actum illum carnalem exercere coniuges causa p̄ccurā 2. conclu. dā sanitatis, vel conseruandæ, vel causa delectationis: si modo S. Bona, d. maneat intra limites matrimonij: licet peccatum sit. non est nec 31. arti. 2. tale. Probatur q̄ talem actum exercere propter salutem. sit ma. 9. 3. lum. Vbi cunq̄ est aliqua voluntaria inordinatio: ibi est peccatum sed quando quis actum illum exercet causa sanitatis: est velunta Ratio p̄p. ria inordinatio. ergo & erit peccatum: quia quando aliquid ordi natur ad alium finem, quem natura non interdicit: fit inordinatio. Cū ergo talis actus conueniens inuentus sit ad p̄olem generā S. Tho. in. dam, & non ad sanitatem acquirendam: sequitur q̄ erit inordinata 4. d. 31. tio ad sanitatem referre, & peccatum. Hanc rationem adducit ar. penul. S. Tho. in. 4. sen. Et non solum hoc verum est: quando salus haberi potest alia via: q̄ per coitum: sicut dicebamus de vitanda fornicatione, sed etiam est verum in casu in quo nullo alio modo sanitate[m] consequi possit: nisi per actum illum cum vxore, licet esset & de pro peccatum veniale. Secus est de fornicatione: quia ibi diximus li. curā de sa. nitate.

cere ad vitandam fornicationem: quando alio modo vitari non potest. Et ratio differentie in hoc consistit: quia Paulus concedit & declarat licitum habere uxorem ad fornicationem vitandam, tamen non sic scriptum licitum esse ad sanitatem procurandam habere uxorem. ¶ 2. quia ibi agit de anime periculo: quia agitur de peccato. Et ad vitandum peccatum non mirum si concedatur aliquid, quod non conceditur ad vitandum malum poene.

Ratio .2.
p. contra
Maio. d.
31. q. vii.
ca. qui di-
cit non es-
se peccatum

¶ Secunda pars probatur, q̄ si fiat delectationis causa: est peccatum. Vbi cumq̄ est aliqua deordinatio voluntaria: ibi necesse est esse peccatum aliquod. At, quando talem actum quis exerceat propter delectationem solam (quia non ordinatus est ad id, sed ad prolem) aliquam deordinationem committit, & peccat. Attamen, q̄ tam in hoc: q̄ in primo propter sanitatem non sit mortale: si non excedat fines matrimonij, sed veniale, probatur contra quosdam, qui affirmant esse mortale semper.

Nota.

¶ Pro quo sciendum, q̄ (vt S. Tho. declarat) exire limites matrimonij dicitur: quando aliquis uxorem cognoscit propter solam delectationem: ita q̄ cognosceret eam etiam si non esset vxor sua. Et tunc dicitur non excedere limites: quando cognoscit vxorem suam propter delectationem. sic q̄ si non esset vxor sua non cognosceret. Idem quando quis commiscetur vxori propter sanitatem intra limites matrimonij, quando (licet illum actum velit cum vxore propter sanitatem) non tamen vellet: si non esset vxor. Dico ergo in conclusione, q̄ accedere ad vxorem propriam, siue propter delectationem, siue propter sanitatem: licet sit peccatum (vt probauimus) non tamen mortale, quando intra limites matrimonij queritur. Quia accedit ad suam non proposito sine mortaliter prohibito. Sed q̄ sit veniale patet: quia de ordinatio quedam est.

Noia.

¶ Hec quæ in conclusione, s. q̄ si ob sanitatem, & delectationem: sit veniale: puto vera, maxime si non sit infirmitas grauis. quauis Albertus magnus in. 4. d. 31. & Maio ibidem putent non esse peccatum. Idem Ecbius, home. 7. c. de sacramentis. Idem

Albertus.
M. 170.
Ecbius,

ma

A Martinus de Magis. & Almayn. d. 26. & Celaya. d. 31. Et quidē satis probabiliter.

Martin?
Almain.
Celaya.
3. conclu.

Licet peccatum mortale sit ad uxorem accedere propter delectationem, vel sanitatem: quando delectatio queritur ultra limites matrimonij: solum erit quando in actu ipso cogitat ad eā accessurum etiam si vxor non esset. Et non solum quia habet in habitu. Volo dicere in ista conclusione, quę est notanda ad excusanda quę plurima mortalia in coniugatis, quę si quis accedit ad uxorem causa delectationis, vel causa sanitatis: nihil aliud cogitans, tamen si interrogaretur ab eo: vtrum etiam si non esset vxor accederet, & affirmat: dico quod quando habuit accessum: si nihil cogitauit de hoc, sed accessit ad uxorem propter delectationem, licet in habitu haberet ad ipsam accedere etiam si non esset vxor: non peccauit mortaliter accedendo, sed solum venialiter: quia ad hoc quę sit mortale peccatum: requiritur quę quando accedit: actu hoc cogitet. Vnde, quando cum cogitans hoc: consentit in tali cogitato: peccat, siue ante coitū, siue in ipso concubitu, siue post. Si tamen quando accedit nihil cogitat, non est peccati mortale. Probat. Nullus meretur, neque demeretur habitibus, sed actibus. Sequitur cum peccatum mortale sit accedere propter voluptatem: quę quando accedit ad suam: sic quę accederet etiā si sua non esset. requiritur habere actum talem, & actu illud cogitare. Alio qui, per hoc quę quis habet habitum furandi, per quem facile exit in actū: semper peccaret. Idem de alijs. Hęc est sententia Palud. in. 4. quę mihi placet. Et sic possunt ferē omnes libidinosi coniuges excusari, qui tam sunt perditī homines: vt (si casus contingeret) ita concuberent cum illa, etiam si non esset vxor, tamen nunquam de illo cogitant, sed accedunt ad illam. Quod sufficit ad excusandum tales concubitus a mortali peccato, etiā si fiat propter delectationem, cum neque actu, neque virtute sint propter finem prohibitum mortaliter.

Habitibus
nec meretur,
nec demeretur,
sed actibus.

Palud. d.
31. q. 3.

Actus carnalis inter coniuges, seruato vase, & modo naturali, nunquam est peccatum aliquod. si fiat vel pro prole, vel ad debitum

4. conclu
Theologi
in. 4. d. 31

rum
r r

Ratio. tum reddendum. Ratio est: quia ista sunt bona matrimonij, quae a doctoribus signantur, quibus actus illi carnales excusantur inter eos. Neque propter delectationem quae ibi in actu concemitantur,

Arts. 10.

Ethi. c. 9.

S. Tho. 12

q. 74. ar.

8.

Maio, in

4. d. 31 q.

vnica cō.

6.

5. conclu-

sionis.

¶

Hoc con-

tra nonnu-

llos ex the-

ologis.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

delectatio secundum se neque bona, neque mala est, sed est bona: si consequitur operationem bonam & erit mala: si sequatur operationem malam. Cum ergo actus ipse bonus sit propter finem ad quem ordinatus est, etiam si sit delectatio: non erit malus: quia & ipsa delectatio bona est, cum per istam delectationem homo non mereatur, neque demereatur, cum sit quaedam passio naturaliter consequens actum ipsum.

¶ Ad hoc quod talis actus excusetur propter prolem, vel debitum reddendum: non est necesse in actu reminiscantur aliquo istorum finium. Probat: Ad hoc quod actus bonitatem, vel meritum habeat a fine: non requiritur quod actualiter referatur in finem, sed sufficit si virtualiter. Nam habes caritatem: licet dando elemosynam in actu ipso de Deo non cogitet, sed alio diuertat se meretur, & propter Deum agere dicitur. Tamen non actu cogitat. Ratio est: quia virtualiter agit propter illum finem, quem sibi prius proposuerat. Et omnia quae post agit: dicuntur fieri in virtute illius finis. Sic in proposito: quando conuenerunt coniuges ista intentione, scilicet propter prolem, & ad debitum inuicem reddendum. Cum ergo intentionem non mutauerunt: quoties conueniunt: virtualiter referunt in talem finem, licet non cogitent de eo. Et actus istorum erit licitus, & honestatus istis bonis matrimonij, prole, & fide. Id autem mente habere actu esset difficilimum, & nullus ad id obligatur.

6. conclusio. Actus carnalis inter coniuges, licet propter frequentiam veniale sit: nunquam tamen erit mortale: nisi excedat concupiscentia:

Ratio. limites matrimonij. Probat: Si frequentia est quando mulier nondum concepit: non est dubium quod tunc licita est: quia illa frequentatio est causa prolis. Si tamen mulier iam concepit: frequentatio non potest esse sine libidine, vel ad vitandam in seipso fornicationem. At, si ex libidine solum: non est mortale, ut supra diximus. Ne-

A q̄si ad vitandam fornicationem: quia vel nullum erit, vel si ali-
quod: solum veniale. Verum si excedat limites matrimonij. i. q̄ il-
la frequentia sit cum coniuge: vt etiam si nō esset cōiux: haberet
istā, ē mortale q̄ncūq̄ actu illud cogitat: sicut declarauimus. vel
virtualiter ex actu cogitato sequitur. Frequentia. n. nō facit veni-
ale mortale, licēt dispositiue agat ad id.

S. Thom.
12. q. 88.
ar. 3. et. 4

ARTICVLVS 17

Vtrum ratione circumstantie loci, vel tempo-
ris: actus coniugum possit esse peccatum,



B

Xigere debitum in diebus festis signatis ab Ec-
clesia in c. Conquestus, Extra de ferijs, in quibus
Ecclesia præcipit abstinere ab operibus seruilibus
quantuncūq̄ fiat ad solā libidinem saturandā
dummodo intra limites matrimonij maneat. non

est peccatum mortale, licēt non careat veniali. Probatur ex men-
te. S. Tho. contra Abulen. qui rigurosimē loquitur super Math.
affirmans esse mortale. Circumstantia alicuius (si circumstan-
tia est: non varians speciem) non potest in infinitum aggravare.
Cū ergo temporis. s. si in die festo fiat, vel profesto talis concu-
bitus sit circumstantia solum: non potest in infinitum aggravare,
sed in infinitum aggravaret: si quod est veniale faceret mortale,
vel quod nullum est peccatum extra illud tempus. in illo fiat mor-
tale. Ergo non est mortale peccatum in diebus festis id facere.

¶ 2. In talibus diebus accessum habere ad coniugem: si aliqui ad
est peccatum: solum est quia est ab Ecclesia præceptum. Ergo in-
tātum habebit vi, & obligationem. in quantum Ecclesia vult, &
propter finem quem præcipit. At, Ecclesia præcipit in illis diebus
vt homo attentius, & deuotius Deo vacet, ne per venerca quæ ho-
minem abstrahere, & alienare solent: diuagetur, si d non tenetur
sub mortali in diebus festis ad habendum illam deuotionem. seu ac-
tualem feruorem in ipsum Deum, neq̄ diligere Deum, quicquid
alij

1. conclu.
Gerson in
2. p. in
compen-
dio theo.
Alex. ha.
2 p. 9.
166. m. 2
S. Thom.
in. 4. d. 32
ar. 5.
Adria. in
4 q. 14.
Alber. d.
31 ar. 14
Abulen.
math.
5. q. 238.
C. 4. 0.
12. q. 7.
Cae. ibi.
C. 22. q.
122. ar. 4
Sicut, in
verbo cir-
cunstā. &
dominica

Sco. in. 3. alij dicāt: quia si misam audiāt: videtur satisfecisse p̄cepto. **S. A.**
 d. 37. **Q.** quitur ergo si ipsam finem propter quem p̄ceptum est non ob-
 alij. d. quo seruare: non est mortale: neq̄ etiam aclum ipsūmpficere contra p̄
 Sotodena ceptum erit mortale: quia propter vnum quodq̄ tale, & illud ma
 et gratia tis. Si ergo finem non obseruare mortale non est, neq̄ mediū nō
 li. i. c. 22. gis. Si ergo finem non obseruare mortale erit. Quarē, quomodo cūq̄ sit
 Aris. p. apponere ad talem finem mortale erit. Quarē, quomodo cūq̄ sit
 poste. tex. cōmixtio coniugum, etiam ad libidinem saturandam in istis die-
 co m. 5 bus: nunq̄ erit mortale, si semper maneat intra limites matrimo-
 Alber. ma. niij. Immo etiam si Eucharistiam deberet sumere sequenti die
 gnus. d. 32 non esset mortale, secluso contemptu. Et dicere contrarium (si-
 ar. 12. cut do. Abulen. dicit) esset damnare innumeram multitudinem cō
 Maio. d. iugatorum, qui nunq̄ confitentur de illo, neq̄ conscientiam agūt.
 32. q. p. Dico de Hispanis: quia isti neopbiti, inter quos summus maximē
 confitentur, & accusant se: ita vt molesti sint nimis confessori-
 bus. Probabilior ergo videtur opinio. S. Thom. & suorum sequati
 um, & communiter loquentium: vt si quis propter libidinem solū
 motus intra limites matrimonij: tamen accessum habeat ad vxorē
 rem diebus festis, quibus cessandum ab operibus seruilibus: sit solū
 veniale peccatum. Dixi. Si fiat propter libidinē: quia si fiat ad de-
 bitum reddendum: nullum erit peccatum, neq̄ veniale. Et item si
 fiat ad fornicationem vitandam: vt sup̄. Nam quandoquidem p̄-
 ceptum est ab Ecclesia in diebus festis abstinere: non abstinere
 est peccatum, quāuis Maio dicat q̄ nullum est peccatum, neq̄
 32. q. p. veniale in die festo. Et patet de p̄cepto. 33. q. 4. c. Quotiescūq̄
 Augusti. Et est sententia p. Augusti. Quotiescūq̄ dies natalis domini, aut
 relique festiuitates venerint. non solū ab infidelium concubina-
 rum consortio, sed etiam a proprijs vxoribus abstineri debet. Idē
 Ambro. Ambrosius. Et habetur ibidem. c. Fratres, & si causa. Et causa
 istius prohibitionis est: quia tunc orationi vacandum est.
 2. conclu. Sicut in talibus festiuitatibus cōmisceri carnaliter coniu-
 Vigue. li. ges veniale est, similiter & diebus ieiuniorum, & sūptionis Eu-
 insti. theo. charistiae. Probat: quia si cut p̄cipitur in die festo abstinere
 lo. c. 16. § propter orationem, quę requirit eleuationem mentis in Deum:
 7. ver. 10 sic

A sic etiam ieiuniorum: ubi affligendum est corpus, & non delecta
tionibus nutriendum. Similiter etiam tempore sumptionis Eu-
charistiæ. quia talis sanctitas, & munditia requiritur. Cum ergo
sit veniale agere contra diē festū: erit similiter in diebus ieiunij.

Cōtra ma
iō. d. 32.
qui dicit
nullum eē
peccatum
Augusti.

¶ De ieiuniorum tempore patet ex P. Aug. libro Quæstio. ve.
& no. testa. & habetur 33. q. 4. c. Christiano cum vxore sua ali
quā conuenire non licet: vt sunt ieiuniorum dies. Vnde, talib9 die
b9 prohibetur nuptias celebrari. 33. q. 4. c. Nō op̄r. et. c. Non licet.

¶ De sumptione Eucharistiæ ibidem. c. Sciatis fratres quo-
niam quicumq; vxori debitum reddit: de carnibus agni comede-
re non debet. Et redditur ibi causa a. B. Hiero. quia panes propo-
sitionis ab his qui vxores suas tetigerant: comedi non poterant:
quanto magis panis viuus qui de cœlo descendit?

Hieron.
1 regum.
21.
Ioā. 6.

¶ Et sic. q. in. 40. ieiunatur: non licet nuptias facere. Tunc
etiam a. 70. & idem in aduentu, & in letanijs: vsq; ad octauam
penthecostes, & ab aduentu: vsq; ad Epiphaniam.

B ¶ Tempore impregnationis (si nullum timetur periculū) exi-
gere, & reddere debitum licet: sicut & alijs diebus non prohibi-
tis. Patet. Vbi nullum est præceptum prohibens talem actum illo
tempore. nulla est obligatio ad abstinendum; sed in illo tempore
exigere, & reddere non est vetitum: ergo (cum contra nullum
præceptū fiat) nō erit peccatū de se, neq; veniale, neq; mortale.

3. conclu.
Ratio. p.
Maio, vbi
supra. &
alijs.

¶ 2. Si esset peccatum: maximē quia impregnata vxore non
potest fieri propter prolem, sed hoc non obstat: quia non solum
matrimonium factum est in officium naturæ pp. plē, sed etiam
in remedium contra concupiscentiam: vt. s. quis habendo talem
actum ad quem inclinatur non peccat, ergo dato vnus finis non
maneat cum alio: non erit peccatum.

2. ratio.
p. corin. 7
Gene. 2.
Gene. 9.

¶ 3. Si esset illicitum: maximē quia videtur esse contra natu-
ram: quia nō potest ex tali actu proles generari, sed nō prop-
ter hoc: quia illos concubitus solum vocamus contra naturam: ex
quibus quantum ad se ipsos non potest proles sequi: sicut ex moli-
cjs, & concubitu cum fœmina extra vas debitum. Tamen coi-

3. ratio.

tus qui est debito modo. licet sit cum pregnante, semper est talis A
 conditionis: vt possit esse ad generationem, licet impediatur de
 per accidens: quia iam concepit mulier: sicut contingit impedi
 de per accidens in sterili. Sequitur ergo q̄ non propter hoc erit
 peccatum accessus ad pregnantē: quia quod per accidens non genere
 tur prolis: non reddit actum malum. Vnde tenendum, licet. B. I. si-
 dorus. 32. q. 7. c. Non solum, dicat: tales esse deteriores peccoribus
 Nā p̄pter hoc nō dānat, sed vellet homines trahere ad illam pec-
 corum continentiam: vt non accedant ad vxorem pregnantem
 sicut nec bruta. Et. B. Hiero. 32. q. 4. c. Origo, videtur reprehende
 re tales. Tamen omnia ista consilia sunt, nec ē aliquod peccatum
 contrarium agere, excepto periculo. Neq̄ tempus illud pregnan-
 tiōis obseruare tenetur quis: sicut nec purificationis post partum.

Isidorus.

Hyeroni.

2. Conclu.
Palu. d.

31. q. 3. et

Almain. d.

32. et suple

mē. d. 32.

q. 1.

Alex. ha. 2

p. q. 166.

m. 2.

Scotus.

Silues.

Caieta.

Nota.

Reddere

debitum in

omni tem

pore licet

Nota.

¶ Accedere ad vxorem patiētē menstruum naturalem: licet
 sit solum peccatum veniale, si tamen menstruum sit meritis, qui
 fluxus sanguinis dicitur: nullum est peccatum. Probatum quantū
 ad primam partem: quia est in damnum prolis nascituræ: vt fe- B
 runt medici. Item. Est quædam inhonestas, & turpitudine. Sequitur
 ergo non posse fieri absq̄ culpa. At, quia non est grauis turpitu-
 do, nec graue nocuumentum: non est peccatum mortale, etiam si
 Scotus in. 4. d. 32. & Silues. in verbo debitum conjugale. § 6. &
 Caie. in summa, dicant contrarium. Verum si sit infirmitas, quæ
 fluxus sanguinis dicitur: non est peccatū. quia non tenetur tantū
 temporis spectare. Neq̄ est aliquod periculum prolis: quia tunc
 nō potest generari. Ob quod actus matrimonij manebit licitus ex
 alia parte. s. in quantū est in remedium.

¶ Est notandum circa omnes conclusiones, quibus loquuti su-
 mus: q̄ accedere ad vxorem sit cū veniali, vel sine, &c q̄ loquuti
 sumus de exactione debiti: quia reddere in omni tempore licet, etiā
 petenti, ad vitandam fornicationem in seipso, vel propter de-
 lectationem, vel quomodocunq̄, semper reddēdo (si petatur) bene
 fit sine mortali, & sine veniali peccato.

¶ Etiā considerandum quoad petitionem debiti conjugalis.

A q̄ incestuosus cum proprijs consanguineis non est impeditus quò
ad exactionem debiti, quicquid dicat Abulē. *Matb. 5. q. 200. &*
Angelus in verbo incestus. §. vlti. vt supra diximus. Incestuosus
tamen cum cōsanguineis vxoris interdictum est exigere: vt pa-
tet in c. Transmissē, de eo qui cogno. consan. vxo. Si tamen petat
(secluso contēptu, absq̄ dispensatione, in quo Episcopus potest)
non videtur mortale, etsi Abulen. in loco citato, & Castro de po-
testate legis pœnalis, & Viguerius dicant esse mortale. sicut ne-
q̄ contrahere post incestum, etiam sine dispensatione, vt bene Ca-
ie. in summa, in verbo matri. Quod impedimentum non incurri-
tur cum proprijs cōsanguineis. vt supra diximus. In quo etiam
deceptus est Abulen. vbi supra, & Angelus.

Supra. p.
P. ar. 23.
Abulen.
Castro. li.
2. c. 5.
Vigue. in
suis instit.
theo. c. 16.
§. 7. ver-
si. 8.
Supra. p.
P. ar. 23.

ARTICVLVS. 18.

**An liceat in dubio sicut reddere debi-
tum, etiam petere.**

B



Vm de coniugum congressu sermo incidit, q̄tū
ad exactionem, & redditionem debiti: operepre-
tium erit non sub silentio pertransire: quid in ca-
su in quo dubium est: an sit verus coniux, nec ne?
An tunc possit reddere saltim: si nō possit petere?

¶ Videtur q̄ sic: quia potest quis licitē facere contra dubium
Ergo sequitur q̄ existente tali dubio de vero coniuge potest red-
dere. Antecedens patet ex Ecclesiæ diffinitione in. c. Dominus,
de. 2. nuptijs, vbi habetur, q̄ mulier quę nupsit secundo marito
non habita certitudine de prioris morte, licēt de morte eius dubi-
ret: reddere potest debitum: sed non petere. Sequitur ergo q̄ stan-
te dubio, potest quis agere contra dubium.

*1. argumē-
tū.*

¶ Præterea. In. c. Inquisitioni, de sententia ex cō. diffinitum est
q̄ quę non habet scientiam, sed dubium, siue credulitatem de im-
pedimento matrimonij, stante illa credulitate, ac fide: potest, &
debet

debet reddere debitum. non tamen exigere. Sed tamen ibi est dubium: an sit legitimus coniux, vel non: ergo in dubio licite reddit.

3. argu.

¶ 3. In dubijs superiori parendum est. c. Qui culpatur. 23. q. 1. Sed est preceptum superioris, quo dicitur: ut quis cœcubitet uxori, de q̄ dubitat: an vera sit: ut patet in. c. citatis. Ergo sequitur q̄ potest quis agere contra dubium.

In contra.

Ad ro. 14

Innocen.

107. An.

Panor.

Prepositi

p. conside

ran.

S. Tho. 12

q. 91. ar.

4 contra.

Adrianū

quolib. 8.

et Medi.

trac. 6. de

pœni. 7.

Figi. li 6

hierar. ca

pitulo. 16

2. nota.

¶ In contrarium est. Quia qui agit contra conscientiam. merito taliter peccat. Paulo dicente. Qui agit contra conscientiam. edificat ad gebenam. Quod ex fide non est: peccatum est. Comprobatur & sic. In c. Proposuit, de coniugio seronum: ut ibi Innocentius & Thomasannes, Andreas, Panor. & Prepositiuus.

¶ Pro decisione questionis considerandum est, q̄ h̄c possumus loqui de actibus coniugum in casu posito: in foro conscientia, vel in foro exteriori. Siquidem potest esse, q̄ in foro exteriori id liceat: quia vel permissam est, vel preceptum per Ecclesiam. (quæ nō habet iudicare de actibus occultis) vel solum permissum est sic: ut tale in congressum coniugiorum cum tali dubio non puniat. Et tamen cum hoc quod in foro conscientie Ecclesia non disponat: ut alter coniugum stante tali dubio possit habere accessum.

¶ 2. modo potest intelligi q̄ stante tali dubio de vero coniuge Ecclesia præcipiat simul cōmanere coniugatos, & carnaliter cōmisceri: sic ut etiam in foro conscientie possit id fieri licite.

¶ 2. Notandum, q̄ qui dubitat an sit alter coniux suus: potest esse, vel quia bona fide contraxit, putans alterum mortuum: post tamē incipit dubitare simpliciter de morte sui primi viri. Vel dubium est post contractum mala fide: ut quando quis de vita coniugis certa: contrahit cum alia. 2. & incipit dubitare: an possit ei carnaliter cōmisceri, vel saltem cum dubio de vita prioris: contraxit cum. 2.

3. nota.

¶ 3. Notandum, quia hoc quod est cum tali dubio accedere ad uxorem potest esse, vel propria auctoritate, absq̄ aliquo precepto superioris, vel cum auctoritate, immo compulsus per preceptum: ut solet Ecclesia compellere ad cœcubandum, & ad reddendum

dum

Adum debitum. vt patet in cap. supra citatis.

¶ 4. Nota, q̄ dubium potest esse practicum, vel speculatiuum ^{A. nota.}
 vel vtrunq̄ simul: sicut dicunt de Eiores. Potest enim quis habere ^{Caiet. in}
 vel dubium, vel scrupulum: an liceat mihi aliquid facere secula- ^{opus.}
 riue. Sed quando venio ad opus: non dubito. Quid est dicere. Pote resti, q̄
 sum ego diffinire: non licere accedere ad coniugem, de qua dubi- ^{Medina-}
 to: an potui eam ducere in vxorem: eo q̄ sit impedimētum, de quo ^{7.}
 ante nunq̄ dubitavi. Et tamen quando veni ad opus: sine aliquo ^{Couarru.}
 dubio, vel scrupulo accedo: & reddo debitum: sicut si quis consti-
 tuat apud se scribere in die festo: est peccatum. Offert se occasio
 aliquid scribendi, & scribit: in praxi non dubitans de illicito.
 His suppositis, r̄sponderur.

¶ Prima cōclusio. Si q̄s bona, siue mala fide contraxit, & cer- ^{p. conclusi}
 to cognouit non esse verum matrimonium, cum tali certitudine
 neq̄ potest exigere debitum, neq̄ reddere, etiam existente prae-
 cepto Ecclesie. Probatur ex c. Inquisitioni. de sen. ex ccm. Et c. Te-
 minus. de 2. nuptijs, vbi determinatum est, q̄ si quis coniugum sit
 certus de vita prioris: nullo modo licet reddere, neq̄ petere. R̄a. Ratio
 est. Quilibet tenetur sub mortali non accedere ad alienam, &
 si sit foemina: non accedere ad alienum, sed in casu quando est cer-
 titudo de priori e: est accessus ad alienam: ergo nullo modo licet: q̄a
 siue sit exigendo, siue reddendo: peccatum est mortale.

¶ Dixi. Etiam si sit Ecclesie p̄ceptum: quia Ecclesia nō po-
 test quod illicitum est, & iure diuino, & naturali p̄hibitum: lici-
 tum facere, sed fornicatio iure diuino, & naturali est illicita. In Dur. in 4.
 quo errauit Duran. & Martinus, q̄ dicunt q̄ non de se sit malū, d. 33. q. 2.
 sed solū q̄a iure diuino p̄bitū. Ergo nō p̄t fieri licita p̄ Ecclesie ^{Et Mar.}
 p̄ceptū. Et q̄ sit fornicatio: ē clarū: q̄a est accessus ad alienam. ^{tinus i suo}
 de tempe-

¶ Et confirmatur. Ecclesie p̄ceptum fundatur in falsa p̄-
 sumptione. s. matrimonium verum esse inter tales. At Ecclesie p̄-
 ceptum fundatum in falsa p̄sumptione non obligat in foro con-
 scientie, secluso scandalo: quia Ecclesia explicat hoc, & decla-
 rat. Hęc conclusio nulli dubia est.

¶ Qui

2. conclu. ¶ Qui dubius est, vel suspicionem habet: an matrimonium sit **A**
validum: quia fuit impedimentum, vel quia dubitat de vita alterius coniugis: manente dubio, nullo modo potest exigere debitum.

p ratio. Patet. Cuilibet præceptum est non agere contra consciëntiam, sed
existente tali dubio: petere debitum est agere contra consciëntiã:

Ad. ro. 14 ergo sequitur q̄, non licet petere. Patet, quia dubitat an sit vir-
eius, ergo exponit se periculo fornicandi. cum tali dubio petendo,
& sic ad gebenam edificat.

2. ratio.

¶ 2. Quicumq̄ exponit se periculo peccandi mortaliter: pec-
cat mortaliter. Qui enim amat periculum: peribit in illo, sed qui
manente dubio de coniuge: an sit verus, petendo debitum se expo-
nit tali periculo: vt notum est. Sequitur ergo q̄, nullo modo licet.

¶ Et hæc conclusio est determinata expressè in c. Inquisitioni,
de sententia excommuni. vbi dicitur, q̄ qui probabiliter dubitat,
manente dubio, non potest exigere debitum. Sic absolutè absq̄ li-
mitatione aliqua affirmamus iuxta determinationem illorum ca **B**
pitulorum.

3. conclu. ¶ Qui dubitat de vero coniuge quantum ad speculatiuum iu-
dicium, non tamen dubitat quantum ad praxim, exigendo, vel re-
dendo, potest licitè non solum reddere, sed exigere. Volo dicere in
conclusione, q̄ casu quo alter coniugum dubitat de matrimonio,
& tamen in dubio sic mouetur: vt nunq̄ dubitet: liceret ei petere,
& reddere, sed si putat sibi licitum vtrunq̄, quandiu simul cõiunc-
ti sunt (existente eo) potest petere, & reddere. Probatur. Tali
1. ratio. dubio posset petere, & reddere: ergo tali speculatiuo dubio existi-
ti poterit. Patet: quia perindè est: ac si non esset.

Cõfirma.

¶ Confirmatur. Si esset peccatum: maximè quia se exponit
periculo peccandi, & quia in dubijs non sequitur partem tur: crè,
sed talis nullo periculo se exponit: quia accedit ad eum, qui putat
suum, neq̄ dubitat de tali actu licito. Sequitur ergo q̄, in tali casu
licet ei.

2. ratio.

¶ 2. Si non liceret: maximè quia talis actus est emanans a tali
dubio, sed non emanat (vt suppono) quia ad opus applicãdo: non
dubi

A dubitat.

¶ Qui haberet dubium speculatiuum: ã liceat i die festo pul
sare citbaram, vel scribere, & tamen ad opus applicando nullum
habet scrupulum: non peccat scribendo, non obstante dubio specu
latiuo. Et non ex alio: nisi quia ad praxim attendendo: nullum ha
bet dubium, ergo eodem modo in presenti, quous alter coniugum
dubitet speculatiue. Si tamen practice nõ hesitet, nullum est pecca
tum. Sic Caie. in quibusdam responsionibus. Et Medina de restitu
q. 17. Et Nauarro de pœniten. d. 7. c. Si quis autẽ.

¶ Et quidem quæritur ad redditionẽ: expressẽ fatentur aucto
res, inter quos est Couarrubias in epitome. 4. 2. p. c. 7. §. 2. num.
10. ubi ait. Qui tenetur dubio speculatiuo de matrimonio: potest
quoad praxim non dubitare: quin teneatur reddere debitum petẽ
ti. Ex hoc probõ cõclusionem. Si enim nõ obstat dubium speculati
uum, si non sit practicum quæritur ad reddere: eadem ratione non
obstat quæritur ad exigere: si non habeat dubium practicum de exi
gendo: quia utitur sua. Hanc conclusionem existimo veram. &
favorabilem ad peccata euitanda, maximẽ pro neopbitis huius
noui orbis. Et ad maiorem declarationem sit. 4. conclusio.

¶ Si quis dubitat de vero coniuge, & adueniente præcepto
Ecclesiæ de cõmanendo simul (quia non constat de contrariõ) si
non dubitet quæritur ad reddendum, & exigendum: poterit sine pec
cato exigere, & reddere. Volo in hac cõclusionẽ dicere, qd si quis
dubitare cepit, & in tali dubio constitutus vult recedere ob dubi
um, sed tamen Ecclesia (quia iudicat de isto matrimonio, & non
constat, neq; potest constare de alio) iubet simul manere: vt ve
ros coniuges decet, qui ad præceptum Ecclesiæ non dubitat, licitẽ
exigere, et reddere potest. Hęc probatur ex supra dicta cõclusio
ne. Nam si non posset, maximẽ esset ratione dubij. At, dubium nõ
obstat: qd talis non facit cõtra dubiũ. Nam licet dubitet de coniu
ge: non dubitat adueniente præcepto Ecclesiæ de exigẽdo, et red
dendo, vt suppono. Sequitur ergo qd non peccat etiam exigẽdo.

¶ Et ex dictis in præcedenti probatur. Existente dubio specu
latiuo

latino (si non sit practicum) potest exigere, & petere: vt dictum est. Sed quando aduenit preceptum Ecclesie sic se habet Sequitur ergo q̄ licet. Hanc cōclusionem quātum ad hoc quod est reddere: expressē asserit quidam doctor in dialogo de ratione dicens: *de sepulchra.* *di. testimonium c. 9.* Et etiam tenet Magister Soto in sua re-
Soto de ratiōe regē di. secretū m. 3. q. 2. *2. Pe. et idem Couarrubias in epitome. 4. Decreta. 2. p. c. 7. §. 2. num. 9.* Et idem Soto in libro illo præclaro quem nunc edidit Couarrubias de iustitia & iure. li. 4. q. 5. ar. 4. in vltimis verbis, vbi dicit, q̄ quando dubitat de legitimo viro: potest reddere. Et ante hos ele-
Soto de iustitia. li. 4. q. 5. ar. 4. *g. anti. s. in d. doctor Nauarro in suo de pœnitentia. d. 7. c. Si quis. num. 101. & 102.* Et quidem ego pono in cōclusionē quōd potest non solum reddere, sed petere, adueniente precepto Ecclesie: dū modo sic existimet, & non dubitet existente tali precepto de reddendo, & exigendo: quia si solum esset preceptum de reddendo & p̄sum ad id non dubitaret, manente dubio quōd ad exigere: nõ deberet exieret. Neq̄ obstat quod in. c. Inquisitioni dicitur, q̄ si dubitat: reddat, sed non exigat. Non obstat (in p̄) quia intelligitur quando est dubium quōd ad praxim, sed si non dubitat, sed putat se teneri, adueniente Ecclesie precepto. non peccat: vt dicit. cōclu. & infra clarius.

§ conclu. ¶ Si quis bona fide contraxit matrimonium, putans priorem mortuum coniugē, si facta diligentia non potest inuenire veritatem, sed manet semper in dubio. non solum potest reddere, sed exigere sine peccato. Probat. Matrimonium bona fide contractum est quidam contractus humanus: dato sit vnum ex. 7. sacra-
Contra. Adri. quolibet. 2. ar. 3. et. in. 4. fo. §. 7. 58. *mentis Ecclesie. Ergo sequitur rationem aliorum contractuum: in p̄tum talis, sed in alijs contractibus, qui est dubius de illo quod possidet faciendo diligentiam: iuste possidet, & non tenetur a possessione desistere, & dominio quod acquisiuit bona fide. ergo eadem ratione quando duo bona fide contraxerunt, & alter in alterum potestatem transtulit sui corporis (adueniente dubio, facta diligentiā, & non inuenito proprio domino) potest retinere, ergo poterit*

A poterit exigere: sicut & potest reddere: quia eo modo se potest habere: sicut se habebat anteq̄ esset dubium, sed ante dubium poterat licite exigere, & reddere: ergo etiam in tali dubio, quando fecit quod in se est ad sciendum veritatem. Hanc cōclusionem tenet expressē Magister Soto in suo de iustitia & iure. li. 4. q. 5. ar. Soto. 4. in fine. Ait enim. Si quis dubitat de vero coniuge, & diligentiam facit, & non potest inuenire: potest exigere: sicut & reddere perenti. Hanc eandem sententiam tenet absolutissimus, & vnicus nostri temporis Theologus olim Magister noster Victoria, qui *Victoria.* ponit q̄ in dubio: quando non potest constare: licita est possessio & sic potest exigere, & reddere. Et quidam alius magister non penitendus Salmantinus in suis resolutionibus dicit hanc opi. valde probabilem. Et ipse cōtendit eam limitare sic. Vel timet muli

er fornicationē, vel non. Si timet: petat, & reddat, sed si nontimet solum reddat. Hęc ille. At, nos absolutē dicimus posse petere, sup- *Panor. in c. fina. de*posito bona fide contraxit. Nam si aliquis habet vsufructum hęc *pscrip. c. Si virgo. 34. q. vii*reditatis: nō debet priuari tali vsufructu in dubio. vsq̄ adū constat *Contrari. m. 4. fo. 52.*
¶ Neq̄ hoc appareat difficile, quandoquidem cum dubio: an sit verus coniux potest quis exigere: vt de illo qui impotens est, & non constat: an sit perpetua impotentia: per triennium potest dar e operam ad id: vsq̄ dum sit certus. In. c. Laudabile, de frigidis, & maleficia. Auten. De nuptijs. §. Per accusationem. Hęc cōclusio sit aserta contra cōmuncem opinionem, saluo semper meliori iudicio, apud me tamen dubia non est.

¶ 6. Conclusio. Si quis mala fide contraxit, manente dubio, licet possit, diligentia facta, reddere, non tamen potest petere. Patet ex. c. Dominus citato, & c. Inquisitioni. Et ratio est: quia non potest iuari iusta possessione ad exigendum: eo q̄ mala fide cepit possidere. Et in hoc differentia stat inter illum qui bona fide contraxit, & qui mala. Neq̄ iste potest iuari: si non habet dubium practicum, vel speculatiuum: quia quando cepit operari: mala fide cepit. Secus qui bona fide.

¶ Existis omnibus poterit quis inferre pro huius orbis in collis *Corolla.*

Pro neo-
pbitis.

lis doctrinam consideratione dignam, & ad liberandum non pau-
cos ab eterna dānatione. Siquidē contingit nō raro. Immo frequē-
tissimē olim in principio succōersionis, q̄ incipiunt dubitare de
verō coniuge: quia quando baptizantur: vel non plerē intellixe-
rant, quē ab Ecclesia in. c. Gaude. et. c. Quanto, de diuortijs diffini-
ta sunt, vel ob defectum lingue, vel ob defectum scientiæ in ipsis
ministis, putantes repudiatam non necessario reconciliandam.
Instructi vero successutemporis: dubitāt, & dicūt se habuisse pri-
orem coniugem, qui certō sciunt viuere, vel dubitāt de vita. Et
datō certō sciant viuere: non est certum an ille qui uiuit: habuit
aliam priorem. Et interrogatus ipse qui uiuit: asserit se habuisse
aliam antē, de qua non constat. Immo neq̄ potest constare: an ha-
buit alium priorem virum, sed est quodammodo processus in in-
finitum. Vel dubitat quidem an uiuat vir, & nescit ubi habitat.

Soto diu-
stuz &
iure, li. 4.
q. 5. ar. 4.
Victoria
in. 4. &
alij.
Confesso-
res notent

Tunc facta diligentia non potest certior fieri de priori. In tali
casu: quia constat de isto matrimonio, in quo nunc est, etiam ma-
nente tali dubio potest & exigere, & reddere: quia est in ista posse-
sione, quando bona fide contractus celebratus. Ob id si non potest
relinquere dubium: licitē manet. Neq̄ est neganda absolutio, neq̄
est opus dicere ut diuertat, & hunc relinquat, quando quidem
non potest esse certitudo de alio. Et confessores notent ista: quia
multum facit ad quietem conscientiarum istorum.

e Inquisi-
tionē.

¶ Et idem est dicendum si coram Ecclesiastico iudice post
dubium: tractatur causa matrimonialis, & deficiente proba-
tionibus: non potest dari sententia diuortij, & manēt in dubio de
matrimonio, & iudex precipit ut maneant simul, & non sepa-
rentur. In tali casu, obediendo potest exigere, & reddere sine pec-
cato, si opposito nō sit certitudo de alio viro, sed solum dubium: quia
si esset certum: non liceret, etiam adueniente Ecclesiæ precepto.
Et quoniam olim ego in opinione fui contraria, s. ut iuxta verba. ca.
Inquisitioni, cum tali dubio non liceret exigere: nunc videtur pro-
babile sic licere, quando bona fide contraxit, & fecit sufficientē
& necessariam diligentiam, & non potuit inuenire certum. Sal

Autamen meliori iudicio, etiam si opposita opinio sit cōmunis.

¶ Non tamen tenendus ē Magister sen. d. 38. 4. et Hugoli. 2. ^{Oōtram i} de sacramentis. p. 11. c. 6. q. dicunt, q. casu quo est certa de alio cō ^{gij. et Hu} iuge liceat ob Ecclesie p̄ceptum cōmisceri non s̄. o. In quo ^{gōnem, &} alij aberrauerūt: vt Hostien. in c. Proposuit, de coniugio seruorū, ^{Hostienj.} quando dixit, q. tempore litis pendentie potest quis cōmisceri ei, cui mouetur quæstio status, ad mandatum Ecclesie: absq̄ hoc qd̄ in eam velut in uxorem de nouo consentiat. Nec probari potest per. c. Litteras, de restitutione spoliatorum. Nam ibi Inno. refert aliorum opiniones Quod & notauit eleganter clarissimus doctor Medina in suo de restitutione. q. 19. Tamen quando dubium ^{Medinā} est: p̄ceptum Pontificis facit ad tollendum culpam: quia in am ^{restli.} biguis Ecclesie diffinitionibus standum est. Patet ex. c. Maiores, de baptismo, & eius effectu. Et Deuibe. 17. vbi dicitur, quēd res dubie ad sacerdotem deferantur. Et patet 23. q. 3. c. Quēd culpā. Sic ergo cū manente dubio Pontifex dat vt possit red dere quando bona fide contractum est, & facta diligentia inueniri non potest certum: poterit & petere: quia per Ecclesiam p̄cipitur simul manere. Et quando dicitur q. petat, & non reddat, ^{Textus 7} debet intelligi, vel quando mala fuit fides, vel quando non est facta ^{clarano.} diligentia sufficiens: vt dictum est, & in solutionibus argumentorum dicitur.

¶ Ad primum argumentum ex c. Dominus, de. 2. nuptijs ref. ^{Ad argu.} pondet Adrianus quolibet. 2. ar. 3. & in. 4. q. ille textus p̄cedit i ^{Adria in} foro exteriori, & non in foro conscientie. At ipse. In foro consci ^{4. de resti} entie manente dubio, sicut non potest exigere, neq̄ potest reddere sc̄p. so. quia esset peccatum, & Ecclesia non potest dare ^{52. et. 57} licentiam ad peccatum. At, in foro exteriori, quia non potest Ecclesie constare: concedit quod possit reddere.

¶ Sed hoc stare non potest, & ab omnibus rejicitur. Si quidē si textus ille solum in foro exteriori debet intelligi: Ecclesia nihil ^{Soto d̄ iu} concederet fauorabile, sed potius offendiculum p̄beret peccan ^{stia. li. 4} di mortaliter. Nam dicit q. potest reddere. Ergo dat: intelligere ^{q. 5. ar. vi-} u, in fine.

licité potest: quia id possumus: quod licité possumus. I. Nepos, de A
ver. sig. Regula, Beneficium, de reg. iu. li. 6. Et si foro interiori nõ
licet peccaret, tali vtens Ecclesie licetia. Et hoc Adriani assertũ
laté impugnat Nauarro in suo de pœnitentia, loco citato, nu. 90.

Nauarro
de peni. d. c. 91.
7. c. si q.

¶ Et sic concedimus quod in dicto c. diffinitum est, in dubio li
citur esse red. lere. Nam existente tali dubio. est dubium quod sit
peccatum cõmisceri illi, de quo dubium est, an sit verus coniux.
Et est dubiũ: an denegare debitũ sit peccatum iniustitię: quia non
constat non esse verum coniugem in tali dubio. Et quia melior est
conditio possidentis: iustè reddit debitum petenti, & ad preceptũ
superioris excusatur: vt docet Palud. in. 4. Immo non solum red

Palud. d.
29. q. 2.
ar. 3.

dere in conscientia potest, sed exigere: vt in conclusionibus dictũ
est, quando est Ecclesie preceptum. Et facta diligentia non põt
veritas inueniri: eo modo quo in superioribus expositum est, &
a. lo. foribus citatis, quando bona fide fuit contractũ matrimonium

2. solutio.
Adriani

¶ Adrianus in loco citato aliam dat solutionem: vt. s. intelli
gatur depositio dubio: ita vt manente dubio, nunq̃ liceat. Quod p
bat: quia conscientia erronea non excusat a peccato: si secundum
12. q. 19.
ar. 6. illa operetur: vt docet. S. Tho. Sic in proposito. Dubietas animi
non excusat. Ob id oportet deponere dubium. Alias quicquid fa
ciat peccat se conformando, & se diffõmando.

Reijcitur
solutio.
Adria.

¶ Verũ hęc solutio etiam reijcienda est. Nam ibi Pontifex
non loquitur de dubio tollendo, sed eo manente, ponit differentiam
& dat quod possit reddere, cum negat posse exigere. Qd si esset in
telligendum: q̃ deposito dubio, eo modo posset exigere: sicut &
reddere: vt patet expressè in. ca. Inquisitioni.

Intelligen
tia textus.

¶ Sed tamen ad intelligentiam textus quo casu stante dubio
probabili, seu credulitate potest reddere, & sine peccato in foro
conscientiæ: est considerandum, q̃ ista non repugnant, q̃ quis du
bitet: an sit verus coniux, nec ne, & tamen quod aduemente pre
cepto superioris liceat ad eum accedere. Et sic credit, vel opina
tur aliquid quoad vnum effectum sufficere, quod tamen non cre
dit

Adit, vel opinatur quoad aliud. Vt firmiter credo absq̄ hesitatio-
ne aliqua hostiã quam leuat sacerdos in altari adorandam abso-
lutẽ, & ibi esse realiter Christum. Tamen non credo sic de fide
ibi esse corpus Christi realiter ad hunc effectum: vt pro ista veri-
tate subeam mortẽ: quia hec propositio. Sub hac hostia est corpus
Christi: non est de fide: quia potest esse quõdsacerdos non conse-
cravit, vel non habuit intentionem, licet protulit verba, vel quod
non est sacerdos, qui celebrat. Ob id fides solũ est de ista: Sub hos-
tia ritẽ cõsecrata est Christus realiter, cui nõ potest subesse falsũ.

S. Thom.
quolibet. 5
ar. 12.
Maio. in
3. d. 23.
9. 10.
S. Tho. in
3. d. 9. q. p
a. 2. q. a. 6
ad. 2.

¶ Item. Iudex per presumptionẽ de crimine conuictum: cre-
dit fecisse tale crimen, ad eum condemnandum aliqua pœna ex-
tra ordinaria, tamen non credit sufficere ad condemnandum eũ
pœna mortis: vt Inno. docet in. c. Quia verisimile, de presũp.

Inno.

¶ Ad propositũ ergo soluitur argumentum ex. c. Dominus
Stat enim q̄ illa mulier dubitet, vel suspicetur hunc, cum quo nũc
est, suum maritum non esse, & sic quoad exigendum dubitare: ã
sit suus maritus, cũ tamen non dubitet quoad hoc quod est
petenti reddere. Et simili ratione potest esse quod mulier dubitet
etiam non leuiter hunc esse suum legitimum virum, & tamẽ quod
veniente p̄cepto Ecclesiã, quẽ dicit non celebrandum diuorti-
um, sed quod maneat vt vir, & vxor: quod non dubitet quoad
hoc quod liceat ei & exigere, et reddere, manẽte adhuc dubio de
priori viro. Nam sicut potest dubium auferri quoad hoc quod
est reddere: posset etiam quoad hoc quod est exigere cum tali du-
bio, existente Ecclesiã p̄cepto. Et a simili Ioan. Gerson in. 2. p.
respondet cuidam scholari, qui vnã litteram in bulla Apostoli-
ca emendauit: non debere se excõmunicatum putare, neq̄ irregu-
larem ad effectum cessandi a celebratione missarum. Et tamen
ea mente debere esse. vt oportunitate data, ad abundantẽ cautelã
non spernat, et petat absolutionem Et sic manet solutum argu-
mentum. Hanc solutionem dat in parte Nauarro in loco citato,
et multis probat exemplis, numero. 104. Nos autẽ addidimus
non solũ verum tenere quoad reddere petenti, sed etiam quoad

Ad formã
argumẽti.

Gerson.

Nauarro,
de pœnitẽ
d. 7. ca. Si
q. nu. 101

Solutio no
tanda pro
neopbitis.

gere. Nam sicut stante dubio de primo coniuge: potest non dubi-
tare de isto quoad reddendum, poterit etiam quoad exigendū,
maximè quando facta diligentia non potest inueniri certum. vt i
conclusionibus dictum est. Est solutio notanda, & deseruiens pro
istis neopbitis, qui non solum Episcopi præceptum, sed cuiuslibet
ministra, siue in confessione, siue extra vt oraculum habent, & ve-
neratur. Et sic in tali dubio dicendū q. non relinquat hunc què ha-
bet: quia de alio de quo dubitat, certum non est. Sufficiens erit hoc:
vt nullum maneat dubium ad reddendum petenti. Immo neq. ad
exigendum. Et hæc sic dicta in fauorem istorum neopbitum in-
telligantur, semper tamen subiicientes nos Ecclesie determinatio-
ni. Hæc verò non solum contra determinationem præcitam non sūt
sed potius secundum eam putamus esse: vt in solutione sequentis
argumenti fiet manifestum. Et maximè pro istis dixerim: quia
quando quis incipit dubitare de alio cōiuge: vix potest (etiam si
ma diligentia adhibita) certum haberi, ob facilitatem quam olim
in infidelitate habebant repudiandi, tam ex parte viri, q̄ ex par-
te foemine: vt omnibus ministris constat.

Ad. 2.

Verba tex-
tus.

¶ Ad. 2. dicendum: ita esse: licere contra dubium agere inter-
dum. Nam in illo. c. Summus Pontifex determinat: q. stante dubio
probabili de altero viro priori. potest reddere debitum, quod &
nos fatemur. Et libet verba textus adducere. Inquisitioni tue res-
pondentes credimus distinguendum: vtum si alter coniugum pro-
certo sciat impedimentum coniugij, propter quod sine peccato
mortali nõ valet carnale cōmerciū exercere: quāuis illud apud
Ecclesiam probare non possit: an non sciat pro certo, sed credat.
In primo casu debet porius excōmunicationis sententiam humili-
ter sustinere, q̄ per carnale cōmertium peccatum operari mor-
tale. in 2. distinguimus: vtum habeat conscientiam huiusmodi ex
credulitate leui, & temeraria, an probabili, & discreta. Et quidē
ad sui pastoris consilium conscientia leuis, & temerarie credulita-
tis explosa, licet potest non solum reddere, sed exigere debitum
coniugale. Verum cum conscientia pulsat animum ex credulita-
te

A te probabili, & discreta, quamuis non euidenti, & manifesta: debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne alterutro vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientiae committat offensam. Hec ibi. Ecce quomodo in dubio probabili licet agere, reddendo. Nos verò in conclusionibus diximus: q̄ non solū potest reddere petenti, tali probabili dubio existente, sed etiam potest exigere. In casu enim quo facta diligentia de alio priori viro non potest inueniri quod certum est: potest reddere, & exigere, q̄ bona fide contractum est: quia si mala fide: debet reddere, & nō petere. Et quādo mala fide fuit cōtractum in matrimonium. in. c. Dominus, est manifestum. Et ratio est: quia in alijs contractibus sic euenit, quod quando quis iustē possidet (licet incidat dubium) vsq̄ dum sit certus iustē possidet, et non tenetur alienare rem: vsq̄ dū sit certitudo.

B ¶ Sed contra hoc se se offert Pontificis determinatio in littera adducta, vbi dicit, q̄ in tali casu licet possit reddere: non debet petere.

¶ Ad hoc respon. multis modis. Primo, q̄ textus habet verum p. solutio, quando quis mala fide contraxit. Tunc enim cū sit in dubio: nullo modo potest exigere: quia nullum videtur acquisisse ius ad petendum. At vero, qui bona fide contraxit: iam videtur accepisse possessionem iustam. Quod si postea eueniat dubium, poterit et reddere, & petere. Et non est contra textum, qui in primo sensu venit intelligendus.

¶ 2. solutio est, q̄ textus intelligatur: q̄ stante dubio, non licet petere: quādiu manet in negligentia inquirēdi veritatem. Facta tamen diligentia humana, quae solet fieri in negotijs arduis: si non inueniat alium esse proprium virum: conditio melior possidentis est, & potest petere, et reddere. Nam graue esset nimis obligare aliquem ad manendum in matrimonio, et q̄ nullo modo poterit vti coniuge suo exigendo. Et in hoc sensu magister Soto, et alij (vbi supra) dicunt, q̄ facta diligentia, potest exigere. Intellige hoc, etiam si facta tali diligentia maneat dubium de vero coniuge.

ge, quia si non manet dubium: nullus est qui dubitet posse exigere. Et apte in textu habetur, quod ablato dubio, potest exigere, et reddere.

3. solutio. ¶ 3. solutio sit, quod in casu quo manet dubium: non licet exigere sed tantum reddere, intelligatur quandiu manet dubium de hoc quod est exigere: quia non licet ei, eo quod ageret contra conscientiam. At
Ad. ro. 14 qui contra conscientiam facit: ad gehenam edificat. teste Pau. Verum quando dubium manet, et adueniente precepto Ecclesie committitur persistere in matrimonio: sicut stante dubio de vero coniuge, non est dubium quantum ad hoc quod est reddere petenti, et ob id licite reddit: sic eodem modo, si manente dubio de legitimo coniuge: quia non potest desistere a matrimonio. non dubitat an liceat petere: licite petit.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. argumentum respon. concedendo quod superiori obediendo in tali dubio (dum modo non remaneat dubium circa hoc quod obediendum est ei) non erit peccatum reddere. Immo nec exigere, ad sensum declaratum. Et quidem licet haec opinio videatur noua contra communem opinionem. non tamen absque ratione. citati magistri asserunt, et nos subscribimus. Et eam sequendo non est periculum: quia stat quod maneat dubium quoad hoc: an sit coniux, et non manet quoad hoc: an licet exigere, et reddere. Sicut in scrupulo speculativo de aliquo vitando docet Caie. licere agere contra, quando non est contra practicum scrupulum. Et adducit clarissimus Medina in suo de restitu. q. 17. ut diximus supra. Et quidem sequi hanc opinionem (ut diximus) est nimis favorabile, et nullum periculum. Nam impossibile moraliter apparet: quod duo maneant simul, et quod tantum alter se contineat: ut numquam exigat.



Est (ut colophonem apponamus) duas quaestiones appendices addere satis congruentes

¶ Prima est. An qui fidei consentit, teneatur sub mortali ducere illam quam decepit.

¶ 2. Vtrum pater in scro conscientiae possit exheredare filium, vel filiam: quia ipso iniu-

to contraxerunt matrimonium.

¶ Ar

ARTICVLVS 19.

An qui fictē alicui promittit: teneatur eam ducere.



Via de matrimonio loquuti sumus, & necessariū ^{Supra, p. p} diximus consensum: sic vt ipso deficiente, nullum ^{ar. 2.} sit quōdā Deū: opere p̄reçium erit scire. an qui si Et alicui promissit eam accipere, & tamen interius non consentit: teneatur eam ducere de nouo consentiendo.

¶ Et videtur quōd non teneatur. Vt constat ex dictis in. 1. p. ^{p argu.} in matrimonio requisita est summa libertas: quia vinculum indissolubile, & semelligatum: non potest solui. Ergo sequitur q̄ non ^{Mab. 19} tenetur talis qui fictē promissit talem ducere: quia aliās ad matrimonium cogeretur.

¶ 2. Si talis qui fictē promissit teneretur illam ducere, vel eēt ^{2. argu.} iure naturę, diuino, vel humano. At, nullo iure obligatur: ergo nō tenetur. Non iure naturę: quia iure naturę non potest cogi ad cōtrahendum. Immo iure naturę habet libertatem plenam ad contrahendum. Et si iure naturę esset obligatio: esset adimplendi promissum, sed obligatio adimplendi p̄supponit voluntatē transferendi dominium rei promissę, qualem ponimus non fuisse. Siquidem dominium non transfertur verbis, sed voluntate veri domini. Nec iure diuino tenetur: quia nullibi tale ius a Deo. Nec iure humano constat: quia si compellatur ducere: erit ex p̄sumptione quam habet Ecclesia, quōd consensus fuit conformis verbis, cui si constasset defuisse: non obligaret.

¶ 3. Si talis post promissionem fictam contrabat cum alia. 2. ^{3. argu.} consentiendo, est verum matrimonium: ergo non tenetur ducere primam. Nam si teneretur ducere primam: videtur quōd non teneret obligatio cum. 2. Sicut si quis promissit Petro equum, & accepit Petrus: si postea det Ioanni: non tenet datio: quia dat alienum. Quōd si constet Ioanni: tenetur Petro restituere.

¶ In contrarium est: quia quilibet tenetur de damno dato, & In contra.

non potest talis damnum resarcire nisi ducendo eam, ergo tenet **A**

¶ Hęc quęstio in proprijs terminis mota est: eo qđ aliqui legentes in quodam nuper edito preclaro libro, & doctrinę refertissimo, in quo in materia nihil desiderandum, neqđ reiiciendum, qui manuale confessorum intitulatur, lingua vernacula ex proposito editum, prius a quodam religioso viro de clo minorita regularis obseruantię prouintię pietatis, post visum, recognitum, probatū, in multis additum, & refertum a doctore Martino Nauarro de Azpilcueta, viro doctissimo, & probatissimo, in iure quidem eminentissimo, & in Theologia versato: vt eius varia in diuersis materijs edita probant opera, maximę illud quod de pœnitentia est.

Nauarro
vir docti-
ssimus.

Verba in-
manuali.
posita.

Hic (inquam) in. c. 18. citati libri nume. 18. ait. Si le prometio casar se con ella, ora le prometie se de veras, ora fingidamente: con animo della engañar, es obligado a cumplir lo que le prometio, assi en el fuero dela consciencia: como en el exterior. Y mucho mas si le juro. Hęc ibi ad litteram. Cū ergo hęc verba sonent talem teneri: legentes admirati sunt de tam graui dicto, & statim virgam Cęsoriā extendentes: delendum iudicauerunt. Nos tamen (sicut alias fecimus) in nullius verba hominis iurantes nisi solius Christi examinandum suscepimus, non extra propositum, & intentum nostri speculi coniugiorum digressi. Pro cuius solutione notandum.

1. nota.

¶ Ille qui alteri promissit: potest se habere tripliciter. Vel est equalis, tam diuitijs, qđ nobilitate: puellę cui promissit, vel inferior, aut superior. Et quod superior sit: intelligo notabiliter, non parum excedens: quia quod parum distat: nihil distare videtur.

Aristote.
2. nota.

¶ 2. Iste excessus qui est ex parte viri: potest esse cognitus a puella seducta, vel ignoratus. Immo quia existimabat sibi fore equalē, vel minorem, quamuis sit superior in veritate.

3. nota.

¶ 3. Ille qui protulit verba, volens puellā seducere, vel cognouit eam carnaliter, & ob id protulit: vt seduceret cognoscendo, vel protulit quidem, sed eam non corrupit. Vel alias corrupta erat, sed accessum habuit ad eam.

¶ Quā

A ¶ Qui promissit ficté alteri, siue cognouerit eam, siue non, siue fuerit puella, siue corrupta, siue equalis conditione, siue non: mortale peccatum comissit: quia omne médiatum pernitiosum mortale peccatum est, sed qui sic ficté promissit: pernitiosé valdé mētitus est: vt constat: ergo peccauit mortaliter. Hęc est ab omnibus recepta absq̄ aliqua controuersia.

¶ Quicumq̄ alteri promissit, siue cognouerit eam, siue non, siue sit equalis conditione, vel superior: tenetur sub mortali promissum adimplere. Pater. Quicumq̄ in iuriam proximo infert in re graui peccat mortaliter, sed qui promissit (dūmodó alius acceptauit) in iuriam infert in re graui: ergo est mortale.

B ¶ 2. Qui aufert a proximo quod suum est: peccat mortaliter: nisi ob paruitatem materiæ excusetur: quia furtum mortale est, sed qui promissum nō adimplet: postq̄ alter acceptauit: est huius modi: quia debitor constitutus est. Hęc conclusio supra declarata est: quando de sponsalibus fuit sermo, vbi ex communi sententia doctorū est probatū: q̄ post sponsalia etiam de futuro trāsire ad aliud matrimoniū mortale est: q̄ fractor p̄missi habetur.

¶ Qui ficté promissit alicui puellæ, quam cognouit carnaliter & corrupit: si sit notabiliter excedens in conditione diuitiarum & nobilitatis, & puella non ignorat: licet peccauit mortaliter: non tenetur sub mortali eam ducere, sed potest aliās damnum resarcire, vel dotando scđm eius conditionem, vel aliās, ad arbitrium boni viri. Probat: quia si talis tenetur eam ducere: maximé quia videtur seduxisse puellam innocentem, sed non videtur, neq̄ presumitur seducta, quandoquidem cognoscens excessum: debuit presumere se ductioē, & sic cōsensit in talem seductionem. Quapropter non tenetur eam ducere: quia volenti, & consentienti nulla fit iniuria. Nam in tali casu sic presumitur: sicut si aperté dixisset ficté se promittere: quia debuit presumi: sicut si filius quidā nobilis, & diues, puellæ ex infima plebe promitteret eam ducere si consentiat in eum. Merito talis fœmina decipitur, & sibi impu-

et: si consentiat: quia deberet suspicari talem seducere, & ficté
verba
ss iij

p. conclu.

S. Thom.
22. q. 110

2. conclu.

p. ratio.

2. ratio.

S. Thom.

22. q. 64

Supra, p. p

ar. 16.

3. conclu.

Albenus

de rosa in

suo dictio

narico Ma

trimoniū.

4.

Aris. 5.

ethi ca. 9.

S. Thom.

22. q. 59.

ar. 3.

verba proferre. Ob id sufficiat si aliás resarciat damnum dotan
do. quia tenetur ad aliquid. Et sic in c. 16 nu. 18. in manuali cõfes
sorum limitatur dictum istis verbis. Si no fueßen muy desigual-
les enbazienda, yqualidad. como si el fueße hijo de vn cauallero, y
ella bija de vn labrador, o official mecanico: ca entõces presumir
se puede q̄ ella fingio ser engañada, y que no la engañaron. Por lo
qual non es obligada a nuestro parecer a mas de darle lo que es
menester para alcançar buen casamiento: como alcançar
estando con su honrra, o ponella en estado honesto, en que viua
en seruicio de Dios segun sant Antonio. Hec ibi. Vnde colligitur
nostra conclusio, q̄ in casu talis tenetur superaddere q̄ necessa-
rium videtur ad dotem: vt inueniat talẽ cum illo superaddito, q̄
lem inueniret: si corrupta non eset.

4. conclu. ¶ Si quis fictẽ promissit puellæ eam ducturum. si consentiat,
qui tamen excedit in conditione, ipsa puella id ignorante, proba-
bile apparet q̄ sufficiat eam dotare, & non sit necessarium eã
ducere. Probat: quia si teneretur eam ducere: maximẽ quia ve-
rẽ seduxit, & ipsa seducta est: non volens, sed hoc non videtur su-
fficere: quia est inæqualitas in contractu, et ex parte puellæ non
debet vir cõpelli ad hoc quod det amplius: q̄ ipsa dabat, sed si cõ-
pelleretur ducere eam: videretur ad iniustum compelli, supposi-
to non fuit voluntas in viro celebrandi talem cõmutationem, vel
contractum. Et sic sufficiat puellæ, si ratione promissionis vir cõ-
pellatur ad dotandum eam: secundum suum statum: sicut in ludo
videtur quòd si quis habeat centum, et tamen solùm sua sunt. 50.
non possit ab alio vltra. 50. lucrari: quia iniustitia aliás appa-
ret, et non equalitas. Sic in proposito. In quo discedimus a doctore
Nauarro, qui videtur dicere, q̄ quando puella ignorat excessum
aut inæqualitatẽ: quia nõ est volẽs seducta: quòd teneatur eã ducere.
Nam esset nimis rigidum ad id obligare. In quo sensu contra-
rium tenentes possunt intelligi.

5. conclu. ¶ Si quis fictẽ promissit puellæ quam corrupt, si sit ei equa-
lis, vel inferior conditione: tenetur sub mortali eã ducere. Pro-
ba.

A batur. Talis tenetur damnum resarcire, & promissum adimplere, cum sit equa conditio, vel inferior, sed non potest aliter: nisi eam ducendo. ergo tenetur eam ducere: Ista conclusio tenet ex fide Nauaro, Florentij, Scotus, d. 19. Idem Adrianus in. 4. & sui temporis Theologorum consensu: a 30. q. 1. 4. tiffimus, & facile princeps magister Victoria olim magister meus, & nonnulli alij subscribunt ex suis discipulis, qui nomen habent magistorum. Quapropter non tam dura conclusio videri debet si rem introspeciamus. Nam cum quis teneatur damnum resarcire ad equalitatem, & non videtur qua alia via id contingat: nisi puellam ducendo: sequitur quod (dato fidei promissu) tenetur eam ducere, & peccat mortaliter non ducendo eam: quia semper est in tali obligatione. Et talis tenetur habere nouum consensum in eam ex animo. Neque hoc est nouum. Nam in iure determinatum est & nos alias diximus, & doctores omnes probant, quod si quis seduxerit aliquam: dicendo uxorem non habere, cum tamen habeat, post mortem vere uxoris, foemina seducta (si velit) potest eum sumere in virum. Et in poenam fraudis, & doli compellitur seductor ut consentiat. Ergo a simili, quod aliam seduxit fidei consentiendo: ut plenè restituat compellendus in conscientia veniat: ut eam quam seduxit: ducat Si tamen aliam ducat: tenet matrimonium. 2. ut in solutioe 3. argu. dicemus.

¶ Dixi in conclusione. Si eam corruptit. Nam si solum fuit promissio verbis, & non sequuta est aliqua corruptio: non est unde teneatur eam ducere: quia restitutio non necessaria est, cum iniuriam non sit passa in corruptione, quandoquidem integra manet. Ei quidem Adrianus addit vnum, quod si talis cum alia contrahat: licet teneat matrimonium cum ista. 2. post mortem eius tenetur redire ad primam quam decepit.

¶ Si quis mulieri corrupte promissit fidei, & si copula sit sequuta, cuiuscumque sit conditionis, licet ad aliquid teneatur: non tamen in foro conscientiae sub peccato tenetur ducere eam. Patet: Ratio: quia tenetur solum restituere, et iacturam resarcire, sed talis (quia corrupta erat, & non integra) non passa est talem iacturam,

que

Nauaro,
Florentij,
Scotus, d.
30. q. 1. 4.
Adrianus
Victoria
q. 2. de ma-
trimonio.
S. Tho. in
4. d. 28.
Victoria.
Albericus
de rosa, in
suo dictio-
nario Ma-
trimonio. 4.

Scotus, d. 35.
q. vnica.

Adrianus
vbi supra.

6. conclusio

Ratio.

quæ aliàs non possit resarciri, sine hoc quod ducat eam: vt cõstat. **A**
 Sequitur ergo quòd non tenetur ad id. Ratio enim satis dissimilis
 est in integra, & corrupta: quia puellæ integræ non videtur sa-
 tis factum: nisi ducat. Corruptæ autem sic. Hanc appono limitati-
 onem: vt rigorem conclusionis præcedentis tẽperẽ, quãuis Adri-
 anº loco citato sine distinctione loquatur, de illo qui fictè pmissit.

Ad argu. ¶ Concedimus in matrimonio requisitã summam libertatem,
 cum hoc tamen stat, quòd in pœnam qui seducit: cogi possit ad
 restituendum. Et ad equalem resarciendam iacturam: tenetur
 ducere quam seduxit. Et hoc est cogi a seipso, qui posuit se in tali
 Sco. d. 15 angustia. vt teneatur seipsum dare. Sicut si esset vera opi. Scoti,
 4. q. 3. q. qui alium interfecit: tenetur restituere, seipsum morti exponen-
 do. De quo aliàs in nostris Theologicis resolutionibus disseremus, si
 dominus dederit. Neq̃ hoc graue videri debet vt diximus.

Ad. 2. ¶ **Ad. 2.** dicendum, q. talis tenetur restituere, iure naturæ, **B**
 diuino, & humano. Iure naturæ: quia tenetur de damno dato,
 & non potest resarcire aliter. Iure diuino similiter. Nemini qui-
 quã de beatis. Iure tãdẽ humano cõpellitur pmissum adimplere.

Ad ro. 13. ¶ **Ad. 3.** concedimus ita esse, q. in casu quantumuis debitor
 sit, & sub mortali teneatur ducere, tamen si aliam ducat de fac-
 to tenet. 2. Neq̃ tenetur quãdiu manet matrimonium. 2. Sicut qui
 voto simplici Deo est obligatº: tenetur sub mortali seipsũ tradde
 re Deo. Si tamen se tradat coniungi: valet tradditio, non obstan-
 Theologi
 i. 4. d. 38 te illa obligatione sub peccato. Sic in casu. Si quis fictè promissit:
 S. Thom. tenetur sub mortali ducere. Si tamen aliàs ducat: peccauit mor-
 22. q. 88. taliier: quia se ipsum impossibilitauit, tamen tenet. Sicut qui equũ
 promissit se daturum Petro, & de facto det Ioanni. Peccauit
 quidem, sed tamen verè Ioannes possidet, & vera fuit datio. Et
 hæc de questione proposita.

¶ Si tamen q. stuprũ cõmissit cum puella volente (etiamsi sub
 patria potestate sit) dotare non tenetur: quia volenti & consentiẽ
 ti non fit iniuria. Soto de iustitia. li. 4. q. 7. ar. 1. De
 quo aliàs latius.

Ar. 5.
etbi. ca. 9
Soto,

¶ **Ar**

ARTICVLVS 20

An pater licité possit filiam, aut filium exheredare, quando contraxerunt cōtra eius voluntatem.



Via de matrimonio loquentes dictum est quantum requirat libertatem: ita vt seruus cōtra domini voluntatem, & filius familias contra patris beneplacitū possit cōtrahere. opere precium erit querere: an pater possit licité filium, filiam vè, ante emancipationē exheredare: quia cōtra voluntatem eius matrimonium est celebratum.

Videtur q̄ sic: quia lege Tauri. 49. sancctum est. At omnis lex iusta, & ab habente auctoritatem lata: in foro cōscientie obligat. Ergo sequitur q̄ iustē pater priuat hereditate.

Supra. p. ar. 2. & 30.

¶ 2. Filius, & filia quandiu manēt sub patria potestate non sunt sui iuris, sed sunt aliquid patris. Et hoc iure nature. Sequitur igitur q̄ ipso inuito non poterit filia contrahere. Quōd si contrahat: pater potest irritare. Ergo poterit exheredare.

¶ Confir. ex lege. 2. fori. ti. de mati. Et ex lege. 4. ti. 1. li. 5. ordinationum. Et ex lege. 10. ti. 1. parti. 4. In quibus locis diffinitum est: patrem posse a filia, quę contra voluntatem eius contraxit, auferre: aliās debitam hereditatem.

¶ In contrarium tamen est: quia in matrimonio requisita est plena libertas, quę non potest stare si filia posset exheredari.

¶ Pro solutione notandum, q̄ nulla humana potestas, neq̄ secularis, Ecclesiastica vè (vt aliās diximus) potest quem piam ad matri. contrahendum compellere: quia cū consensus sit necessarius (vt in p. p. probatum est. Et nullus ad consensum possit cogere nisi Deus) nunq̄ potest matri. esse legitimum cum co. Et iō. Posset quidem (fateor) per potestatem secularem constitui lex: secundū quam aliq̄ persone inbabiles essent ad contrahendum: sicut in 2. p. quando de matri. infidelium notum fecimus. Immo & consuetudo posset. Et a fortiori potest Christi vicarius hoc instituere,

1. argu. S. Tho. 12 q. 96. ar.

4. Castro de pena legali. 1. c. 9. Drie. delib. c. vi. li. 1. c. 9. & li. 2. c. 1.

1. nota. Supra. p. ar. 7.

Supra. p. ar. 2.

Supra. 2 p. ar. 27.

- & personas habiles, aliàs inhabiles facere, & e contra. Sicut & A
 posset clandestinè contrabentes inhabiles personas declarare. Pa
 tet ex. c. Non debet, de affini. & consangui. Tamen dato hoc po-
 sit circa personas, non tamen potest circa matrimonium, compel-
 lendo ad contractum. quia ex iure nature requisita est libertas.
- Supra p. 7. nota. ¶ 2. notandum, quòd hoc q̄est hereditate priuare filiã, aut fi-
 lium: si contrahat contra patris voluntatem: potest intelligi: vel
 stando in iure Cesareo, vel in Pontificio. Nam cum sint potesta-
 Soto d ius tes diuerse, forum habebunt diuersum, et iudicia. Et licet omnis po-
 ti. li. 4. q. testas a domino Deo sit: aliter, & aliter: quia humana ciuilis a re
 4. ar. 1. publica immediatè, & mediatè a Deo. At, Ecclesiastica a Deo im-
 Drie, de li mediatè, & non per homines.
- ber. chris. ¶ Est et considerandum, q̄ sicut artis quę circa finem: est diri-
 3. nota. gere artes inferiores quę circa media, vt docet Aris. sic &
 Aristo 1. humana Ecclesiastica suprema, & circa finem: poterit dirige-
 tibi, cap. re secularem, & corrigere: si fuerit opus. eo modo quo anima cor-
 1. & 2. re pus gubernat. His notatis, respondetur. B
 & 2. phy. t. co. 25. ¶ Ad potestatem secularem non spectat leges condere circa
 1. conclu. matrimonij sacramentum secundum se. Patet in. c. Tuam, de ord.
 cogni. Et Extra. qui filij sint legitimi. c. Causam q̄. in 2. Et cap. 1. de
 sponsa. vbi diffinitur ad Ecclesiasticam hoc spectare facultatè,
 & non ad secularem ciuilem.
- Ratio. ¶ Ratio est. Ad illam spectat potestatem directè: ad quam de
 Ecclesie sacramentis disponere, circa illos qui debent recipere, et
 modum recipiendi, sed hoc ad Ecclesiasticam spectat. vt constat
 Cõci. flo. Cum ergo matrimonium vnum sit. de. 7. sacramentis Ecclesie, in
 Cõci tri. quo (non ponentibus obicem) gratia confertur: sequitur ad secu-
 7. larem non spectare.
- ca. primo ¶ Dixi. Secundum se: quia deper accidens, in quantum matri-
 monium est contractus humanus, etiamsi sit sacramentum: nõ ob-
 stat quominus possit secularis potestas aliquid disponere de ipsis
 contrabentibus. Semper tamen sub superiori potestate: vt ex. ca.
 Abba, 2. de sponsatione in pube. colligitur, vt ibi Abba. Et notat Fortu-
 uius

Auius in tractatu de vltimo fine, illati. 10. Potest enim pœnam ad- Fortuius.
dere prohibitioni, & legi superioris: vt notat Glo. in Clemen. Ne Felinus.
Romani, de electio. Quam dicit Felinus, Singula. in. c. 1. de sponsa.
Et. c. 2. de probationibus. Immo cum crimen sit merè Ecclesiasticum:
posunt pœnæ per principem secularem apponi: vt exactè Castro. li.
cõsiderauit Castro in suo p̄claro ope de iusta punitiõe hereticorũ. 2. ca. 26.

¶ Quamuis olim lege regia esset constitutum virum contra- 2. conclu.
bentè clandestinè, si cum puella sine voluntate patris, simul cum
ea in seruitutem traddendum proximioribus consanguineis vxor-
ris: nunc tamen solùm statutum est patrem filiam: non filium ex-
heredare posse. Quoad primam partem probatur. l. si. ti. 3. par. 4. Ratio. p. p
Ibi enim fuerat diffinitum. Post tamen longo tempore rigor ille
attemperatus est per legem Tauri. 49. edita a regina Icaana. ca
tholicorum regum filia, matre q̄ Carli. 5. inuictissimi Imperato-
ris, vbi parentibus datur huiusmodi facultas priuandi heredita-
te filiam, quæ contra patris voluntatem in matrimonio aliquem si
bi copulauit. Quod & de filia vidua (si cum parentibus habitat) pu- Couarru.
tat intelligendum doct̄or Couarrubias in suo ep̄it̄ome. 4. decre- 2. p. ca. 6.
cretalium, quamuis Castillo in expositione legis p̄dictæ dicat in nu. 17.
vidua non procedere.

¶ Hanc legem Tauri in comitijs Princianis Carolus Impera-
tor anno. 1537. probauit, & voluit extendi ad filiam maiore. 25.
annorum: dummodo nouercam nõ haberet, cum alijs solùm intel-
ligeretur de filia, quæ nondum. 25. attingit annum

¶ 2. pars q̄ non extendatur ad filium, qui est sub potestate pa- Ratio. 2. p
tris: est manifesta, cum lex solùm de filia: vt optimè declarat in
loco proximè citato idem Couarrubias, nu. 21.

¶ Quamuis filia contra voluntatem patris clam contrahens 3. conclu.
regulariter mortaliter peccet: non tamen in foro conscientie po-
test exheredari, etiã si ignobili coniugatur, & inequali, & pater
velit digno, & honesto viro eam copulare. Hęc quæ habet difficul-
tatem, & notanda venit quoad primam. p. s. quod peccat morta-
liter filia, saltim ante annum. 25. pater: quia filia sub patris po-
testate

testate constituta: tenetur obedire. Faciens ergo contra obedientiam patri debitam: contrahendo matrimonium: peccat, & non venialiter, cum res tam sit gravis: ergo mortaliter. Et quidem pœna tam rigurosa appositā per legem exheredationis, manifestam facit culpam in contrahendo. Si enim veniale id esset: in iustē talis pœna apponeretur.

- Suple. d. ¶ Dixi. Regulariter: quia posset esse casus: vbi nullum esset: 28. q. p. vt si a patre asserere tractaretur. Si negligens esset pater in tractando eam. Et sic de similibus, quę possent contingere, & iustificare factum. De quo docto. Theologi. d. 28. in. 4.
- Ratio. 2. ¶ Sed secunda pars, in qua est difficultas, probatur: quia si pater posset in foro conscientię filiam exheredare: esset quia lege regia statutum (Loquimur enim de illis qui huiusmodi gubernantur regijs legibus) sed non licet hoc: quia illa lex iniusta est, & ligat minimē. Patet: quia est lex data contra libertatem matrimonij, necessario requisitam. Nam sic compellitur filia ad ducendū quem vellet pater, & nō eū qui sibi placet. Patet. quia timore pœnā dicitur hereditariā sortē cōsuetiē patri, qđ directo repugnat libertati.
2. ratio. ¶ 2. Probatur iure canonico. Filia in legitima etate constituta (quamvis non emancipata) natrium contrahit cum quocūq̄ voluerit, neq̄ pat̄ poterit irritare, aut cassare: quia quos Deus coniungit homo non separat. Ergo nullo modō potest exheredari iustē. Aliās, non est concessa libertas contrahendi. In quo deffecit Casaneus in suo catalogo glorię mundi. p. 12. consideratio ne. 36. qui putat consensum fœminę, etiam de presentī, non sufficere sine patris consensu: ita vt patre contradicente, tale matrimonium ratū nō consumatū dissolui possit, solū quia pat̄ cōtradicit.
- Confir. ¶ Confirmari potest ratio conclu. quia sic, inferior potestas (q̄lis est secularis) contra superiorē posset, qđ est apertum in falsitate, maximē quando de sacramentis Ecclesię agitur. Sequella est manifesta: si lex Cesarea tantę esset virtutis: vt in foro conscientię possit filia sic exheredari.
- Hoslien. Abbas. ¶ Hanc conclu. tenēt ex iuris peritis Hoslien. & Abbas in ca. 1.

A 1. de sponsa impube. Et Alex. consi. 97 in. 1. volu. Et Feli. in. 1. Alex. illo. c. Et dicit eam cōmunem. Et Detius in. c. Ecclesia, de cōstitu. Feli.
Et ex iunioribus Palacios Rubios in illa p̄clara sua repetitio Palacios
ne. c. Per vestras, de donatio. 3. not. §. 9. cum sequentibus. Et Ro rubios.
dericus Xuarez in. l. 2. tit. de matrimonio, lib. fori. Et Couarrubi. Epitome;
dicit hāc cōmunem a s̄ertionem locum tenere: siue filia nubat tur 4. decre.
pi, vel indigno, etiam si pater vellet eam dare eque digno, etiam 2. p. c. s.
si contrarium dicat Baldus, nouel. de dote. 6. part. nume. 17

¶ Ex Theologis nostris Palude sic tenet, & cum eo alij non Palud. d.
p̄nitēdi auctores ex magistris nostris, qui putant hanc regiam 28. c. 2.
legem iniustā, & minimē in foro conscientiaē seruādā, licet Caie. Victoria.
in opusculo, ad. 17. quesita, y response. 12. dubitet, & ad Iuristas Caie.
remittat, cum leges humanæ possint priuare vero dominio.

¶ Sequitur ex hoc, quod pater exheredans filiam hac ratio- P. corolla
ne: quia contra eius voluntatem cōtraxit, quamuis impunē iuxta
Cesaream legem priuet filiam suo patrimonio, in conscientia ta-
men nullo modo. Et sic, nec venit absoluendus. Et alij fratres ad
quos deuoluitur hereditas, tenentur sorori restituere. Neq̄ mirū
debet videri, aliqua permitti secundum leges humanas Cesareas,
que locum non habent in foro conscientiaē: vt de meretricibus so-
let exemplum poni.

¶ Sequitur & vnum aliud, q̄ si filia (etiam ante. 25. annum)
alicui honesto nupsit, etiam inuito patre, cui promissit dote m, 2. corolla.
quod pater potest compelli ad id. Sic Abba. in dicto. c. 1. de sponsa. Abba.
impube. & Ioan. Lupus in dicto. §. 9. Et Ripain. l. v. ff. solut. mā-
tri. dicit omnes de flores conuenire in hac opi. Immo etiam si filie Baldus.
non promittat dotem: dicunt de flores in casu tali patrem tene- Angelus.
ri ad constituendam dotē. Paulus.
Iason.

¶ Dixi. Si honesto nupsit. Nam si inhonesto, quamuis pater
non possit eam priuare hereditate: non tenetur dotem constituere,
etiam si filia promittat: vt Archidi. 36. q. 1. c. glo. in. c. De
raptoribus. Et Ioan. Andre. Et Card. Et Anto. in. c. Accedens, de
procuratoribus. Hoc intelligitur vbi filia, vel maritus: esse t diui-
res. Archidia
loā. An.

tes. Nam si pauperes: pater esset compellendus ad alimenta minis
tranda, ex textu. Cúm haberet, de eo qui duxit in matris, quam po
lu. Hęc omnia probat Couarru. in loco supra allegato.

Ad argu

Mabt. 19
Medina
de resti-
tu. q. 17.
D. 10, ca.
Constituti
ones
Ioan. an.
Felinus.
Denu.
lo. Lup.

¶ Ad omnes leges simul quas congeffit Palacios rubios in. 3.
not. §. 8. in repetitione, dicendum omnestales esse sublatas iure
canonico. Neq̄ habēt obligationem: quia contra superiorem. Fa-
ciunt enim contra libertatem matrimonij, que maximé requisi-
ta: quia indissolubile vinculū est. Nō enim potest lex Cesarea obli-
gare filium, aut filiam: vt petat patris consensum, sed hoc est Pō-
tifficis potestatis: vt Ioan. An. aliās pater canonistarum dictus, in
c. Statutum in. 1. de hereticis in. 6. Et Felinus in. c. 1. de sponsa. &
in. c. Ecclesia, de constitu. Es ibi Decius. Et consilio. 231. Et Io. Lu-
pus in repetitione, nota. 3. §. 9. & in. §. 3. antē, probat quōd prin-
ceps laicus nihil potest statuerē, quod matrimonij liberum consen-
sum impediāt. Et sic respondendum, leges tales (licēt videantur
ad bonum reipublicę cōducere pro parte) tamen in foro consciē-
tię non obligāt, tūm quia per archiepis et hōnicam potestātē sunt cor-
rectę, tūm quia contra ius naturę videntur esse, cū tollant liber-
tatem filiorum, quam habent in contrahendō matrimonium. Et
hęc de questione sufficiant.

Medina d
restitu. q.
3. causa. 4
& foro d
iusti. lib. 5
q. p. ar. 3.

¶ Neq̄ debet quis mirum existimare aliquas leges etiam iu-
stas tenere in foro exteriori, que non tenēt in conscientia, cū lex
de occisione adulterę a viro (secundū probatos viros) non teneat
Et lex de illo qui damnificauit citra medietatem iusti pretij, &
de prescriptionibus De quo aliās.

PERORATIO.



Er Dei gratiam ad finem speculi deuentum est. Et q̄
dem licēt ante plures annos fuerit cōpositum: sicut il-
la que ante ad rem attinentia in diuersis tractata do-
ctoribus legimus, & perlegimus, & adduximus, sic q̄
postea scripta sunt, anteq̄ opus excuderetur, perlustrauimus, doc-
toribusq̄ ipsi citatis in medium produximus, quando oportuit.
Hęc dixerim: vt intelligat lector, nos non socorditer, aut oscitan-
ter

ter opus elaborasse: citationibus aliorum contenti, sed que vidi-
 mus: testati sumus. Ex nostris quidem omnes citatos. Ex iuris Do-
 ctifici: eos qui cōmuniter habētur. Panor. Ancharanum. Anto. ^{Panor.}
 Henricum. Hostiē. Inno. Imolan. Ioā. An. Feli. Cardina. ^{Ancha.} Archi-
 dia. Nonnullis in alijs contenti citationibus, quas a fide dignis sus- ^{Anto.}
 cepim⁹. Accipite ergo christiani lectores, ministrisq; dignissimi hu- ^{Henrici.}
 ius noui orbis hoc speculum. Quod si votis vestris nō fuerit factū ^{Hostien.}
 satis, mentem sanam recipite. Et si quid negligēter scriptum, aut ^{Innocen.}
 quod vestras mundas offendat aures occurrat: cuiuscunq; christi ^{Imolan.}
 ani pectoris admitto, & ex postulo virgā censoriam. Tantum ab ^{Ioan. And.}
 est vt egre ferā: erratum corrigi. Quod si arduum, & sublime ^{Felinus.}
 fastigium nostræ professiōis attingat, atq; a recta (quam firmit̃ ^{Cardi.}
 tenemus, & prædicamus fide) etiā per latū: vnguem recedat: a ^{Archi.}
 nullam⁹, & cassamus, & supremū illū, & primū Catonē quē e cę-
 lo descendisse credimus Christū Iesū in suo vicario Paulo. 4. q.
 Sceptrum tenet recognoscimus. Cui⁹ regula nō Lesbica indeuabi-
 lis manens, deuium, & obliquū in rectitudinem reducat suam:
 In quam sententiam pedibus (vt aiunt) & manibus libentissimē
 imus. At, si solum probante indigeāt calculo istę nostrę lucubra-
 tiones, lucernamq; sapientes inueniantur, & consone in accessibili
 lumini, ipsi (a quo omne datum optimum, omneq; donum perfec-
 tum descendens est) gratias reddamus omnes. Interim tamē hoc ^{Iacobi. 1.}
 vnum obnixē ab omnibus peto. vt si librum hunc nondum typis ex-
 cūsū, ad manus habuerit (scio nō pauca esse exēplaria) nō magni
 faciat: quia in impressiōe multa addita, & aliqua deleta, & non
 nulla in alia forma sunt apposita. Quapropter hunc sic in lucem
 emissum recognosco, & velut vltimam meam volū-
 tatē probō. Aliud verō iformē declarās, rei jicio

¶ Compendium breue priuilegio-
 rū quod promisseramus ex iusta
 causa differimus: cū vsura
 soluturi: si dominus
 dederit.

INDEX ARTICVLO RV M, ET DVBIORVM. 3
 p. speculi coniugiorum. R. P. F. Illephonsi a vera cruce
 doctoris Theologi, & ordinis heremita
 rum Sancti Augustini.

- ¶ *Ar. Primus. Quibus causis ma-
 trimonium legitimum quantum
 ad thoriū, vel cohabitationē dissol-
 uatur. pagi. 524.*
- ¶ *Ar. 2. Vtrum vir teneatur eijce-
 re vxorem adulteram per diuor-
 tium. An possit retinere absq̃ pec-
 cato. pagi. 533.*
- ¶ *Ar. 3. Vtrum vxor possit & vi-
 rum de adulterio accusare: ita q̃
 quantum ad accusationem ad
 paria teneantur. pagi. 537.*
- ¶ *Ar. 4. Vtrum quantum ad pœ-
 nas diuortio debitas secundum iu-
 ra vir & vxor sint pares: ita q̃
 & vxor possit virum accusare
 ad penas. pagi. 540.*
- ¶ *Dubium. An vir possit occidere
 vxorem captam in fragranti de-
 licto. ita q̃ impunē agat in vtro-
 q̃ foro. pagi. 541. A.*
- ¶ *Ar. 5. An requiratur iudicis sen-
 tentia ad diuortium celebrandū.
 An potius sine ea diuertere pos-
 sint. pagi. 542.*
- ¶ *Dubium. Vtrum possit vir redde-
 re debi. vxori deprehēse in adul-
 terio. pagi. 546. in fine.*
- ¶ *Ar. 6. An innocēs teneatur re-
 conciliare nocentem post diuor-
 tium. pagi.*
- ¶ *Ar. 7. Vtrum per diuortiiū dis-
 soluatur vinculum matrimoniū:
 sic q̃ possint ad. 2. vota transire.
 pagi. 552.*
- ¶ *Ar. 8. Quis modus debeat serua-
 ri in diuortio. pagi. 559.*
- ¶ *Ar. 9. An si inter aliquos coniūc-
 tos. inter quos: ob impedimentū nō
 potuit stare matrimonium: sit ne-
 cessaria iudicis sententia ad di-
 uortium. pagi. 570.*
- ¶ *Ar. 10. Quid obseruandum a iū-
 dice Ecclesiastico in diuortio. pa-
 gi. 575.*
- ¶ *Ar. 11. An liceat religiosis age-
 re ad diuortium. pa. 585.*
- ¶ *Ar. 12. Vtrū vbi fuit impedimē-
 tum (illo cessante) sit matrimoniū
 sine nouo consensu, sed per solam
 cohabitationem. pagi. 598.*
- ¶ *Ar. 13. Quid agendum in matri-
 monio. quando alter coniugum negat
 consensisse. pagi. 605.*
- ¶ *Ar. 14. Quid consulendum quā-
 do alter negat consensisse. An li-
 citē*

citē possit consuli vt contrabat.
pagi. 611.

¶ *Ar. 15.* De actibus coniugum. pa-
gina. 614.

¶ *Ar. 16.* De actibus coniugū prop-
ter delectationem, sanitatem, vel
propter euitantam fornicatio-
nem. pagi. 620.

¶ *Ar. 17.* De actibus coniugum ra-
tione circūstantiæ temporis, vel

loci. pagi. 627.

¶ *Ar. 18.* An liceat in dubio petere
& reddere debitum. pagi. 631.

¶ *Ar. 19.* An qui fidē alicui prom-
iistr: teneatur in conscientia du-
cere illam. pagi. 645.

¶ *Ar. 20.* An pater possit exbere-
dare filiam, vel filium, quę con-
traxit contra eius voluntatem,
pagina. 651.



Vit liber examinatus, & approbatus, primo per
Archidiaconum huius metropolitane Eccle-
siæ Mexicanæ dominum do. Ioannem Nigret,
artium, & sacre Theologiæ doctorem. Cui per ca-
pitulum in sede vacante exminatio cōmissa ē. 2.

fuit reuisum opus, & approbatū p regium senatum. Et tādē per
Reuerendissimum Archipresulem dominum do. fratrē Alphō
sum a Montufar, ex ordine prædicatorum assuptū, Sacre Theo-
logiæ doctorem, & de eius licentia Calcographus vltimam appo-
suit manum ad Dei omnipotentis gloriam.

¶ *Emporium*
tt ij

TEMPORIVM GENERALE TOTIVS OPE
ris ordine Alphabetico dispositum.



Abraham nõ duxit so
rorem. Nam Sarra
non erat soror, ex eo
dem patre, vel matre
Vocabatur tamen so
ror cõsuetudine, qua
dicebantur fratres:

filij duorũ fratrum. pa. 220. A.

Abraham potuit esse q̄ duceret Sar
ram, licet esset soror, dispensatione ta
mẽ facta interius, & non sine ea. pagi.
221. B.

Abrahæ tempore cùm esset genus hu
manum admodum multiplicatũ: cessa
uit contractus matrimonialis inter fra
tres. pagi. 222. A.

Abraham habuit plures vxores simul.
Sarram, & Agar. pagi. 388. A. &
392. A.

Abraham videtur accessisse ad ancil
lam ex consensu, & Sarrae dispensatio
ne. pagi. 394. B.

Abraham licet cum dispensatione ac
cesserit ad ancillã: nõ ob illud seqtur: nõ
potuisse absq̄ tali consensu accedere.
pagi. 396. A.

Abraham duxit vxorem Agar post
Sarram: sic q̄ vtraq̄ simul vera erat
vxor. pagi. 411. B.

Abraham duxit etiam Cethuram vxor
em. pagi. 412. A.

Abrahe si vera fuit vxor Cethura, &
Agar: quare vocantur concubinae. pa
gi. 417. A.

Abrahe vxores (q̄ veræ vxores erãt)
vocabãtur concubinae: non quia ad so

lim concubitum sumptæ, sed vel quia
inferiores erãt genere: vt patet de
Agar, quæ erat ancilla, & de Cethura
Vel quia non accipiebãtur cum solem
nitatibus, & ceremonijs legalibus, &
consuetis. Vel quia filij earum non suc
cedebant in bonis paternis: vt patet de
Isaac, & Ismael. pagi. 421. A. De quo
latius verbo Habere Concubinã.

Hucus indifferẽs non datur in ho
mine existente in gratia, contra
Scotũ, & Duran, licet deur in esse mo
ris quantum ad speciem: vt dicit S. Tho.
& non quantum ad indiuiduum. pagi.
393. A.

Actus meritorius fuit in illis patri
bus sanctis atiquis plures accipere vxor
es. Ibidem, De quom verbo. Habere
plures vxores.

Actus illorum qui veri coniuges sunt:
si fiant extra debitum modum a natu
ra preordinatum: aliquando sunt illici
ti venialiter, aliquando mortaliter. pa
gi. 614. B.

Actus coniugum quando fiunt seden
do, stando, ex latere, vel retrorsum ad
modum brutorum: semper sunt pecca
ta: si sine necessitate fiant vrgente. Et
erunt mortalia peccata, quando per ta
lem modum non sequitur generatio.
pagi. 615. A.

Actus coniugum, quando vir iacet, et
fœmina supergreditur: videntur, &
verissimile est esse peccata mortalia:
quia nõ potest esse receptio seminis ex
parte fœminæ. Quod si sit: non erit re
tentio

tentio, contra Libertum mag. & Sil-
uestrum. pagi. 615. B.

Actus illi coniugum contra ordinatio-
nem nature facti sunt aliquando lici-
ti: ita q̄ sine peccato fiāt. pagi. 616. B.

Actus coniugum (quando femina su-
pergreditur) licet (dum fiunt extra ne-
cessitatē) sint illiciti mortaliter: probabi-
le est neophitos anteq̄ audierunt malū
esse (dum non semper, sed aliquando si-
ant) per ignorantiam inuincibilem ex-
cusari. pagi. 617. A.

Actus inceptus a viro, sed non consu-
matus, nolens seminare: ne habeat plu-
res filios (dum modò mulier ex eo nō p-
uoetur ad seminandum) non est de se
mortale. pagi. 618. in fine. & 619. in
principio.

Actum inceptum non consummare: li-
cēt de se nō sit mortale, erit tamē prop-
ter periculū in quo se exponunt coniu-
ges diuertendi semen: quia difficilimū
est non seminare, actu incepto. pagi.
619. B.

Actus coniugum cūm fiant extra vas,
vel sic q̄ non possit sequi prolis: illiciti
sunt mortaliter pa. 619. B.

Actus coniugum quantumcūq̄ con-
tra ordinem a natura inditum fiant
si tamen vas seruetur, & sequatur ge-
neratio: non sunt damnabiles mortali-
ter. pagi. 620. A.

Actus coniugum propter prolem, vel
propter debitum reddendum, vel prop-
ter vitandam fornicationem in se, vel
in alio. nullomodo sunt peccata, sed bo-
ni actus. pagi. 620. B.

Actum carnalem exercere coniuges
causa procurandae sanitatis, vel conser-

uandae, vel causa delectationis: si mo-
do maneat intra limites matrimonij:
licet peccatum sit, non est mortale. pa-
gi. 623. B.

Actum illum exercere causa procurā-
dae sanitatis, licet aliter non posset con-
sequi, licet non sit peccatum mortale
esset veniale. Ibidem.

Actū coniugum exercere, propter de-
lectationem, vel sanitatem, quando de-
lectatio queritur ultra limites matri-
monij, licet sit peccatum mortale, solū
erit, quando in actu ipso cogitat a lēā
accessurum, etiam si vxor non esset, &
non quia solūm habet in habitu. pagi.
625. A.

Actus carnalis coniugum seruato va-
se, & modo naturali, nunq̄ est peccatū
aliquod: si fiat, vel propter prolem, vel
ad debitum reddendum. pagi. 625. B.

Actu reminisci alicuius finis matrimo-
nij non requiritur, ad hoc q̄ talis actus
excusetur a peccato, pagi. 626. A.

Actus carnalis inter coniuges licet pp-
ter frequentiam veniale sit, unq̄ tam-
men erit mortale: nisi concupiscentia
excedat limites matrimonij. Ibidē. B.

Actu cogitare de vltimo fine ab haben-
te charitatem non requiritur, ad
hoc q̄ sit actus meritorius, sed sufficit
virtute referre a lē finem, quem sibi pri-
us proposuit. Ibidem.

Actus coniugum non vitantur morta-
liter, q̄tumcūq̄ fiāt propter solam sa-
turandam libidinem, dum modò fiāt in-
tra limites matris. Non vitantur (in q̄)
licet fiant dieb⁹ festiuis signatis ab Ec-
clesia, in quibus ab operibus seruilibus
est abstinentum. pagi. 627. B.

Actū

t t ij

Actum illum exercere coniuges in diebus festiuis, etiam si Eucharistiam sumere debent non est mortale, secluso contemptu. Veniale autem est. pagi. 628, per totam.

Actum illum exercere coniuges tempore impregnationis (si nullum timeatur periculum) licitum est, sicut & alijs diebus non prohibitis. pagi. 629. B.

Actum illum coniugum tempore menstrui exercere: veniale est. At, si morbus sit, qui fluxus sanguinis dicitur: nullum est peccatum. pagi. 630. B.

Adoptio est: extranea personae in filium, vel nepotem, & deinceps legitima assumptio. pagi. 292. B.

Adoptio inuenta est ad supplendum defectum generationis naturalis: sic ut filius, vel nepos, qui per naturam haberi non potest: habeatur per artem, quae naturam prope se immitatur. Ibidem.

Adoptio quaedam propinquitas causatur: sicut per generationem carnalem causatur consanguinitas. pagi. 293. A.

Adoptio perfecta illa est, qua adoptatus transfertur in potestatem adoptantis: quemadmodum & naturalis filius in potestatem patris transit. Haec autem Arrogatio dicitur.

Adoptio imperfecta est a contrario, Et haec vocatur simplex adoptio. Ibidem. B.

Adoptionis (quae arrogatio est) & adoptionis simplicis differentia, ibidem per totam.

Adoptari non potest, nisi qui sui iuris est. Ibidem. B.

Adoptare non potest minor natu maior, nec frigidus, impotens ve, nec nisi

sexagenarius. pagi. 294. A.

Adoptare nequit femina: nisi ex concessione principis, nec minor, 25, annis. Potest tamen minor, 25, annorum adoptari: dummodo non sit qui necessario succedat in hereditatem. pagi. 295. A.

Adoptio (quae cognatio legalis est) in linea recta descendantium impedit matrimonium, contrahendum, & contractum dirimit: sic quod adoptans non potest contrahere cum adoptato, nec cum filio eius, neque cum nepote. pagi. 296. B.

Adoptio (quae & cognatio legalis) quae est inter filium adoptatum, & filium naturalem: impedimentum praestat matrimonio, tandiu, quod duo inter se simul cohabitare contingit. Ibidem. B.

Adoptio, sicut impedimentum praestat perpetuo inter adoptantem, & filium adoptatum, & filios omnes eius: sic etiam est inter uxorem filij adoptati, & patris adoptantis, & inter uxorem filij filij adoptati, & inter ipsum filium adoptatum, & uxorem patris adoptantis. pagi. 297. A.

Adoptio non impedit stando in iure naturae, vel diuino, sed solum ex Ecclesiae ordinatione. Unde si apud aliquas nationes contingeret adoptio, & personae iam signatae contraherent: ve um esset matri. Et non dissoluendum: si ad fidem esset transiit, & couertatur. Ibidem. B.

Adulterans, solum sine fide, vel permissio de matrimonio: post mortem propriae coniugis poterit contrahere cum illa, cum qua commissit adulterium. pagi. 168. B.

Adulterans, & promittens cum fide, vel iuramento de matrimonio contrahendo

non poterit post mortem proprie vxoris ducere illam. cum qua adulterium perpetratus est. Ibidem. Cetera per totum ar. 34. pagi. 168.

A adulterium commissum sufficiens causa est ad diuortium celebrandum inter fideles. pagi. 525. *A*

A adulterium tam ex parte viri: q̄; feminæ, licet sit sufficiens causa ad diuortium: aliqui sunt tamen casus in quibus (adulterio stante) non conceditur Qui et assignatur. pagi. 531. & 532.

A adultera si emendatur: vir non tenetur iam reicere a sepe diuortium, sed retinendo: bene facit. pagina. 533. *B*

A adulteram (si non emendatur, & si sunt testes sufficientes) sub precepto tenetur per diuortium a se reicere: dummodo non creda eam deteriore futuram post diuortium. Alias, licet possit: non tenetur. pa. 534. per totam.

A adulteram, licet vir non teneatur statim reicere: potest tamen per solam unam fornicationem, licet emendetur. At, per crimen infidelitatis: minimè: nisi in illo perseverat. pa. 536. *B*

A adulteriū accusare quantum ad duorum, potest vxor: sicut & vir. Quantum ad pœnam vero capitis: solum viro concessum est. pagi 540 per totam.

A adulteram deprehensam in delicto non potest vir occidere ad seque mortali. Quod si occidat eam data facultate a iudice, licet facit. pa. 541. *A*

A adulterium conjugatus comitens cum soluta anulo potest ad pœnam capitis accusari. Ibidem. *B*

A adulterium si conjugatus cum conjugata committat: solum accusari potest

ad pœnam a viro adultere, Ibidem.

*B*aptismus peccata tollit, sed non coniugia, neque tollit pœnam quantum ad homines, & Ecclesia: nisi que constituta est ab Ecclesia: ut per baptismum tollatur. pagi. 175. *A*. & 253. *B*

*B*aptismus tollit irregularitatem que ex peccato causata est, secus tamen de illa que sine peccato, pagi. 251. *B*

*B*enedictiones nuptiales recipere in Ecclesia omnibus fidelibus sub precepto est. pagi. 77. *B*

*B*enedictiones continere mortale peccatum est. Ex negligentia tamen non recipere eas videtur veniale. pagi. 78. *B*

*B*enedictiones recipere non tenentur nec sub mortali, nec sub veniali infidelis, qui in infidelitate contraxerunt, etiam si ad fidem conuertantur. pagi. 79. *A*

*B*ene tamen, & sanctè fit: si recipiant, pagi. 80. *B*

*B*enedicendi sunt neophiti huius orbis qui contraxerunt post conuersionem si adsit facultas. pagi. 80. *C*

*B*enedicende sint, nec ne, 2. nuptia. pagi. 81.

*C*athechismo contrahitur quedam cognatio spiritualis: quando scilicet tenentur catechismo. pagi. 126. *B*

*C*athechismo solum: oritur impedimentum impediens, & non diuiniens. pagi. 128 per totam. & 275. *A*

*C*athechismo solum, & non in alijs que preceantur baptismum contrahitur impedimentum ad mari, pagi. 129. *B*

*C*athechismi impedimentum non oritur in appositione salis, neque candelæ &c. non est contra Ecclesia determinationem, 30. q. 1. c. Peruenit, pa. 131. *A*

*C*athechismi impedimentum non oritur inter
t t iij

inter hos neophitos: quando proprios filios tenent in salis fabulo, nec in appositione sputi, nec crucis signo, nec in appositione olei, siue scienter, siue ignoranter id faciunt, pag. 131. B.

Cathechismi impedimentum nõ oritur inter parentes leuantes filios proprios et tenentes, quando exigitur ab eis fides: dum modò non ipsi respondeant, sed solùm teneant, Oritur tamen inter paruos respondentes, pag. 132. A.

Cathechismi, propter illã fidei instructionem oritur impedimentũ impedies et dirimens, pag. 128. et 275. B.

Cathechismi impedimentum propabile est non oriri quande solùm fiet sine baptismo: quia forte baptizatus est sine solemnitate, pag. 276. B.

Cathechismi impedimẽtum (quod orit in baptismo, et confirmatione) solùm impedit iure humano posituo, pagina. 277. B.

Cathechismi impedimẽtum, i. dispositio ad regenerationem: cum sit debile impedimentum, potest dispensari non solùm a summo Pontifice, sed etiam ab Epõ, Ibidem.

Coactio, seu metus, cadens in virũ constantem quis sit, pa. 46. A. Coactio cadens in virum constantem iure naturali, diuino, et humano annullat matrimonium, pa. 48. B.

Coactus quis ad matrim, propter timorẽ mortis, vel supri, vel carceris, vel verberum, vel seruitutis, vel gratis infamie sui, vel suorum, vel amissionis status, vel maioris partis bonorum suorũ vel vinculationis: non contrahit: iure natura, diuino, et humano, et nullus ẽ

contractus, pag. 40. C. Coactionis causa non consideranda est ex parte rei, sed eius cui infertur, pag. 1. na, 50. C.

Coactio, seu metus, quẽ sit quẽ cadit in virum constantem, et quẽ sit quẽ non cadit: si non sit expressum in iure: in arbitrio boni viri consistit, pa. 52. A. Coactio, aut metus, cadat ne, an non inter istos neophitos, siue ante conuersionem, siue post: confessores eorũ possunt iudicare, Et utrũ fuerit cadens in virũ constantem, vel non, et c, pa. 52. C.

Coactio extimorẽ leui: licet in foro extimorẽ fit matrimonii, in foro conscientie non tenet, sed est nullum iure naturali, pagina. 53. A.

Coactio ex leui metu annullat matrimonium inter istos neophitos in foro conscientie, nisi de nouo consentiant. Et hoc cum sint nimis meticulosi apud quos illud quod aq. ad virum constantem proleui iudicaretur: pro graui reputatur, pagina, 55. C.

Cohabitare volenti infideli: fideli sine contumelia creatoris, et sine hoc q. fidelem pertrahat ad mortale, tenebatur fidelis tempore Apostolorũ nõ discedere, pag. 503. B.

Cohabitare volenti infideli: fideli, istis temporibus, et ante per mille annos: non est preceptũ f. celi conuersio, etiã si su cohabitatio sine contumelia creatoris, et sine hoc q. ipsum pertrahat ad mortale, sed potest discedere quũ ad thorum, quẽ ad conuertatur, pa. 504. B. et 505. per totam.

Cohabitare licet non teneatur fidelis in fide volenti: siue contumelia, et per

pertractione ad mortale: melius fiet si
cobabuauerint: q̄ si discesserint. pag. 508. A

Cobabitare si uoluerit infidelis. fideli, si
ne contumelia creatoris. &c. tenetur
fidelis nō discedere: dū modō scādalizet
tur per hoc q̄ fidelis discedit. Ibidem.
Cobabitatio solim non facit matrimo.
ubi aliqui contraxerunt cum impedi.
sed requiritur (cessante illo) nouus con
sensus. pa. 23. per totam. 599. B. Et
Reliqua de cobabitatione per totum
ar. 12. 3. p. pag. 599.

Cognatio legalis in linea recta descen
dentium impedit matrimonium cōtra
hendum, & dirimit contractum. Et
impedimētum prestat inter filium ado
ptatum, & filium naturalem, tandiu: q̄
diu est cobabitatio. pag. 296. B.

Cognatio legalis solim impedit iure
humano. pa. 297. B.

Compaternitas nulla oritur inter
leuantem a sacro fonte, & bap
tizantem. pag. 285. A.

Compaternitas insurgit inter patrem
leuantem, aut baptizantem, & matrem
baptizantem. Ibidem.

Confraternitas insurgit inter ipsum bap
tizatum, seu leuatam, & omnes filios bap
tizantis, aut baptizantis. Vnde, neque
unt in matrimonio coniungi. pag. ma
288 B.

Confraternitas licet vere oriatur in
ter baptizatum, & omnes filios bap
tizantis, aut leuantis. tamen non contrahi
tur cum alijs fratribus baptizantem: dum
modo non fuerint leuati, vel baptizati.
Ibidem.

Confraternitas licet solim oriatur in-

ter filios leuantis, vel baptizantis, & in
ter leuatam, si consuetudo sit q̄ cum ali
is inter quos nō est impedimentum nō
contrahāt: debet obseruari. pa. 289. B
Confraternitas nulla est inter filios le
uantis, & baptizantis, sed possunt con
trahere inter se. pa. 291. B.

Consensus necessario requiritur ad
matrimo. ita q̄ stantibus omnibus
alijs, illo deficiente, non est matrimo. pag
18. B.

Consensus ipsorum contrahentium, &
non aliorum, requiritur. pa. 19. B

Consensum parentum sic (dixit Cas
saneus) esse requisitum, q̄ illo deficien
te) nullus sit contractus. pa. 20. A.

Consentiatur si vnus sit animus, & alter p̄
est: est matrimo. Dum modo qui consensit nō
reuciet consensum: antequam alia cō
suetudine. pa. 20. C.

Consensus per verba, vel facta, vel sig
na equiualentia est necessarius: ita
q̄ interior non sufficiat. pa. 21, 22, 23
& 24.

Consensu deficiente, per verba de fu
turo non fit matrimo. sed solum sponsalia.
pa. 27. B.

Consensum si vnus exprimat, altero nō
exprimente verbo, vel signo, aut factō
aliquo: nullo modo est matrimo. pa. 32. B.

Consensus vnus licet non sufficiat ad
matrimo. si tamen vno solim exprimente
mutuo se recipiant, & consumant, &
in operibus communicant, anteq̄ cum
alijs contrahant, presumendum est p̄
matrimo. in foro conscientie, dum dissen
sus non adsit. pag. 25. A

Consensum vno exprimente, alio tamē
non exprimente, tenet matrimo. si pro ta
cente

cente: parentes exprimant: siue ille pro quo præbetur consensus sit pubes, vel im pubis. pa. 37. A.

Consensus parentum non sufficit ad matri, filiorum: si ibi ignorauerunt cōtra. Am. pa. 38. A.

Consensus parentum sufficit a matri, filiorum: si ipsi intellexerunt de matri, agi a parentibus, & consumauerunt, nec contra lixerunt interius, vel exterius, signo, vel verbo. pa. 39. A.

Consentiant si interius filii puberes, & liberè maneant in contractu parentum ignorando tanen contractum. si pōst non contra licant, est verum matri. & pro tali iudicandum, Ibidem. B.

Consensus gubernatoris vtrum sufficit ad matri. pa. 40. A.

Consensus coactus. Vide. Coactio.

Consensus liberum requirunt octo. Omnia quæ sunt meritoria. Matrimonium, Voti promissio, &c. pa. 53. C.

Consentiat si quis (qui ad supplicium iustè trahitur) in matri, alias non valiturus: eiset matri pa. 60. A. Quod si iniuste damnatus est, & consentiat, in foro conscientie nullum est. Ibidem. B.

Consensum quando alter coniugum negat qui ad agendum erit. Vtrum possint diuertere, & cum alius contrahere. pa.

605. A.

Consensus si vir in aliquam, similiter mulier in aliquem per expressum consensum, & propria auctoritate diuertit ille qui negat consensusse, ille qui manet non potest aliam sumere: si modo manserunt per multum tempus simul in vnum. pa. 606. B.

Consensus si vnus in alium ad matri. per

verba expr. vtriusq; vel per signa, quæ do præcesserunt verba de matri. a paren. vel consanguini. & alter ipsorum dicit statim non consensusse post cōtractum, aut hoc ostendit factis s. fugiens a consortio, poterit qui verè consensusit contrahere cum alia absq; peccato. pa. 607. B.

Consensus siue vir, siue femina in matri. que scit alterum etiam consensusse & nihilominus negat consensusse, & ad aliud transit matri, probabile est qd ille qui manet possit ad aliud remeare absq; mortali: dum modo non certò sciat mentiri qui negat. pa. 608. A.

Consensus expressus mulieris si viro cōstiterit, licet neget consensusse: nullo modo poterit aliam sumere: vsq; ad mortem regnis consensusum. pa. 609. B.

Consulere minus malum ad vitandum maius licet. pa. 93. & 94.

Consulere licet alicui habenti impedimentum contrahentia. (i. voti) qd cōtrahat: dum modo sit incontinentens. p. 93. A. Consulere nullatenus licet viro, seu femine certò scienti alium qui negat consensusse, & promississe. Non inquam licet tali consulere vt ducat aliam uxorem: si nullam habet. pa. 611.

Consulere licitum est tali viro, vel femine affirmanti quod alter negat: vt conscientiam deponat de consensu alterius, i. qd credat non consensusse. Illa autem deposita, consulitur bene vt aliam ducat. pa. 612. B.

Consulitur licet illi qui affirmat consensum (uxore negante) vt conscientiam deponat: si habet aliam cum qua cōtraxit ante. Qua deposita, recte consulitur.

ne dimittat quã. 2. habuit. p. 613. A.
 Consulere licite potest religiosus illi
 qui affirmat consensum (altero negan-
 te) si nullam habet (cognita neophitorũ
 conditione) vt aliam ducat, vel si habet
 iã. 2. vt non dimittat: dummodò prius
 consulat q̄ conscientiam deponat. Ibi-
 dem. B.

Consilium Caietani. circa clandestina
 matri. pa. 71. B.

Clandestina fieri matri, est p̄ obibi-
 tum. Quibus etiam modis id fiat.
 pagi. 64. B.

Clandestine contrahere, i. sine testibus
 citra necessitatem: est peccatum mor-
 tale. pa. 65. C.

Clandestine contrahere sine testibus se-
 clusa necessitate urgente. & secluso iu-
 re pos. & slãdo in un. na. è mor. 67. B.

Clandestine contrahentes gentiles pec-
 cabant mortaliter: quia cõtra ius natu-
 rae, quod omnes obligat. Ibidem. C.

Clandestine contrahere absq̄ necessita-
 te, è quãdo posset fieri absq̄ peccato: vt
 si puella sub malignis tutoribus degens
 ne tradatur viro insipienti, oblata q̄ or-
 unitate contrahit cum viro sibi grato
 absq̄ testibus, pa. 68. A.

Clandestine contrahere sine testibus
 quibus de causis fieri potest. Ibidem.

Clandestine contrahere coram testibus
 sed sine bannis: vbi consueta sunt fieri
 & hoc sine causa rationabili: est pecca-
 tum mortale. Ibidem. C.

Clandestinum matri, imp̄repiẽdũ, d̄r quã-
 do contrahitur coram testibus sufficien-
 tibus, etiam si sine solemnitate quẽ in
 iure posita est fiat. pagi. 70. A.

Clandestini matri, vsus eo modo est pec-

catum: quo est matrimonio, ipsum clan-
 destinum. Ibidem.

Clandestini matri, vsus apud infideles
 licet sit peccatum (nisi ignorãtia inui-
 ci, sit) non est mortale. pa. 72. A.

Clandestini matri, vsus apud infideles
 conuersos ad fidem, qui in infidelitate
 contraxerunt clandestine, non est pec-
 catum mortale: nisi eis precipiatur q̄
 veniant ad contrahendum p̄ publice. pa-
 gina. 73. A.

Clandestine contrahentes neophiti sine
 testibus, quibus Ecclesiã preceptum su-
 fficienter promulgatum est, & pec-
 cant mortaliter, & in vsu clandes. de se
 non excusantur a mortali. pa. 74. A.

Clandestinum matri, inter neophitos
 propter aliquam circumstantiam potest
 esse licitum. Ibidem. C.

Dans eleemosynam licet aflu nõ
 cogitet de ultimo fine, sed diuertat
 se, dicitur dare propter vltimum finem,
 & meretur: dummodò sit in cha-
 ritate: quia virtualis relatio in finem
 sibi prius suppositũ sufficit. pa. 626. B.
 Daturum se qui promissit petro equũ
 & de factò dat leanni: peccat it quidẽ
 sed datio tenet. pagi. 650. B.

Debitum teneur reddere petenti
 uxori, ille qui postq̄ votũ simplex
 promissit: contraxit. Peccauit tamen
 mortaliter contrahendo. pa. 89. A.

Debitum exigendo qui post votum sim-
 plex continentie contraxit, licet morta-
 liter peccet: tamen post exigendo non
 peccat. Ibidem. C.

Debitum non possunt exigere ad ini-
 cem parentes qui citra necessitate pro-
 prios filios tenent, vel baptizant, pagi.
 prios

285. B.

Debitum petere nequit alter coniugum si probabiliter dubitat suum, vel suam alium habere. Quod si certò scit, nec petere, neq̄ reddere. pa. 610.

Debitum potest non solum petenti reddere coniux, sed et petere: supposito bona fide contraxit: quia si mala, nec petere, nec reddere. Ibidem. B. 633. A. Debitum nõ solum potest reddere: sed exigere qui dubitat de vero coniuge quantum ad speculatiuum iudicium, et non quodam praxim exigendo, vel reddendo debitum. pa. 634. A.

Debitum poterit reddere, et petere sine peccato, qui dubitat de vero coniuge, adueniente precepto Ecclesie de cõmanendo simul (quia non constat de cõtrario) dummodò non dubitat quòt ad reddendum, aut exigendum. pagina. 635. B.

Debitum non solum potest reddere: sed exigere, qui bona fide contraxit, putans mortuum coniugem priorem, et facta diligentia, non potest inuenire veritatẽ. Et hoc manente dubio. Victo. Soto. Et alij, pa. 636. Et. 637. A. Et. 638. B. Et. 642. A. Et. 644.

Debitum licet possit reddere qui mala fide contraxit, manente dubio, et facta diligentia, tamen non potest petere. pa. 937. B. 637. B.

Debitum reddere propter delectationẽ vel propter fornicationem fugiendam vel propter aliam causam sitne peccatum mortale, a veniale vide. Actus cõiugum. Etar. 15. 16. et. 17. 3. partus.

Olebus iuniorum, et sumptionis

Oeueharitia cõmiseri carnaliter

coniuges est veniale. pa. 628. B.

Diebus quadragesimalibus (quia ieiunat) non licet nuptias facere, nec in auentu. Et in letanijs: vsq̄ ad octauam Penthecos. Et ab auentu: vsq̄ Epiphaniã. pa. 629. B.

Dissparitas cultus est impedimentum quod impedit matri, contrahendum et dirimit contractum ex iure positiuo Ecclesie. Quod licet non sit expressum, habendum vt expressum. pa. 157. Reliqua in verbo. Cohabitare. Et infidelis. Et fidelis.

Diuortij causa quantum ad cobabitationem adulterum est propter multas causas, Xpo redemptore dicente non licere: nisi propter fornicationis causam. pa. 525. per totam.

Diuortij causa etiam quoad cobabitationem est multies. Vitium contra naturam patiendi, aut agendo. et c. pagina. 526. B.

Diuortij causa licet sit heresis, in qua alter coniugum labitur: non ideo est: quia heresis est fornicatio spiritualis, sed perimitur ab Ecclesia ob deffensionem fidelis, et ad tutelam eius. pa. 527. B.

Diuortij causam quantum ad thorum probabiliter dici posset esse non solum heresim, sed quodcumq̄ peccatum, ad quod inuenitur fidelis, et propter quod non potest manere absq̄ anime periculo. pa. 529. A.

Diuortium de rigore iuris deberet conceat propter quodlibet peccatum, Verum tamen ex quadam eius equitate solum reuocum est propter infidelitatis crimen. pa. 530. A.

Diuortij cause assignantur. pa. 531. et.

532. & 533. A.

Dotem tenetur pater dare filie (si promissit ei) si alicui nup sit, eo invito, etiam ante, 25. annu m. Et ad dandum dotem est compellendus. Et etiam si non promissit dotē se daturū. pag. 655. B.

Dotem non tenetur pater constituere & dare filie, quę nupsit alicui in bonefito, etiam si promissit. Ibidem.

Vicens vxorē quis post votum simplex continentie peccat mortaliter consummando matri, exigendo debitum, pa. 29. C.

Duxerit si quis scienter cum habente impedimentum voti simplicis, & peccat mortalit̄, licet matri, teneat, pa. 92. C.

Ducturum qui promissit, siue cognouerit eam, siue non, siue sit equalis conditione, vel superior, tenetur promissum ad implere, pag. 647. A.

Ducere nō tenetur sub mortali, qui promissit fide alicui puellę, quam cognouit carnaliter, & corrupit. si modo sit notabiliter excedens in conditione, nobilitate, & diuitijs, & puella nō ignoret. Ibidem. B.

Ducere qui fide puellę promissit: si cōsentiat, qui tamen excedit conditione, ipsa puella id ignorante, probabile apparet q̄ sufficiat eam dotare, & nō sit necessarium eam ducere, pa. 648. B.

Ducere qui fide promissit alicui puellę quam corrupit, tenetur eam ducere: si modo sit ei equalis, vel inferior, Ibidem. B. Quōd si non corrupit: nō tenetur ducere, pa. 649. B.

Ducere qui fide promissit alicui corruptę, licet copula sit sequuta, cuiuscū

q̄ sit conditionis, non tenetur eam ducere in foro conscientie. Tenetur tamen ad aliquid, Ibidem.

Ducere qui fide promissit, & debitor est: si d factocum alia cōtrabat: tenet. 2 matri, Ibidem.

Dubium, Vide supra, Debitum.

Ecclēsia non iudicat de occultis. pa. 109. A. Et. 70. B. Et. 132. B. Et 264. B. Et ibidem qui teneant contrarium, Et. 632. B.

Error potest contingere vel circa personam, q̄tū ad substantiā, vel error conditionis, vel fortunę, pag. 144. A. Error personę quantum ad substantiam, scilicet q̄ quis existimet cōtrahere cum Ioanne, & talis sit Petrus: annullat matri, pa. 146. A.

Error qualitatis personę non euacuat matri, Vt si quis contrahit cum hac, quā existimat esse virginem, diuitem, aut admodum nobilem, quę nec est virgo, diues, nec nobilis, pa. 146. A.

Errore cōcomitante existēte, matrimonio non est validum: quia licet sit voluntariū, nō est simpliciter, pa. 147. A.

Error conditionis seruilis est impedimentum solū stando in lege humana positiua, pa. 148. C.

Errore conditionis seruilis ignorato, si tempore infidelitatis liber contraxit cū ancilla: tenet matri, pa. 149. A.

Errore conditionis seruilis ignorato a serua: verē contrahit. Ibidem. B. Cetera de errore conditionis seruilis per totam pa. 149. & 150.

Error Viuicleph damnatus in concilio Cōstantiensi, dicentis sufficere ad matri, consensum interiorem, pa. 325. A.

De quo vide sententiã Caiet. pa. 324. B
Error Cherinthi, & Ebionis, dicentiũ aliqua precepta ceremonialia legis modo habere vim. pa. 463. B.

Error magistri, Durandi. B. Bonauen. Hostiensis, Erasmi, Gloſſæ, dicentium sacramentum matri, non conferre gratiam, pa. 518. A.

Error Celestini Pape, qui dixit matri, disſolui quoad vinculum propter heresim, pa. 529. A.

Error Eras. Caiet. Cathe. Laſtan. Firmiani, qui dixerunt matri, disſolui propter fornicationem quoad vinculum. ita q̄ poſſunt coniuges ad alia vota transire, pa. 558. B. & 559. A.

Error Duran. Martini de magistr. qui dixerunt fornicationem solum eſſe malam: quia in sacro Euangelio prohibita & non de se eſſe malam, pa. 583. B. & 633. B.

Error magistri senten. Hugonis, Hostiensis, & aliorum, qui dixerunt q̄ casu quo aliquis coniugatus eſt certus suum vivere, poterit cõmisceri non suo, adveniẽte precepto Ecclesie, pa. 639. A.

Errare potest summus Pontifex in ratione reddenda alicuius rei, non autem in his que ad fidem spectant, pa. 433. A. & 435. A. Et per totum, ar. 21. 2. p.

Erravit summus Pontifex quando Extra, de decimis. c. Parrochianos, dicit eſſe decimas reddendas: quia sunt de iure diuino, Erravit quidem: quia decime non sunt a Christo institutæ, nec de iure diuino.

Erravit Innocentius (ait Abulensis) dicens, q̄ non licuit habere plures uxores sine disſipatione, pa. 397. A. Et, 428

B.

Error aliquorum canonistarũ, qui dixerunt Papam posse dispensare in matrimonio, rato & iam consumato, pagi. 482. B.

Error. B. Gregorij qui dixit virum posse aham ducere viuente prima: dummodò illa non possit reddere debitum, exponitur, q̄uis Gratianus dicat eſſe cõtra canones, & doctri. sacri Euangelij, pa. 554 B.

Error. B. Ambro. qui idem dixit secundum aliquos. Tamen illi fuit impositus, pa. 555. B. & 556. A.

Error Cassanei in cathalogo glo. mundi, dicentis filiam non contrahere: si nubar alicui sine patris consensu, pa. 20. A. Et, 654. B.

Exheredare filium nunc non est statutũ, sed filia: q̄uis oli illa cũ illo cũ quo contraxit trad. debatur seruituti proximioribus parentibus: si modo contraxit voluntatem cõtraxit, pa. 653. A.

Exheredare potest pater: ut inquit Couarrubias) filiam, que contraxit illo inuito, etiam si sit vidua, Ibidem. B.

Exheredari non potest filia: si contraxit voluntatẽ patris contraxit: etiã si ignobili iungatur, & nequial. Et hoc in foro conscientie, Ibidem.

Exheredans filiam que contraxit contra suam voluntatem: q̄uis secundum leges humanas id faciat impunẽ: in cõscientia tamen nequit id facere, nec absolueudus eſt, pa. 655. B.

Exorzismus, Vide Cathecismus.

Gens aliqua si eſſet: tam barbarã, que nullã haberet doctrinam, nullam virtutem acquisitam, nec secundã legem

legem naturalē viueret, nec educatio nem filiorū haberet, nec thesaurizaret eis, nec aliquo modo curā filiorum haberet, apud tales inseparabilitas in matrimonio nō esset tā necessaria: sicut est alijs qui ratione pollent. pa. 347. B.

Gentiles repudiantes vxores secundū consuetudinem suam ante Xpi aduentum nullo modo peccabant. pa. 371. B.

Gentiles non solum non peccabant repudiādo post educationē. plis, sed pbabile ē q̄ etiā añ educationē. pa. 372. B.

Gentiles vxores repudiando ante Xpi aduentum, quocunq̄ tempore, quacunq̄ ex causa, etiam leui, non peccabant si modo eorū esset consuetudo. p. 374. A.

Vndē sequitur discrimen inter gentilem paganum, & gentilem Hebreum quandoquidem conceditur Iudeum peccare: si ex leui causa repudiaret, quod gentili negatur. Ibidem.

Gentiles non peccabant repudiando legitimas vxores ante Xpm, nec vxores repudiando viros legitimos. Ibidem. B.

Gentili (tam ex parte viri: q̄ fæminæ) non solum licebat absq̄ peccato repudiare post copulam, & consumationē, sed etiam fuit concessum eis post spon salia, siue de futuro, aut de presenti etiam ante consumationē. pa. 375. B.

Gentilibus & si ex quacunq̄ causā licebat repudiare, tamen gentibus que legibus humanis scriptis gubernabantur non licebat quauis causā, sed solum illa que in lege erat scripta. Ibidem.

Gentiles ad quos non peruenit sufficiens Euangeij notitia, & prohibitio a Xpo facta. aerepudio, non peccabant repudiādo: sicut nec ante eius p̄ssimum

aduentum. pa. 376. B. & 377. A.

Gentiles qui nunc sunt, ad quos Euangelij notitia peruenit: licet peccent mortaliter non recipiendo legem Xpi, probabile est non peccare mortalit̄ vxores repudiando iuxta mores suos. pagina.

377. B.

Gentiles (repudio facto ante Xpi aduentum) absq̄ peccato ad alia vota remeabant: quia quoddam vinculum dissoluebatur matrimo. pa. 379. B. & 380. A.

Gentiles poterant reconciliari post repudium, tam ex parte fæminæ: q̄ viri: si modō esset nouus consensus in matris. pa. 380. B.

Gentilibus nihil obstabat lex data Hebreis de non reconcilianda sibi vxore. Ibidem.

Gentiles repudiantes post legem Xpi nō possunt ad alia vota trāsire, cum nō dissoluatur vinculum matris. Et etiam si nō puenit ad eos notitia. pa. 382. A.

Gentiles vtentes repudio, dato a principio contraherent animo repudiandi secundum mores suos, inter tales non solueret matris, post repudiū. pa. 384. A.

Gentiles si in pactum ducerent repudiū: probabile est tenere matris, & non dissolui per repudium. Ibi. B. Et 385. p totā.

Gentibus paganis tempore legis naturæ, ante omnem legem scriptam licitū erat plures vxores habere in matris, sicut & fidelibus. pa. 401. A.

Gentiles plures admittendo vxores in matris, tempore legis scriptæ, ante aduentum domini, nō peccabant. Et hoc etiā omni dispensatione tam exteriori: q̄ in teriori. Iclusa. pa. 402. A.

Gentiles qui nunc sunt post legem Euāgelicā

gelicam, de qua nullam habuerunt notitiam: nõ peccant habendo plures vxores: sicut neq̃ ante legem Euangelicã, pagina. 404. A.

Gentiles qui nunc sunt, ad quos notitia legis Xpi peruenit, si habeãt plures vxores: probabile est non peccare: si modo id faciant causa procreandę prolis, & non desiderio saturadę libidinis. pa. 405. A.

Gentili, aut fidei: licet tempore legis nature, & scripta licuit habere plures vxores: tamen vxori nunq̃ licuit plures habere maritos, Ibidem. B.

Gens nunq̃ fuit, quę permissit mulieri plures habere viros, pa. 406. B.

Gentiles, seu fideles, tam tempore legis nature: q̃ scriptę plures ducentes vxores, mutuo consensu cum omnibus: verè contrabebant, & cum omnibus erat verum matri. pa. 411. B.

Gentiles pagani, seu Iudei post legem Euangelicam d. tam, dato nihil audiuerunt de ea, quę pluralitatem reprobat: si post primam: aliam sibi assumant: nullum est matri. cum. 2. sed solum cum prima. pa. 415. A.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quotta generationis distantia duę personę differunt inter se, pa. 214. A.

Gradu aliquo certo iure nature in linea recta prohibitum est matri. inter personas ascendentes, & descendentes, & non in infinitũ, pa. 215. B.

Gradus primus, s fratrum inter se, & non amplius: est iure nature prohibitus in linea transuersali. pa. 217. B.

Gradibus omnibus consanguinitatis,

dempto primo, in linea transuersali, stando in iure nature licitum est matri. celebrare. pa. 221.

Gradus omnes lineę transuersalis sunt dispensabiles a summo Pontifice, etiam primõ, pa. 223. B. Et in. ar. 27. 2. p. per totum.

Gradus consanguinitatis nullus est iure diuino Euangelico prohibitus. nisi solum patris, & filię, Filij, & matris. pa. 224. B. Reliqua de gradibus consanguini, & affini, per totum. ar. 43. p. p. & 27. 2. p. Et in verbo Pa, Et ar. 25. 2. p.

Habere cõcubinam (quę non accipiebatur affectu maritali) nunq̃ licuit. Quę sic accepta vxor non vocabatur. pa. 420. A.

Habere concubinam (quę affectu maritali accipiebatur) licuit omni tempore. Ibidem. B.

Habere concubinam secundum gleges humane disponunt: non licuit vnq̃ neq̃ tales vocantur vxores. pa. 422. B. Cetera de concubinis per totum ar. 19 & 20. 2. p.

Habere plures vxores non est de se malum: sic q̃ non liceat aliquando fieri, pagina. 387. B.

Habuerunt plures vxores sancti patres tempore legis Moysi, nec sunt reprehensi. si. pa. 388. A.

Habere plures vxores licet sit contra ius nature secundarium, non tamen cõtra primum. Ibidem. B.

Habere plures vxores quãuis non sit contra ius nature primum, est tamen contra ius diuinum posituum, a principiõ creationis institutum, & in noua lege expressè manifestatum. pa. 389. B.

Habere

Habere plures uxores in lege nature omnibus fidelibus iustis licuit absq̄ aliqua expressa Dei reuelatiōe. pa. 391. B
Habere plures uxores in statu nature ante omnem legem scriptam non solū licuit absq̄ aliqua dispensatione expressa, sed fuit meritorium in illis patribus. pa. 393. A.

Habere plures uxores in statu legis nature absq̄ dispensatione expressa sic licuit: vt etiam si fieret inuitis primis vxoribus, vel sine earum consensu: nullum esset peccatum. pa. 394. B.

Habere plures uxores sine dispensatiōe (capiendo dispensationem non pro expressa reuelatione, neq̄ pro interiori inspiratione particulariter facta, sed large, pro interiori dictamine rationis) nūq̄ licuit. pa. 396. A.

Habere plures uxores licuit tempore legis scripte ante Christi aduentum, & hoc solum ex ipsa lege, sine aliqua alia dispensatione. pa. 399. A.

Habere pluralitatem vxorum tempore legis velicet licuerit, verum effrenata multitudinem habere non oportebat Ibidem. B.

Habere plures uxores non licet Iudeo post legem Christi, quæ reuocat pluralitatem, Iudeo (in q̄) qui Euangelij notitiam habet. pa. 400. A.

Habere plures uxores apud gentiles paganos. V. de in verbo. Gentes.

Heresis causa diuortij est, necn̄ quæ sit fornicatio spiritualis, sed quia a tutelam fidelis concessum est. pagi. 527. B. & 528. per totam.

Impedimenta matrimonij sunt duplicia, Quædam que impediunt cō-

trahendum, licet non dirimant contractum, & sunt. Interdictum Ecclesiæ: vt non fiat matrimonium clandestinè Tēpus feriarum: vt non fiant benedictiōes nuptiarum in aduentu: vsq̄ ad Epiphaniā. Neq̄ a. 70. vsq̄ ad dominicam in albis. Neq̄ a dominica ante ascēssionem: vsq̄ ad dominicā trinitatis.

Vxoridum, quando non deprehensa in adulterio occiditur. Non vt adulterā ducat: quæ tūc erit ex alijs impedimētis.

Presbitericum, Incestus cum consanguineis vxoris, vel viri. Sponsalitiū: si primo quis cum alia de futuro sponsalia contraxit. Raptor alienæ sponsæ nō potest ipsam spōsam ducere. Si quis in catechismo aliquem tenuit: non potest matrem ducere. Votum simplex, quo stante non potest ducere vxorem. Matrimonium de facto cum moniali. Solemnis pœnitentia. pa. 63. A. & B.

Omnia ista, 11. impediunt, sic impediunt matrimonium contrahendum: vt si contrahatur istis stantibus: non dirimitur, sed valeat Est tamen peccatum cōtrahere sine dispensatione. In quibus omnibus potest Episcopus dispensare ad contrahendum, excepto in sponsalibus & voto: quia videntur aliunde vim trahere. Et vbi in alijs non est consuetudo dispensationem peti: potest sine peccato quis etiam sine dispensatione contrahere. ¶ Impedimenta que impediunt cōtrahendum, & dirimunt iam contractum: si præcedat matrimonij: sunt, Error personæ. De quo in verbo error. ar. 28. pa. 144. Error conditionis. Seruilis. ar. 29. pa. 148. Votum solemnne. De quo in verbo Votum. Et. a. 31. pa. 154.

Dijp a

v v

Disparitas cultus. De quo in verbo disparitas cultus. Et. ar. 32. pa. 156. Crimen. De quo. Ar. 33. pa. 164. Metus seu coactio. De quo. ar. 8. p. p. pa. 45. Cognatio carnalis. seu consanguinitas De quo. ar. 43. p. p. pa. 213. Cognatio spiritualis. De quo in verbo cognatio. Et ar. 54. p. p. pa. 274. Cognatio legalis. De quo. ar. 59. p. p. pa. 296. Ordo sacer. De quo in verbo Ordo sacer. Et ar. 27. p. p. pa. 190. Iugamen. De quo ar. 42. p. p. pa. 210. Affinitas. De quo ar. 46. p. p. pa. 237. Impotētia De quo ar. 38. p. p. pa. 194. Publica honestas. De quo. ar. 50. p. p. pa. 257.

Impedimenta ista sunt talis conditionis ut si matrimonium precedant: impedi ant contrahendum, & dirimant cōtrac tum: quia nullo modo (ipsis existenti- bus) potest matrimonium constare: nisi adsit dispensatio: quia tales persone p talia impedimēta omnino sunt inba biles ad matri. De oib⁹ simul. p. 144. B Impedimentorum dirimentium suffici entia pa. 144. B. Et. 145. per totam Incestus cōmissus cum consanguineis proprijs non est impedimentum quomi nus talis incestuosus possit matrimo. contrahere. pa. 133. B.

Incestus cōmissus cū cōsanguineis vxoris, vel si femina sit: cum consanguineis viri: est impedimentum: ita ut altero decedente, qui incestum cōmissus nō possit alteri matri, cōiungi, pa. 134. C. incestuosus cum affinibus sciens impe dimentū, & contrahens absq̄ expressa vel interpretatiua dispensatione: peccat mortaliter. Si autē cū dispensatione: aullum est peccatū, pa. 135. per totā.

Incestuosus cum affinibus potest Ep̄s dare licentiā ut contrahant. p. 136. A Incestuosi incōlae huius noui orbis contrahentes absq̄ dispēsatōe nullū peccatū (saltem mortale) cōmittēbāt. pagina. 136. B.

Incestuosi iuuenes cōtrahendo sine dispensatione nō peccāt mortalit. si timēt incontinētā. Ibidem. C.

Incestuosus cū proprijs cōsanguineis non est impeditus quoad exactionem debiti. Incestuosus verō cum consanguineis vxoris interdicitum est exigere At, si petat (secluso contemptu, absq̄ dispensatione, in quo Episcopus potest) non videtur mortale. pagina. 631. A.

Indis fauet quod ponitur pag. 20. B. C. 23. B. C.

In dubijs tutior pars est eligenda. pa. 29. A.

Indis fauet quod dicitur pa. 37. A. Et pa. 51. A. et. C. Et. pa. 55. B. Et. pa. 121. A. Et. pa. 131. C. 132. per totam. Et pa. 137. A. Et. 150. B. 160. B. 173. A. 175. B. 176. A. 177. B. 179. B. 180. per totam.

In dubijs pro matri. diffiniendum. pa. 184. A. Et. 207. B. 569. B.

Indis fauet quod ponitur. pag. 184. B. Et. 185. B. 209. B. 347. B. 545. B. 573. B. 579. B. 584. per totam. 589. A. 600. per totam. 608. B. 610. B. 613. B. 618. A. 620. A. 638. A.

Infidelis contrahens cum aliqua muliere, in animo habens recipere simul aliam cum ea: verum contrahit matri. cum prima. pa. 331. B.

Infidelis contrahens cum aliqua, animo repudiandi, quando displicat: contra- h. t.

bit matri. pa. 332. A.

Infidelium matri legitimum, verum, et consummatum dissolui posse in tribus casibus positus, 1. Corinth. 7. habet Ecclesia ex intentione Christi loquentis per Apostolam suam. pa. 483. A.

Infidelium alter quando conuertitur, et infidelis non vult simpliciter cohabitare fidelis: tunc fidelis potest aliam ducere. Et dissoluitur matri. pa. 484. A.

Infidelis quando vult cohabitare fidelis, licet non velit conuerti, sed non sine contumelia creatoris: dissoluitur matri. ibidem. B.

Infidelis quando cohabitare vult fidelis sed pertrahit eum ad mortale, tunc, cum fidelis non debeat manere, sitimet periculum, debet cogere infidelem vi destitutum. Nolente vero, disc edat fidelis, et ducat aliam. pa. 485. B.

Infidelem est necessarium requirat fidelis, ad hoc quod si noluerit, possit ad aliud matri transire. pa. 492. B.

Infidelis contrahens, 2. matri, postquam fidelis contraxit: non peccat. pa. 514. B.

Infidelium matri, non est sacramentum capiendos sacramentum pro bono matrimonio, quod est indissolubilitas, pa. 516. B. Capiendo vero sacramentum pro ut est sacre rei signum: est sacramentum. Ibidem.

Infidelium matri confert gratiam, non quidem gratum facientem, sed largo modo, pa. 518. B. Et, 519. B.

Infidelium matri, licet tempore infidelitatis non sit strictè sacramentum, neque gratiam gratum facientem conferat, tamen cum baptizantur, et de nouo consentiunt sit sacramentum, strictè

capiendo, et confert gratiam gratum facientem: si sunt alias dispositi, ibidem. B.

Infideles si persistant in consensu habito tempore infidelitatis, et erit sacramentum et gratiam conferet. Itaque non requiritur nouus consensus necessario, pa. 520. A. Reliqui in verbo Cohabitatio, et Gentiles.

Ingressus religionis dissoluit matri monium ratum, non consummatum, ex intentione christi. pa. 482. B.

Irregularitas que cum peccato est tollitur per baptismum. Secus de illa que sine peccato, pa. 251. B. Et in verbo Baptismus.

Lex naturalis. Vide ar. 47. p. p. pa. gi. 242. et ar. 6. et 7. 2. p. et in verbo Lex.

Lex positua humana infideles non sunt astricti, nec diuina positua veteris legis, cum sint extra Ecclesiam. pa. 67. C. et 159. C. 464. A.

Lex quando loquitur per verba preceptua, aut equiualecia: ut est, Inhibemus, obligat ad mortale, quous hanc non sit potissima ratio obligandi, pa. 69. C. Legis obligatio cessat, cessante ratione legis. pa. 83. A.

Lex aliqua scripta, aut naturali nulli tempus est prefixum, quo non possit promittere alteri quod suum est. Ibidem.

Leges potest ponere, et edicta dominus infidelis subditis sibi, que pertineant ad suam rempublicam, et bonum communitatis, Et sic possunt condere leges circa matrimonium. pa. 160. A.

Lex Evangelica omnes obligat, Vetustamen infideles, i. populum gentilem minime,

n^o mē ligat, cūm non susceperint illam, pa. 224. B. C. 225. A. C. 245. A.
 Lege naturæ si aliquis gradus affirmatis prohibitus est, in quo non licet alicui matri contrahere: solum est filij cū nouerca, pa. 242. B.
 Lege diuina positina veteri plures gradus affirmatis fuerunt prohibiti in matri, pa. 244. B.
 Lege diuina Euangelica nullus gradus affirmatis est prohibitus, pa. 245. A.
 Lege purē humana licet olim fuerint prohibiti. 7. gradus affirmatis, intra quos non poterat quis contrahere, postea facta est restrictio vsq̄ ad. 4. solum ibidem, B.
 Lex naturalis quantum ad prima sua principia (que sunt per se nota) est eadē apud omnes, nec aliquam patitur variationem. pa. 240. B.
 Lex naturalis quantum ad illa quæ sūt de. 2. præceptis, quæ velut conclusiones deducuntur ex primis principijs: est variabilis, nec est eadem apud omnes, pa. 350. B. Et non solum non sunt apud omnes, sed et de corde hominum possunt totaliter aboleri, pa. 351. B.
 Legem condendi qui habet potestate poterit dispensare in matrimonij inseparabilitate, impropiè tamen pa. 356. B. C. 357. B.
 Legem Christi non recipiendo gentiles ad quos sufficiens eius nouitia peruenit peccāt, pa. 377. B. Et. 405. A.
 Leges humanæ concubinam habere cōcedunt, et meretrices esse: quia per illas non omne malum prohibetur. Conceditq̄ aliqua mala, et permittit, quæ si non permitterentur: maiora eueni-

rent, pa. 423. B.
 Legibus secularibus tenentur obedire Christiani, pa. 425. A.
 Lex est mensura quedam, seu regula actuum humanorum, secundum quantum quis præceptis inducitur ad agendum, et in prohibitionibus retrahitur, pagi. 443. B. C. 444. A.
 Legis ratio, et ad hoc quod obliget, requiritur q̄ promulgetur, pa. 444. A.
 Lex vetus obligabat ad sui obseruantiam non solum populum Hebræum, sed et gentilem, quantum ad moralia, et naturalia, Et non quia ibi lege scripta, sed quia de lege naturæ, quæ (cūm sint eadem apud omnes gētes) omnes obligat, pagi. 444. B. Et. 445. A.
 Lex vetus non obligabat populum gentium, quantum ad ceremonialia, et iudicialia, pa. 445. B. Et. 446. B.
 Lex vetus per mortem Christi sic cessauit: ut non solum non obliget ad sui obseruantiam, sed obseruantes eam quantum ad ceremonialia, et iudicialia, credentes q̄ vim habeant: peccant mortaliter, pa. 447. A. Et. 468. A. Et. pa. 463. B.
 Lex modo obligans quantum ad moralia, et naturalia: non obligat quia in lege uel fuerint posita, seu quia alia lege fuerunt stabilita, pa. 448. A.
 Lex vetus modo non est lex dicenda, cūm non liget, ibidem, B.
 Legis abrogatio erit, et non dispensatio: si cum omnibus fiat dispensatio, pa. 466. B.
 Legis dispensatio ad illum pertinebit, ad quem spectat condere illam, ibidem Et. 235. B. 467. A.
 Lex

Lex de occisione vxoris depræbenssæ in adulterio moderata est. pa. 540. A. Leges condere circa matrici. sacramentum secundum se non potest potestas secularis. De peraccidens tamen potest: quia matrici, non solum est sacramentum, sed est contractus humanus. pa. 652. B. Leges aliquas tenere in foro exteriori, quæ non teneant in conscientia: non est mirum. pa. 656. B.

Libellus repudij apud Michuaca Nunces, Mexicanoos, & Nicharagua. pag. 334. & 335.

Libellus repudij fuit in vsu apud Hebreos permissione Dei: quia illo tunc utebantur gentiles. pa. 350. B. & 360. A.

Libellus repudij licet fuerit in vsu apud gentiles: tamen lege data ipsis Hebreis fuit conueniens in lege permissione repudiandi exprimi. pa. 361. A.

Libello repudij vtentes Hebrei nullatenus peccabant, nõ solum si repudiaret post educatione prolis, sed etiam si ante eius educationem, & natiuitatem: dum fieret secundum legis permissionem. pa. 361. B. & 363. A.

Libello repudij vtentes Hebrei secundum legis permissionem licet ante Xpi aduentum non peccabant, post tamen sufficientem notitiam Euangelij repudiando peccant mortaliter. pag. 365. A.

Libello repudij licite utebantur Hebrei propter quæcumque causam, ex qua odio habebatur vxor. Ibidem. B. 365. B.

Libello repu. nunç licuit vti fæmina quæ tunc odio haberet virum. pa. 366. B.

Libello repudij dato secundum legis permissionem, dissoluebatur matri, primum, legitime contractum. Contraben-

do quæ cum alijs, tam repudians: quæ repudiata, verè contrabebant. & erat matrimonium verum. pa. 368. per totum. Libello repudij dato, quis repudiata licite contraberet cum alio, mortuo. 2: non poterat reddere ad primum, etiam primo viro volente eam reducere. pa. 369. A. Poterant tamen ante quæ cum alijs contraberent, tam repudians: quæ repudiata, de nouo contrabere, cum nouo consensu. Ibidem. B.

Libello repudij concesso, licet per illud solueretur matri, in lege veteri, tamen post Xpi passionem apud Iudeos qui adhuc velle seruauit: non soluitur matri. pa. 370. B.

Libellus repudij apud gentiles. Vide in verbo Gentiles.

Libertas. Vide. Voluntas.

Ligaminis impedimentum est, quædo aliquis ligatus est matrimonialiter: sic quæ cum alia nequeat contrahere. pa. 210. B. Et per totum, ar. 42. p. p.

Vcrari non potest per ludum qui habet ceterum: nisi. 50. si modo 100. non sunt sui, sed solum. 50. pa. 648. B.

Maleficij impedimentum. Vide ar. 40. p. p. pag. 208.

Matrimonium institutum fuit a Deo in officium, in paradiso. In remedium verò: post peccatum. Confirmatum autem, & roboratum post a Xpo, pa. 10. A. Et. 310 per totum.

Matrimonium. Coniunctio. s. maris, & fæmine est de iure nature, pa. 11. A. Matrimo. finis duplex. Propagatio, & operum comunicatio. pa. 12. B.

Matri, licet sit de iure nature, non tamen de iure comuni omnibus animalibus,

bus, sed prout ē cōmune hominibus pa.
16. B.

Matri. est verum quando parentes lo-
quuntur pro filiis: dum ipsi non contra-
dicant. pa. 42. C.

Matri. potest contrahi per procuratorē
& per nuntium. pa. 43. C. Et. 97. A.

Matri. impuberum. Vide ar. 39. p. p.
pagina. 203.

Matri. contractus viri certi ad certam
fœminam: sicut reperitur legitimus in-
ter fideles: ita & inter infideles. pagi.
309. B. & per totum ar. 1. 2. p.

Matri. verum fuit inter incolas huius
prouintia Michuacan, vbi conuincti fu-
erunt secundum mores suos vir, & fœ-
mina. Voluntariē. Ad prolis procreatio-
nem, & operum cōmunicationem. pa.
314. B.

Matrimonij indissolubilitas siue apud
fideles, aut infideles: non est de iure na-
turæ: sic q̄ omnes non obseruantes eam
peccent, seclusa lege aliqua, sed est de
iure diuino Euangelico, Christo præci-
piente, & declarante talem indissolubi-
litatem. pa. 480. A.

Matri. legitimum si in aliquo casu di-
ssoluitur, siue sit apud fideles, siue infi-
deles: solum erit ex interpretatione ver-
borum Christi. In quibus ipse qui indi-
solubilitatē matri. præcepit: dissolui po-
sse manifestauit. Ibidem. B.

Matri. ratum non consumatum q̄ inter
fideles dissoluitur per ingressum religi-
onis solum. & q̄ cōsumatum nullo mo-
do dissoluitur: habetur ex dictis Christi
pa. 481. A. & 482. per. totam.

Matri. ratum non consumatum si per
Pontificis summī auctoritatem possit

dissolui: quare non per Episcopū in sua
diocesi, cūm non sit ei interdictum. pa.

483. A.

Matri. legitimum infidelium, verum,
& consumatum dissolui posse in tri-
bus casibus positus ab Apostolo: habet
Ecclesia ex intentione Christi. Ibidem.
Matri. vinculum cum a solo Deo sit: ab
eo poterit auferri, & sic dissoluiere po-
terit matri. Ibidem. B.

Matrimonium Acthyorum in his parti-
bus morantur, vbi fauetur, ad conscien-
tię securitatem. pa. 493. B. Et. 494.
A.

Matrimonium non soluitur per. 3. ca-
sus ab Apostolo signatos, quoad fidelis
transeat ad. 2. matri. pa. 510. A. Verū
est tamen q̄ in quocunq̄ illorum fide-
lis habet ius ad transeundum, & soluen-
dum statim. pagi. 511. B.

Matri. monium licet dissoluitur cū pri-
mum fidelis post aliquem trium casuū
transit ad aliud matri. tamen non solui-
tur: si infidelis discedens ad aliud ma-
tri. transeat, manente fidelis in viduitate
pa. 513. A.

Matrimonium. 2. contrahens infidelis
postq̄ fidelis contraxit: non peccat. pa.
514. B.

Matri. fidelium sola morte dissoluitur
quoad vinculum. pa. 553. A.

Matrimonij causas tractare propter ea
rum grauitatem ad Episcopos perti-
net, nisi ex cōmissione aliquibus conce-
datur. pa. 560. & 561.

Matrimoniales causę cōmittantur nō
cui libet, sed de cō. & ex p̄. totam. Ibidem.
Matrimoniales causas tractare conce-
ditur prælatis religiosis, & quibus du-
xerint

xerint committendū, pa. 561. B.
 Matrimonij cause tractandæ sunt sine
 strepitu, & figura iudicij. Et illa quæ
 non sunt necessaria: reijcienda, pa. 562
 & 563. Et. 578. & 579. per totam.
 Matri. non transit in rem iudicatam,
 & quæ inde transit, pa. 564. per totam.
 & 565. A.

Matri. dissoluitur per solam confessio-
 nem illorum qui stant pro matrimonio,
 si consentur impedimentum præcesi-
 sse, propter quod non potest cōstare ma-
 trimonium: quia tunc non suspicandū
 falsè contra se confiteri. Si tamen non
 stat pro matrimonio: quia ipsi dissolui
 volunt: non est credendum: quia ipsi di-
 cunt tale esse impedimentum. pa. 567
 per totam. & 568. & 569. A.

Matris testimonium suspectum in ma-
 trimonio, pa. 566. A.

Quæritur: si quis petere illum qui
 ducitur ad patibulum, pa. 60. A.

Meretricium concedit respublica ad vi-
 tandum maiora mala. pagi. 423. B.

Meretrices in vxores accipere non
 solum non est illicitum, sed ad remissio-
 nem peccatorum prodest, pa. 425. B.

Meritorius actus fuit in patri, ve. tes.
 plures accipere vxores, De quo vide in
 verbo Habere plures vxores.

Mereri, aut demereri nō potest aliquis
 vno, & eodem t. tu, pa. 537. A.

Mētus. Vide coactio, & ar. 8. p. p.

Quæritur: si quis valentes loqui possit
 contrahere, per hoc quod ab alijs con-
 iunctum contradicunt, pa. 43. C.

Naturalia non sunt propter pecca-
 tum abolita, licet remiserint sau-
 tiata, pa. 10. B.

Naturalia integra retinent infideles, &
 ius obtenebrata. Ibidem. C.

Natura omnibus animantibus necessa-
 ria administrat, pa. 11. A.

Natura ad politicam societatem incli-
 nat, Ibidem.

Naturale est quod causā habet ex prin-
 cipijs naturæ ex necessitate. Et id ad
 quod natura inclinatur dicitur etiam na-
 turale. Et hoc. 2. modo matri. est natu-
 rale, pa. 11. B. & 12. A.

Necessitas a sine sumenda est in
 naturalibus, pa. 10. C. Et. 12. B.
 49. A.

Necessarius est consensus ad matri. Vi-
 de consensus.

Negare debitum. Vide Debitū, & Dic-
 tium.

Nigrorum matrimonium qui relique-
 runt proprias, & legitimas coniuges in
 propria patria, fauetur, pagina. 493. B.
 494. A.

Non requiritur assensus Episcopo
 cum ultra duas dietas ad hoc quod re-
 ligiosi agant ad diuortium, De quo in
 verbo Religiosus.

Ordo aliquis. 4. minorum, nec pri-
 mi tonsura impedit matri. cōtra,
 neque dirimit iam contractum, nec post con-
 tractum impedit usum matrimonij, pa.
 191. A.

Ordinatus, subdiaconus, diaconus, si
 ue presbiter: nullo modo potest matri.
 contrahere. Quod si contrahat: dissolui-
 tur, & est excommunicatus, & irregula-
 ris. Ibidem. A. & B.

Ordinetur si aliquis vxoratus apud La-
 tinos. verè suscipit ordines. Ibidem. B.

Quod si fiat sine vxoris consensu: non re-
 cipit

capit executionē, & ē irregularis. Ibi. Ordinatus non bene ducit vxorē. Vxoratus autem, bene ordinatur. Ibidem. Ordinatus apud Latinos, qui vxoratus erat, si cum vxoris licentia ordines recipiat, verē recipit & ordinis & executionem, pa. 192. A.

Ordo sacer impedit contrahendum, & contrahere, dirimit: solum ex iure positivo humano. pa. 192. B.

Ordinis impedimentum quando incipit, pa. 193 per totam.

Papa in omnibus gradibus prohibitis iure positivo humano potest dispensare. Tamen in prohibitis iure natura, aut iure diuino Euangelico: minime, pa. 235. B.

Papa si modo prohiberet vsq; ad. 7. gradum: teneret prohibitio, & coniunctim aliquo illorum: non essent veri coniuges. Et ultra posset prohibere: dum tamen possit in aliquibus celebrari matrimonia, pa. 236. per totam.

Papa potest dispensare in omni gradu transuersali, nullo secluso, pa. 223. B. 466 B. 467. 468. Et licet possit: non expedit, Ibidem, & 471. B.

Papa, aut concilium generale totam Ecclesiam representans, non potest sacramentum aliquod instituire de nouo, licet possit circa sacramenta multa precipere, & prohibere, & sacramentalia addere. & tollere, pa. 229. B.

Papa in omnibus que asserit dicere verum non est necesse, pa. 429. B.

Papa potestas quo intellegatur. Ibidem. Papa in diffinitionibus preferendus est omnibus doctoribus. In expositione in sacre scriptis, non est necesse, pa. 430. A. et. 434. B.

Papa licet in diffinitionibus omnino creditus est, tamen rationibus quibus mouetur ad diffinitionem non est necessarium credere, & fide dare, p. 432. p. tota, & 433.

Papa potest errare quatenus homo, in illis que non spectant ad fidem, pa. 435. A. De quo vide in verbo Error.

Papa qui nunc cathedram. B. Petri tenet, & feliciter regit, potest cassare, & tollere omnia que ab eius predecessore sunt constituta, pa. 468. B.

Papa non potest dispensare in linea recta ascendenti, & descendenti, pa. 473. A.

Papa sine causa dispensans in linea transuersali: male ageret. Ibidem, B.

Papam non posse dispensare in primo gradu affinitatis: aliqui dixerunt, sed male, pa. 476. A.

Papa Leo. 10. concessit ordinem heremitarum. S. P. N. Augustini, qui cum his qui in primo affinitatis gradu scienter, aut ignoranter contraxerunt (modo id notorium non fuerit, neque in iudicio productum) dispensare vellent, Ibidem, B.

Papa non potest dispensare in matrimonio consumato, nec in rato non consumato, pa. 359. A. & 482. 483.

Petere delictum, Vide dubium, & Debitum.

Proestas humana, Vide leges.

Proestas Ecclesie, aut secularis, non potest aliquem compellere ad matrimonium. Potest in presens: si nolit ad id moueri, & proprio permittere. Quo non committente: erit verum matrimonium, pa. 42. p. tota.

Publica honestas est impedimentum in humano, pa. 257. B.

Publice honestas impedi non habet locum.

cum inter infideles, cum teneantur legibus naturalibus, & diuinis Euangelicis solū, Ibidem. B.

Publice honestatis iustitia oritur ex spō salibus legitime contractis, post septēnium, ubi interuenit legitimus consensus. pagina. 261. B. Cetera per totum ar. 51. p. p.

Per cōtumeliā creatoris nō intelligitur aliquod malum dicere de Xpo, qui summum bonum est. Vel ali quod bonum subtrahere ab eo, q̄ cōtinet omne bonū. Cū sit summum bonum, pa. 494. B.

Per contumeliam creatoris (in qua durante infideli, potest fidelis aliud contrahere matri, non intelligitur solum per hoc q̄ infidelis seruat ritum, & morem collendi suos Deos. pa. 496. A.

Per contumeliam creatoris (perquam dissoluitur matri, si infidelis ab ea non desistat) intelligitur quodcunq̄ peccatū ipsius infidelis, factum coram fideli, per quod vere fidelis periclitatur. pa. 497. B. & 498. per totam.

Pertractio ad mortale (perquam matri legitimum soluitur) non est per hoc q̄ infidelis mortaliter peccat, & continuo est in mortali peccato, nec per hoc q̄ infidelis suggerat fideli, vel suadeat aliquod peccatū, vel ad infidelitatem. pa. 499. B. & 500. per totam.

Peruactio ad mortale tunc erit, quando ex parte infidelis est mentio violenta, compellēs fidelem ad mortale, quod cunq̄ sit illud. Et tunc dissoluitur matri. pa. 501. A.

Pertrahi ad hoc q̄ dicatur vir fidelis ab uxore infideli: amplius requiritur: q̄

e contra: q̄a vir est fortis in resistendo quod non est femina, sed nimis debilis. pa. 502. B.

Presbyterycidium est impedimentum impediens, non autem dirimens. jag. 142. B.

Presbyterycidij impedimentum potest ab Episcopo dispensari: sicut & potest in omnibus impedimentis non dirimentibus. Ibidem. C.

Priuilegium Pauli. 3. concedens neophitis leuātes proprios filios nō contrahant impedimentum cathechismi. pag. 133. A.

Priuilegium Pauli. 3. cōcedens neophitis q̄ solū ceremonie in baptismo fiat cū ducibus, aut tribus p̄ omnibus Ibidem.

Priuilegiū Pauli Tertij concedens neophitis huius orbis q̄ possint contrahere intra. 3. & 4. gradum. pa. 227. A. & 253. B. Et. 599. B.

Priuilegium Leonis. 10. concessum fratibus heremitarum. S. Augustini. pa. 476. B.

Priuilegium Nicolai. 4. cōcessum ex dmi predicato: ut illi qui ad terras infidelium transierint: possint iudicare de causis matrimo. Idem p̄ Adria. 6. & Iulium. 3. pagin. 561. B.

Priuilegium Adria. 6. concedens ministris huius orbis in utroq̄ foro tantā q̄tam. pa. 595. B.

Priuilegium Adria. 6. & Pauli. 3. concedens ministris sancti Euangelij huius noui orbis q̄ possint se gere ad diuortium ut iudices, intra duas dietas, cum assensu Episcoporum, & extra duas dietas: sine assensu. pagina. 596. per totam.

Privilegia religionum habens Episcopus per communicationem potest pcedere cum iudicibus in diuortio, sine strepitu, & figura iudicij. pa. 598. A.

Procurator potest contrahere spōsalia, sicut & matri, de presenti. pa. 97. A.

Procurator necessario debet habere speciale mandatum ad contrahendum & non sufficit q̄ sit missus. Ibidem. B. Cetera de matri. per nuntium, vel procuratorem Vide. ar. 16. p. p.

Quid obseruandum a iudice Ecclesiastico in diuortio neophitorum. Vtrum sine figura iudicij, & strepitu cum illis sit procedendum, & sine tabellone. Vide. ar. 103. p. pa. 376.

Quid considerandum in Ecclesię determinationibus. pa. 130. B. et pa. 397 B. Et 428. & 429. B.

Reconciliatio post diuortium potest fieri ab innocente, etiamsi innocēs diuortium petierit, & ipse nocens noluerit reconciliari. pa. 549. A.

Reconciliare & si posset innocens nocentem post diuortium utens iure suo, non tamen teneretur ad hoc: quantumcūq̄ fuerit emēdata adultera. pa. 550. A. Cetera de reconciliatione per totum articulum. 6. 3. p.

Religiosis prohibitum est tenere in familiaritate cum familiaribus. pa. 287. B.

Religiosi quibus concessum est, & cura cōmissa a suis prelatibus: licite in causis matrimonialibus istorum neophitorum occupantur. pa. 586. B.

Religiosi, seu ministri qui conuersioni

istorum neophitorum intendunt, conuētos in concubinato, quando ad eorum notitiam peruenit, licite separant, eis dicendo. Non potestis simul esse. Nullo modo conueniatis in vnum. pagina. 588. A.

Religiosi, seu ministri non solum possunt licite separare quos inuenerint in concubinato coniunctos, sed etiam eos qui reputantur a vicinis uxorati, qui in veritate sunt concubinarij: si modo noluerint (non obstante impedimento) de nouo secrēte cōtrahere. pa. 589. A.

Religiosi, seu ministri qui conuersioni infidelium intendunt: si quos inuenerint coniunctos in matrimo, per expressum consensum vtriusq̄, tamen secrēte sine testibus, si cognouerint ob aliquo impedimento eos nullo modo posse coniungi: licite possunt eis consilium dare q̄ separentur, sine hoc q̄ iudicis Ecclesię sententia precedat. pa. 592. A.

Religiosi si quos inuenerint coniunctos in matrimo, coram testibus, sed non in facie Ecclesię, cognito impedimento, quo non potuerunt coniungi, possunt monere, & consulere ad separationem sine aliqua sententia iudicis Ecclesię. pa. 593. B. Et hoc dummodo prudenter fiat, & sine pusillorum scandalo. pa. 594. A.

Religiosi de beneplacito Episcopo: um non solum possunt consulere ad separationem, quos noverunt non posse iungi siue cū testibus, siue sine fuerunt iuncti, sed etiam licitum est eis id dicere illis qui in facie Ecclesię contraxerunt dummodo non potuerint contrahere, et sint extralecūm in quo est iudex Ec

defacticus. pa. 595. B.

Religiosi videntur omnibus priuilegijs concessis hucusq̄ cum beneplacito Episcoporum. Ibidem.

Religiosus potest recipere separationem etiam vbi a se est iudex Ecclesiasticus, dum modo ipse non sufficiat omnibus prouidere. Tunc enim esset acsi iudex non esset. pa. 596. B.

Religiosus si Episcopo dante potest agere ad diuortium vbi beneplacitum Episcoporum requiritur: quoad magis poterit vbi non est necessarium beneplacitum Ibidem.

Religiosi habentes assensum Episcoporum ad vitandum priuilegijs omnibus concessis intra duas dietas: possunt in omnibus causis matrimonii istorum, siue matri, sit contractum clandestine, siue in facie Ecclesie: procedere vi iudices, et in foro conscientie adhiberentur. pag. 596. B. et 597. A.

Religiosi, qui vbi Episcopi assensum prouiderunt: in matrimonio neotitorum procedentes velut iudices: licet non habeant notarium, neq̄ iuramentum exigant in forma a testibus (dummodo cognitionem habeant veritatis) nullo modo peccant, sed benefaciunt. Ibidem. B.

Religiosus licite in casibus, qui frequenter eueniunt, quando alter affirmat, altero negante matrimonium, potest consulere: si nullam habet (cognita eorum conditione) vt ab eis ducat, Vel si habet iam secundam: vt non dimittat, dummodo prius consulat conscientiam dimittere. pa. 613. B.

Repudium, tã apud Hebreos, q̄ apud gentiles. Vide in verbo L. bel

lus repudij.

Rumor vicinie non sufficit ad dissoluendum matrimonium legitime contractum. pag. 566. B.

Rumor, et fama non sunt idem. Ibidem.

Sacramentum aliquod non potest Ecclesia, nec concilium generale ipsam representans de nouo instituere. pag. 229. B.

Sacramenta instituere nõ reliquit Christus Ecclesie suę: licet poterit, Ibidem.

Secreta cordium in nullius cognitione consistunt: nisi solius Dei. pag. 23. A. et pa. 609. B.

Seruus (licet aliquid domini sit) potest contrahere inuito domino, aut ignorate, vel sciẽte. pa. 151. B. et. C. Seruus, aut ancilla contrahente matri, contra voluntatem domini: non prouidetur dominus debito seruitio, sed potest eo uti: sicut ante matri, utebatur. pa. 152. A.

Seruus non potest vendi in regionem longinquam, vbi impediretur coniunctio maritalis. Ibidem. B.

Seruus contrahens cum assensu domini, licet nõ eo fiat liber: non potest priuari a redditione debiti: quotiens ab eo exigatur. Ibidem. C. Reliqua per totũ, ar. 20. et 30. p. p. pa. 148. vsq̄ ad 154.

Sententia Ecclesie nullo modo requiritur ad hoc q̄ post aliquem cauum Apostoli: fidelis licite possit trãssire ad aliud matrimonium. pag. 512. A. et B.

Sententia Ecclesia requiritur ad separationem quãtum ad cohabitationem, et nullo modo potest fieri propria authoritate, etiã si sit cognita adulterij. pag.

pagi. 543. A.

Sententia Ecclesie non requiritur ad celebrandum diuortium quantum ad iborum tantum, post adulteriū cognitum. pagina, 544. A.

Sententia Ecclesie non spectata creditur in probabiliter posse fieri diuortium si contigerit adulterium inter aliquos ubi non posset de facili esse additus ad iudicem Ecclesiasticum, & si ex separatione quantum ad cohabitationem non sequeretur scandalum. pa. 544. B. & 545. A.

Sententia excommunicationis licet compellatur innocens, qui scit uxorem adulterare, quod tamen probari non potest non peccat negando debitum. pa. 545. B. Sententia iudicis non spectata, potest in nocens adulteram dimittere, & quoad iborum, & cohabitationem, propriam auctoritate, si modo adulterium sit notorium, sic quod nulla possit tergiversatione celari. pa. 546. B.

Sententia Ecclesie diuortio celebrato propter adulterium: innocens poterit sibi reconciliare nocentem. pa. 548. B.

Sententia diuortij non fertur de necessitate iuris, sed solum ad partis petitionem. Ibidem.

Sententia cōdemnatoria afficit, & puniunt delinquentes. p. 549. B.

Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio, que fiunt per verba de futuro. pagi. 95. A. & B.

Sponsalia possunt contrahi a primo septuaginta, & non ante. Ibidem.

Sponsalia multis modis contrahuntur. Cetera de sponsalibus per articulum. 16. prime. p. & Ar. 20. & 21. prime. p.

Testamentum defectu testium est nullum iure positivo, ubi neque interuenit dolus, aut fraus, tenet tamen iure naturali. pa. 48. A.

Testes debent iurare, quod non dolo, a micitia, aut aliquo commodo priuato falsum iurabunt, quando proceditur ad dissoluendum matrimonium iam contractum, vel quia precessit impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis. pagi. 565. A.

Testes, qui in matrimonio sunt admittendi: sunt consanguinei. Ibidem B.

Testes qui ad matrimonium admittuntur: oportet sint circumspecti, omni exceptione maiores. Ibidem.

Testis vnus non sufficit ad dissoluendum matrimonium. pa. 566. A.

Testimonium matris est suspectum quando vir est superior diuitijs, honore, aut potestate. Ibidem.

Uxoricidium est impedimentum impediens, & non diuortium. pag. 137. B.

Uxorem propriam non deprehensam in adulterio vir occidens, sine intentione ducendi adulteram: peccat mortaliter contrahendo cum alia sine dispensatione expressa, vel interpretatiua. pagina. 138. A.

Uxorem propriam deprehensam in adulterio vir occidens non incurrit tale impedimentum. Ibidem.

Uxor occidens proprium virum: non incurrit talem penam. Ibidem. B.

Uxorem captam in adulterio an possit vir occidere, Vide in verbo Adulterium. Cetera de Uxoricidio, & Viricidio quando fit ob aliud inuendum coniugium.

um. Vide Ar. 33. p. p.

Vxoratus apud Latinos ordinē sacrum suscipiens de licentia vxoris, & recipit ordinem & exsequutionē. pa. 192. A. Ibidem de vxorato apud Græcos.

Ubi tres dicuntur naturales, & quomodo sint naturales, pagina. 12.

A. Et pagina, 342. A.

Ubi tres dicuntur naturales in nobis Non quod inueniantur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, sed inest nobis a natura suscipere illas per operationes nostras, pa. 12. A. & 309. A.

Ubi constans est, qui inter duo bona eligat quod melius est, & inter duo mala quod minus malum. Ubi constans vero e contra, pa. 46. A. & B. De quo per totum ar. 8. p. p.

Voluntas a nullo potest cogi propriè, sed impropriè, & quantum ad actus imperatos, & non quantum ad elictos: quia nihil in ipsa voluntate tam inuiscum: sicut ipsa voluntas, pagina 46. C. Et. 47. A.

Voluntas a solo Deo potest cogi: ut vellet quod a nea nollet: sicut sepe cōtingit, pa. 47. A.

Voluntas summa, vel libertas est necessaria ad matrimonium, pa. 49. A.

Voluntas coacta licet sit voluntas: non est voluntas libera, pa. 53. C.

Voluntatem liberam, & consensum li-

beram quae sunt quae requirant, Vide Cōsensus. Cetera de voluntate libera a tractu matris, vide in verbo Coactio, & per totum ar. 8. p. p.

Uoligionis: est impedimentum ad contrahendum, licet contractum non dirimat, Quod non est solemnizatum professione tacita, vel expressa religionis approbata, aut sacri ordinis susceptione, pag. 89. B.

Votum simplex impedit contrahendum, & ex natura rei, et ex statuto Ecclesiae Ibidem, C. Et. 155. B.

Votum continentie non potest aliter obligare vouentem: quod iuxta intentionem eius, pa. 90. A.

Vouens religionem, in qua includitur ista tria, obedientia, paupertas, & continentia: si non recipiatur in religione: non tenetur ad alia duo, quae potest extra religionem seruare, Ibidem, B.

Voto simplici obligatus requirens a me utrum possit contrahere, & osum ne res pōdere quod sic, pa. 93. A. Et. dic quod sic, Cetera vide in verbo Cōtrahens.

Votum solemnne impedit contrahendum, & contractum dirimit iure humano & non diuino, aut naturali, pa. 154. C. & 155. A.

Votum solemnne dirimere contractum prohibibile est esse ex iure diuino, Ibidem, B.

FINITVS LIBER AD LAVDEM DEI

Anno parte salutis, Milleesimo quingentissimo

quingentesimo, 7. Calenais Ianua, apud

Ioannem Faulum Brisensem

calchographum.

In insigni, & fidelissima Mexicana ciuitate.

CASTIGATIONES ERRORVM QVI IN
curia contigerūt.

- ¶ Pagi. 54. Li. vltima, forte, lege, fore.
 ¶ Pagi. 519. Li. 20. Sacramentum infidelium, lege, Matrimonium infidelium.
 ¶ Pagi. 561. Li. 28. Adriani. 4. lege, Adriani. 6. Idem in margine.
 ¶ Pagi. 582. Li. prima, illa querat, lege, illaqueat.
 ¶ Pagi. 587. Li. 6. Iulius. 3. lege, Paulus. 3. Idem in margine.
 ¶ Pagi. 639. Li. 11. q. 19. lege, q. 17.
 ¶ Pagi. 646. Li. 12. c. 18. lege, 16.
 ¶ Pagi. 647. in margine, Albertus, lege, Albericus.

L A V S D E O.

BA 556

A4545





